9. Vocalis quaeque et produci et corripi poterat: hinc syllabarum quantitas, nisi quae vocalis vel geminetur vel cum diphthongo quadam permutetur, ex Latini sermonis indole plerumque dijudicanda est. Sic *a* in πȣσναες IV, b, 2. producenda est, quia non solum περναιες antecedit, sed etiam IV, a, 11. πȣστναιαφ legitur: idem valet de persae VI, b, 58. et a, 3., quia IV, a, 28. 32. 45. περαια scriptum est. Ceterum ae etiam diphthongum esse, persaea VII, a, 41. et 54. pro persaia VII, a, 7. docet. Geminata *a* non invenitur, quia αανφεϜταφ V, a, 33 sq. pro αϜανφεϜταφ scripta videtur; *o* contra et *u*, in ooserclome VI, b, 12. et portatuulo VI, a, 55. pro πȣρτατȣλȣ IV, a, 18. geminatae, nusquam in diphthongum transeunt, nisi quod VI, a, 30. touer pro tuer scriptum legitur. Geminatum *e* non solum feetu VII, a, 41. pro fetu sive feitu VII, a, 3 sqq., sed etiam eest VI, b, 2. pro est VI, b, 6. habet: ex geminatis *i* vero alteram tanquam consonantem pronuntiandam esse, e permutatis cum ea literis κ et ζ, quarum haec apud Romanos in *j*, illa in *g* quoque transibat, intelligitur. Sic urbs Iguvina IV, a, 2. 5. II, 24 sq. 30. ΙιȣϜινα, alias vero ΙκȣϜινα audit: sic etiam πȣρτιιȣς IV, b, 28. 31. s. πȣρτιτιȣς IV, b, 34. pro πȣρτινζȣς IV, a, 33. scribitur. Hinc dubium foret, utrum in ΦειȣϜι IV, b, 18. pro Fisovi VI, a, 6. ei diphthongus, an ι consonans putanda sit, nisi Φισε IV, b, 16. pro Fiso VI, a, 3. scriberetur, atque

σ a litera ζ differret: ει diphthongum autem pro ι scribi, valde usitatum est. At non solum e, i et ei promiscue inter se permutantur, ut Fεϙες τϙεπλανες IV, b, 2. 7. verir treblanir VI, b, 58 sq. et vereir treblaneir VI, b, 22.; sed interdum etiam vocabula in ie pro e vel i exeunt, ut Ῥαπινιε IV, a, 27. pro Rubine VII, b, 6., unde etiam Τεφϙι ΙϐFι IV, b, 29. pro Τεφϙε ΙϐFιε IV, b, 25. scriptum est. In mediis vocabulis ie semper per diaeresin legendum esse, e Fεϙες Fεϝιιες IV, b, 21. 25. pro vehier sive vehieir VI, a, 19. 22. b, 21. cognoscitur.

10. Quemadmodum in Tusco scribendi genere ι saepe, ϐ semper cognatam consonantem assumit, ut τϙιια et τϐFα I, 2. II, 34. pro tria et duo; sic in Latina scriptura consonantes j et v saepe eliduntur, atque Iovina pro Ijovina, ut prinuatus pro πρινϐFατες, scribitur. Duplicem vv nonnisi pro simplici consonante scriptam esse, avvei VI, b, 3. pro aveif sive avif docet; at notatu dignum est, quod etiam sopir VI, a, 54. pro σFεπις IV, a, 18. scriptum legatur, quanquam svepo VI, a, 47. pro σFεπϐ IV, a, 8., ut sveso VII, b, 1. pro σFεσϐ IV, a, 45. et sve VII, b, 3. pro σFε III, a, 24. 27., positum est. I contra inseritur interdum post literam s pro ζ positam, ut vestisia pro Fεστιζα IV, b, 18. 32. San'sii sive San'sie VII, a, 37. VI, a, 3. 5. pro Σαζι IV, b, 16. et purdinsiust VII, a, 43. pro purdinsust VI, a, 24. sive πϐϙτινζες IV, a, 33., pro quo quum supra πϐϙτιιες scriptum viderimus, facile explicatur, quod Paulus Diaconus scripsit, Maesium lingua Osca mensem Majum esse vocatum. Ceterum literam ϐ pro σ positam, sicut aspirationis notam ϝ, etiam ejici potuisse, e ΦειϐFι IV, b, 18. pro Fisovi conjicere licet. In literarum concursu praecipue liquidae μ, ν, ϙ et ϙ eliduntur, et μ quidem ante π in απεντϐ pro αμπεντϐ, et απϙεϙϐ pro αμπϙεϝτϐ, sicut ν ante τ in ατεντϐ pro αντεντϐ et ατεϙα pro andirsa. Literam ν non solum ante ϑ abjectam legimus in φϐϙφαϑ IV a, 1. pro furfant, sed etiam ante κ in ιFεκα IV, a, 40. 42. pro ivenga; praecipue vero ante sibilantes, σ, ζ, ξ, ut etaias pro etaians, αστιντϐ pro ανστιντϐ, Σαζι pro San'sie, αξεϙιατϐ pro ανξεϙιατϐ. Litera ϙ et ante σ abjicitur, ut Τϐσε pro Turse, Tuscom pro Τϐϙσκϐμ, πεσϐντϙϐ sive πεσϐτϙϐ pro πεϙσϐντρϐ sive πεϙσϐτρϐ; et post φ in ϙϐφϙϐ et ϙϐφϙα IV, a, 24. 27. pro rofu et rofa; litera ϙ autem ante F in αϙFειτϐ pro αϙFειτϐ, quod etiam αϙFειτϐ scriptum legitur. Geminatas consonantes pro simplici praeter vv legimus pp in appei VII, b, 3., nn in ponne VII, b, 2. et ennom sive enno VII, a, 38 sq., ss in essu VI, b, 43.

11. Metathesis literae r non in eadem modo syllaba observaretur, ut in nomine Garbovei VI, b, 22. pro Grabovei, sed etiam in diversis, ut pudrovitu VI, b, 56. pro πϐϙτϐFιτϐ, I, 1., nisi hoc ex προστρόπει vel προστροπείτω natum videretur. Popupler autem pro popluper VI, a, 43. 45. apud Dempsterum perperam scriptum

pro tribrisine VI, b, 54.: in 𐌐𐌄𐌐𐌓𐌆𐌄𐌒 I, 26. tamen facile operarum vitium agnoscitur pro 𐌐𐌄𐌐𐌓𐌉𐌆𐌄𐌒. Ceterum Umbris tanta erat linguae volubilitas, ut non solum literas *λ* et *ζ* saepe sibi jungerent, ut in 𐌔𐌇𐌀𐌋𐌆𐌄𐌕𐌀 I, 15. 18. 20. et 𐌔𐌕𐌓𐌄𐌆𐌋𐌀 II, 34.; sed *ζ* literam mediam ponerent inter *ρ* et *λ*, ut in 𐌀𐌓𐌆𐌋𐌀𐌕𐌀𐌐 I, 22. et 𐌇𐌄𐌓𐌆𐌋𐌀𐌔𐌉𐌄 V, a, 17., quibus etiam vasirslome VI, b, 12. annumerandum esse nullus dubito.

13. Praeter *ρ* literam per *rs* plerumque redditam Latinorum *s* respondet tribus characteribus Umbricis, quos quidem per Graecas literas *σ*, *ζ*, *ξ*, reddidi, etsi postrema harum litera non Graeco sono pronuntiata videtur. Nam praeter vocem fratrexs VII, b, 1., cui 𐌐𐌓𐌀𐌕𐌓𐌄𐌎𐌒 III, a, 22. b, 1. in Tusco scribendi genere respondet, in tabulis Latine scriptis neque *x*, neque *cs* legitur, sed *s* pro *ξ* aeque ac pro *σ* scribitur: quanquam in fine vocabulorum *σ*, non autem *ξ*, in *r* quoque mutatur. Sic aseriater VI, b, 1. pro 𐌀𐌍𐌎𐌄𐌓𐌉𐌀𐌕𐌄𐌒, sed tases sive tasis VI, a, 19. 23. pro 𐌕𐌀𐌆𐌄𐌎 IV, a, 26. et conecos VI, a, 16. pro 𐌇𐌄𐌍𐌉𐌇𐌀𐌎 I, 15. 18. 20., ut VI, a, 47. pihos et vacose pro 𐌐𐌉𐌅𐌀𐌎 et 𐌅𐌀𐌇𐌀𐌎𐌄 IV, a, 7 sq. scriptum legimus. Ceterum *σ*, *ζ*, *ξ*, quia in Tusco scribendi genere nunquam inter se permutantur, diversum prorsus valorem habebant: itaque *ξ*, quum a *κς* aeque atque ab *σ* et *ζ* differat, apud Umbros aut Portugalensium *x*, sive *j* Francogallorum mavis, aut Germanorum z expressit. Hoc quidem eo probari posse videtur, quod Tusci characterem *ξ* (ǂ) ex *τ* (†) fecerunt; sed illud probabilius est propterea, quod Umbrorum *ξ* lenius sonasse videtur quam *ζ* (d), quae, si cum simili charactere *rs* (q) comparatur, ut *ds* sive Francogallorum z pronuntiata est. Nam litera *ζ* non solum in Latino, sed Umbrico quoque sermone cum *c* sive *x* permutari solet, ut 𐌐𐌄𐌐𐌓𐌉𐌆𐌄 I, 24. pro 𐌐𐌄𐌐𐌓𐌉𐌇𐌄 I, 10. et curnaco VI, b, 2. 4. pro curnase VI, b, 1. 5. sive Latinorum cornice; *ξ* autem in 𐌀𐌎𐌄𐌓𐌉𐌀𐌕𐌄 sive 𐌀𐌍𐌎𐌄𐌓𐌉𐌀𐌕𐌄 IV, a, 8. 10. pro Romanorum auguratu sive augeratu, ut, Prisciano I, b, 36. pag. 554. ed. Putsch. teste, antiqui dicebant, in literam *g* transiit. Praeterea Umbrica verba in *ξ* pariter atque in *σ*, nunquam vero in *ζ* desinunt: verumtamen 𐌇𐌄𐌌𐌀𐌕𐌓𐌒 IV, b, 35., non 𐌇𐌄𐌌𐌀𐌎, pro 𐌇𐌄𐌌𐌀𐌕𐌄𐌓𐌄𐌒 I, 29. V, a, 42. scriptum est. Itaque verbis 𐌉𐌀𐌐𐌄𐌎𐌇𐌄𐌌 𐌍𐌄𐌌𐌄𐌌 IV, a, 17. non tam Iapydis arva Timavi Virg. G. III, 475. quam, quod in proxima hujus operis particula probare conabor, Iapyges designantur.

14. Literam *ζ* in Iguvinis tabulis proprie per *s* cum accentu gravi (`s) reddi solere, in priore particula jam monui. Sic in tertia tabula quater legitur `sesna, unde 𐌆𐌄𐌓𐌔𐌍𐌀𐌕𐌄𐌓 III, a, 22. derivandum videtur; stru`sla VI, a, 5. 23. VII, a, 8. 42. pro 𐌔𐌕𐌓𐌄𐌆𐌋𐌀 II, 34.; `sihitu an`sihitu VI, a, 59. et `sihitir an`sihitir VII, a, 14. 28. VI, a, 62. sive `sitir an`sihitir VII, a, 13., quibuscum fortasse 𐌆𐌉𐌅𐌔 V, b, 11. et 𐌀𐌍𐌆𐌉𐌐 V, a, 25. cohaerent; `simo VI, a, 65. VII, a, 1. pro 𐌆𐌉𐌌𐌄 IV, a, 23.; va`setom est VI, b, 31. pro 𐌅𐌀𐌆𐌄𐌕𐌄𐌌 IV, a, 8. Idem observatur in quinque Deorum Dearumve nominibus, ut San`si vel San`sie VI, a, 8 — 15. pro 𐌔𐌀𐌆𐌉 vel 𐌔𐌀𐌆𐌔 V, b, 10. 24.;

Honde 'Serfi VI, a, 45. pro *Ϝȣντε Ζεϱφι* IV, a, 4 sq.; 'Serfe Martie VII, a, 3. cet. pro *Ζεϱφε Μαϱτι* IV, a, 24.; Prestote 'Serfie 'Serfer Martier VII, a, 6. cet. pro *Πϱεστατε Ζεϱφιε Ζεϱφε Μαϱτιες* IV, a, 27 sq.; Turse 'Serfie 'Serfer Martier VII, a, 41 cet. pro *Τȣσε Ζεϱφιε Ζεϱφε Μαϱτιες* IV, a, 31. Praeterea combifian'si VI, a, 52. pro combifians si scriptum, literam ζ duplicis *ss* sonum habuisse, docet. Quemadmodum autem accentus gravis quam saepissime omissus agnoscitur, ut in proseseto, proseseter vel prosesetir pro *πϱȣσεζετε* V, a, 12. scalseto —conecos VI, a, 16. pro *σκαλζετα κȣνικαξ* I, 15. 18. 20. farsio sive fasio VI, a, 2. 44. pro *φαζιȣ* V, a, 16. tases sive tasis VI, a, 19. 23. pro *ταζεξ* IV, a, 26 cet. multisque vocabulis, quae alibi accentum habent; sic perperam per'some VI, a, 38. pro persome 39 et 52. sive *πεϱȣμε* V, a, 27. II, 33. atque 'spahatu VI, a, 41. pro alia ejusdem verbi forma spahamu VII, a, 38., imo e'st semel scriptum legitur pro est. Previ'slatu VII, a, 49. quidem pro previlatu VI, a, 61. accentum habet, non tamen vasirslome VI, b, 12. post ooserclome.

15. Aspirationis nota *h* s. *Ϝ*, quae quidem tam pro *p* Latinorum, ut in screhto pro scripto, quam pro *c*, ut in *ϱεϜτε* pro recte, usurpata reperitur, ante consonantes saepe sic posita est, ut non pronuntiari possit, nisi si in *ch* Teutonicum transeat. De ceterarum consonantium pronuntiatione nihil fere monendum habeo, nisi quod Umbrica scriptura e Tuscorum more, qui medias literas non discernebant a tenuibus, etiam pro *b* litera haud raro *p* posuit: Latina contra scriptura, Dorum consuetudinem secuta, non semper literas *c* et *g* distinxit, et pro *cu* etiam *qu* scripsit, licet non sequeretur vocalis. *B* in *m* mutatam habes in *μενες* IV, a, 15. pro benust VI, a, 53., etsi *ανπενες* V, b, 27. compositum pro simplici *μενες* IV, a, 15. scriptum est. Ejusdem verbi imperativus et *αμπεντȣ* II, 23. V, 20. et *αμπετȣ* V, b, 10 sq. et *απεντȣ* II, 27. scribitur, a quo imperativi ahavendu et prevendu VII, a, 27. 11. nonnisi praepositionibus differre videntur. Litera *n* et *m* non solum ante *p* inter se permutatae sunt, sed etiam inter duas vocales, ut in *φεϱιμε* II, 16. IV, a, 25. pro *φεϱινε* II, 31. IV, a, 3. 6. et in *αϱμανȣ κατεϱαμȣ* IV, a, 19 sq. pro arimahamo s. armahamo caterahamo VI, a, 56. Etiam *h* et *f* inter se permutatas invenimus in erafont VI, a, 65. pro *εϱαϜȣντ* IV, a, 23., ut *j* et *κ* in *ΙιȣϜινα* IV, a, 5. pro *ΙκȣϜινα* IV, a, 2.: porro *φ* et *π* in *Ϝιτλȣπ τȣϱȣπ* IV, a, 4. pro *Ϝιτλȣφ τȣϱȣφ* IV, a, 1., ut *ϑ* et *τ* in *φȣϱφαϑ* IV, a, 1. pro furfant VI, a, 43. Quemadmodum denique Romani in terminationibus quibusdam literam *l* in *r* mutabant, quotiescunque *l* jam antecedebat, ut cubital quidem et toral, sed pulvinar et lacunar, vinclum quidem et periclum, sed fulcrum et lavacrum dicerent: sic etiam in Iguvinis tabulis VI, a, 39 sq. sorsalem et staflare legitur. At si vocabula *τιζλȣ* II, 25. 27. et *εϱεζλȣ* I, 13., ooserclome et

vasirslome VI, b, 12., μαντρ̥αϝκλȣ V, a, 19. et σȣφερ̥αϝκλȣ II, 19., μȣνεκλȣ et εϝϝελκλȣ III, a, 17. 23. cum φερ̥εϝτρ̥ȣ II, 18. et περ̥σȣντρ̥ȣ I, 17. 19. κρ̥εματρ̥ȣ V, a, 28. et κρ̥ικατρ̥ȣ V, b, 27. 29. comparaveris, terminationem κλȣμ s. ζλȣμ etiam post *l*, ut τρȣμ etiam post *r*, invenies.

16. Accentus vocabulorum iidem apud Umbros fuisse videntur, quibus et Aeolica Graecorum dialectus et Latina lingua usae sunt: inter has enim quasi intermedius est Umbrorum sermo. Verumtamen nihil de hac re potest affirmari, nisi si quaedam in Iguvinis tabulis rhythmis scripta putemus, quorum numeros accentus vulgaris maxime definiret. Versus Umbrorum nulli alii esse potuerunt, nisi Saturnii, Italorum fere proprii, quibus Romanos quoque antiquissimis jam temporibus usos fuisse, longiora quaedam Saliaris carminis fragmenta docent. Quae quum priscum Romanorum usum in pangendis versibus Umbrico simillimum ostendant, emendata ea in medium hic proferam, ut numeros magis vocabulorum accentu quam syllabarum quantitate et prosodicis Graecorum regulis definiri solitos esse appareat. Planissimum est fragmentum apud Varr. L. L. VII, §. 27. ed. Müller. collato Macrob. S. I, 9. sic emendatum:

»Divom émpete (h. e. impetu divino) cante, Dívom Dío supplicáte.«

Difficillimum exstat apud Varr. L. L. VII, §. 26., quod Scaliger in Conjectaneis p. 189. ex parte tantum feliciter restituit. Equidem varias lectiones et Velium Longum secutus, qui p. 2217. de z litera scripsit: »Mihi videtur nec aliena sermoni fuisse, cum inveniatur in carmine Saliari,« locum Varronis sic emendaverim: »In multis verbis, in quo antiqui dicebant *s*, postea dictum *r*, ut in carmine Saliorum sunt haec:

»Cozoíauloidoz éso; ómina enimvéro
»Ad pátula' ose' mísse Jáni cusiónes.
»Duónus Cerus éset, dúnque Janus vévet.«

Post: »Mélios eum régum«.... h. e. Choroiauloidos ero: omina enimvero ad patulas aures misere Jani curiones. Bonus Cerus (s. Cerus manus, quod Jani nomen mysticum fuit) erit, dumque (donec) Janus vivet. Post (in alio fragmine): Melior eorum regum cet.

17. Alios versus Scaurus de orthographia p. 2261. servavit, ut antiquos cume pro quum dixisse probaret: quos eo libentius profero, ne quis offendatur licentia, quam Umbrorum versus prae se ferre videntur.

»Cumé poinas Leucósiaé praetexere mónti...
»Quo tíbe ti(mebas) únei de hís, cume tonárem?«

In versuum istorum abrupta sententia Hermannus, qui in elementis doctrinae metricae III, 9. p. 606 sqq. de numeris Saturniis accuratius egit, se nihil aliud dispicere testatur, quam mentionem factam esse urbis Luceriae. Equidem ignorans, quid sibi urbs Luceria in carmine Saliari velit, Leucosiam Sirena intelligo, atque monti pro

moniti, ut supra cante pro canite, positum existimo. Agnoscitur autem horridus ille numerus, Hor. Epist. II, 1, 157 sq., coll. Serv. ad Virg. G. II, 385 sq., qui in rudi antiquitate non solum ubique tam dactylos quam spondeos admittebat, sed brevi quoque syllaba propter accentus ictum pro longa utebatur, sicut in versibus fit nostratium, in quibus sonorum concentus numeros absolvere solet. De spondeo quidem, qui in Umbrico sermone eo frequentior erat, quo saepius verba in longas syllabas contrahebantur, Diomedes p. 473. ed. Putsch. sic scripsit: »Numam Pompilium divinitate praeditum hunc pedem Pontificium appellasse memorant, cum Salios juniores, aequis gressibus circulantes, induceret spondeo melo patrios placare Indigetes« — »ut (quod ibidem legitur) duabus longis melodiis quasi duplicibus et jugibus votis prospera Deorum voluntas firmaretur.« Quum autem apud Romanos omnia fere versibus Saturniis componerentur, de quibus Ennius, hexametri Latini auctor, sic cecinit in Annalibus: »Scripsere alii rem

»Versibus, quos olim Fauni vatesque canebant,
»Quom neque Musarum scopulos quisquam superarat,
»Nec dicti studiosus erat:« cf. Varr. L. L. VII, §. 36.

cur non in Iguvinis quoque tabulis agnoscamus eosdem?

18. Revera sextae tabulae initium cum extrema septimae tabulae pagina ad Saturnium numerum referri potest, dum modo meminerimus, vocalium elisiones prohiberi saepe supplendis literis, quas sermonis usus poscit, vocalem *i* e contrario ante alias vocales velut consonantem pronuntiari solere.

En initium sextae tabulae!

Esté persclo(me) aveís asériater enétu,
Parfá, curnase, dérsva; peíqu, peica, mérstu.
Poei ángla(f) aseriáto eest, éso tremnu sérse
Arsférture(m) ehvéltu stíplo(me) aseriaía,
Parfá dersva, curnáco dérsva, peico mérsto,
Peĭca mersta, mérsta(f) ávvei(f), mersta(f) ángla(f).
Esóna arfertur, éso anstíplatu ef asério,
Parfá dersva, curnáco dérsva, peico mérsto,
Peĭca mersta, mérsta(f) áveif, merstaf ánglaf.
Esóna mehe tóte(m 'Ijoveine(m) ésmei
Stahmeĭ stahmeitéĭ sérsi, pirsi sésust,
Poi ángla(f) aseriáto est, érse neip mugátu,
Nep ársir andersístu, nérsa courtust, pórsi
Anglá(f) anseriató fust. Své muïetó fust,
Ote písi arsir andérsesúst, disler alínsust.

Extrema septimae tabulae pagina.

Pisí panupei frátrexs frátrus Atiersiér fust,
Erec svéso fratrecáte pórtaia sevácne
Fratrom 'Atiersio desénduf. Pífi reper [fratreca] párs est,
Erom éhiato pónne ivéngar tursiandu hértei.
Appei árfertur Atiérsir póplom andersá fust,
Sve neĭp portust íssoc, púsei subra scréhto est,
Fratréci motar síns. A. CCC. h. e. ἔτει τριακοσιοστῷ.

19. Incisio versuum, quae semel v. 15. in verbum compositum incidit, duplex est, et post tertiam arsin et post sequentem thesin. Spondeis cum in prima, tum in secunda syllaba arsis convenit: hinc esté perscló pro éste pérsclo metiri poterant Umbri, ut v. 5 et 8. parfá dersvá pro párfa dérsva. Verumtamen in verbis este persclo accedit id, quod in casu locali s. temporali pro estéme perscló me scripta sunt, ut v. 10. tote Ijoveine pro totéme Ijoveinéme, unde hiatus quoque in his vocibus excusantur. Alia hiatus causa latet in ablativo angla, id quod in adjectivum mérsta v. 6. quoque cadit: e versu 9. enim discimus, merstaf anglaf dici debuisse. Ceterum propter mutatam spondeorum arsin v. 14. anseriato(m) fust pro aseriato(m) est v. 3. et 12. scribendum fuit. Praeter formas ejusmodi periphrasticas nullae passivae speciei flexiones in Iguvinis tabulis leguntur, unde arfertur v. 7. et omnia similiter desinentia vocabula Latinorum substantivis in ura respondent: id quod forma arsferture v. 4. pro arsferturem confirmat. In v. 6. duplex est licentia poëtica: primum diaeresis in voce peĭca, quae et in neïp v. penult. et bis observatur v. 11.; deinde brevis syllabae per ictum productio in voce avvei pro aveif (avibus v. 9.), unde consonans *v* bis scripta esse videtur. Ne versus 7. anapaesto claudatur, vocalis *i*, quod supra monui, ante vocalem aliam velut consonans pronuntianda est; neu versus 13. una syllaba abundet, verbum courtust e covortus in duas syllabas contractum, v. 14. contra muïeto(m) fust quatuor syllabis pro mugatom fust scriptum est. Versus 15., sicut v. 2. in extrema septimae tabulae pagina, anacrusin duarum syllabarum habet; vocabulum fratreca vero in v. 3. redundat.

20. Hactenus haec: pergamus nunc ad verba synonyma, quorum comparatio multum confert ad enodandas vocabulorum formas et significationes. Inter haec ante omnia notanda sunt, quae in initio quartae tabulae leguntur. Primum versum in sexta tabula eodem prorsus modo esse redditum, ex iis, quae jam supra de usitatis apud Umbros literarum abjectionibus et permutationibus monui, facile intelligitur; sed eadem verba in ipsa quarta tabula valde immutata repetuntur. Legimus enim IV, a, 8. *αFιφ αξεϱιατε* et paullo post *αFεφ ανξεϱιατε ετε, πεϱναιαφ, πεστναιαφ,* ubi sexta tabula primum

quidem avif aseriatu, deinde vero avif aseriato etu exhibet, neque tamen, etsi VI, a, 11. perne postne legitur, adjectiva *περ̣ναιαφ πστναιαφ*, quae ad ablativum *αFεφ* s. *αFιφ* referenda sunt, ut *περ̣ναιες πστναες* v. 2. ad accusativum *αFες*, similibus verbis reddit. *Ενετω* verbum compositum esse pro simplici imperativo *ετω*, facile agnoscitur; sed quia ab imperativo *ενετω* accusativus *αFες*, ab *ετω* accusativus *ανξεριατω(μ)* dependet, hic cum ablativo *αFεφ*, ille cum adjectivo *ανξεριατες* constructus est. Si *αFες ανξεριατες* aves auguriales sunt, ut Apulejus de nota aspirationis §. 8. adjectivum augurialis ab augurio derivatum recte distinxit ab augurali ex augure denominato; *ανξεριατως* auguratum Tertulliani Anim. 26. designat, sicut Volsculus Anxur ap. Enn. vid. Fest. s. h. v. augurem, qui ab axando sive anxando, ut in Glossario pro cantando legitur, unde axamenta (*ασματα*) dicebantur carmina Saliaria, vel ab assa voce ap. Non. Marc. II, 70. dictus esse videtur. Ab accusativo aseriato VI, a, 48. vero differt imperativus aseriatu VI, a, 47. sive auguratо, etsi idem cum ablativo avif construitur, sicut fetu sive facito cum ablativo victimae. Quemadmodum Umbri fetu dicebant pro facito, etsi *φικτω* quoque legitur IV, b, 29 et 32.; sic etu pro agito, et enetu pro indagato sive explorato. In adjectivis *περ̣ναιες*, *πστναες*, autem latere praepositiones *περ̣ω* et *πστι*, sicut prae et post in prioribus et posterioribus, facile quisque videt.

21. Etsi adjectivis *περ̣ναιες*, *πστναες*, localis significatio inesse videtur, ad anticam et posticam templi auguralis spectans; eadem tamen in *περ̣ω Fερες* et *πστ Fερ̣ες* temporalis esse potest: nam et numeralis locum obtinet adjectivum *περ̣εFε* s. priva IV, b, 29. V, a, 9., quatenus III, a, 18 sq. *περ̣εFερ̣*, *τστπλερ̣*, *τριπλερ̣*, inter se coordinantur. Sed differt a praepositiva particula *περ̣ω* postpositiva *περ̣*, quae in verbis *ακριπερ̣ Φισιω*, *τστατπερ̣ IκθFινα* pro significat, atque etiam *πτ* vel *πες* scribitur, quatenus IV, b, 12. *ακρ̣ιπτ*, et in fine cujusvis sacrificii plerumque *αρ̣επες αρ̣Fες* pro *αρ̣ιπερ αρ̣Fις* IV, b, 28. vel *αρ̣επε αρ̣Fες* pro *αρ̣επερ αρ̣Fες* IV, a, 30. et 33. exaratum est. Quomodo verba *ακρ̣ιπερ̣ Φισιω*, *τστατπερ̣ IκθFινα* interpretanda sint, Lassenius jam recte vidit in Rhenano Museo philologico A. 1833. pag. 385 sqq.; sed quid verbis *αρ̣ιπερ αρ̣Fις* designetur, eo difficilius est intellectu, quod, si unum locum V, a 7. exceperis, nusquam alibi eadem leguntur nisi in quarta tabula. Unum illud intellectum adjuvat, quod semper imperativus *πτ(ρ̣)σνι(F)μω* antecedit, quem ne ex praepositione *περ̣* s. *περ̣ω* compositum putemus, imperativus *πρεπεσνιμω* V, b, 17. prohibet. Hinc pe(r)sni(hi)mu non Catonis R. R. 141. verbo praefamino, sed precare interpretor, cujus etymon mihi pers h. e. prex esse videtur, etsi pers pro pis quoque, sicut apud Romanos purgamen pro piamen, dici poterat, unde *περ̣σκλωμ* non tam supplicationem quam lustrationem designat. Cum imperativo *πτ(ρ̣)σνιμω* tria construuntur adverbia synonyma *κστερ* s. *κστερπ* IV, 2, 3., *ταζεξ*

et *κϑμιατς* IV, b, 35. s. *κϑματε* IV, a, 37 sq., Latinis literis tases s. tasis et comatir, quae caute, tacens et coactis s. compressis labris (clauso murmure ap. Pers. V, 11.) significare videntur: cur enim tacite precarentur antiqui, et Sophocles in Electra 637 sqq. et Horatius Ep. I, 16, 60. verbis: »Labra movet metuens audiri« indicant. Itaque verba in fine cujusvis sacrificii *αḙρεπες αḙFες* s. *αḙιπεḙ αḙFις* pro ustione arvigae s. pro victima cremanda interpretor, *σεFϑμ* autem, quod IV, b, 6. ante *κϑτεφ πεσνιμϑ*, sed VI, b, 56. post tases persnimu positum est, cum veneratione s. *σεβάσει*.

22. Nota est formula arse verse, qua, teste Plinio XXVIII, 2., apud Romanos parietes, tanquam incendiorum deprecatione, inscribi solebant, unde Afranii versus: »Inscribat aliquis arse verse in ostio.« Hanc formulam esse Umbricam, inscriptio Cortonensis docet, quam tertio loco exhibui in prima hujus operis particula: nam in illa nullum vocabulum Tuscum legitur, nisi Sethlanl, cujus synonymum Umbricum Tephral est. Utrum arse verse h. e. ardorem sive incendium averte, an arses vurses, h. e. incendia vortas, scribas, nihil refert; sed omnia pervertit Paulus Diaconus, cum adjicit: »Tuscorum enim lingua arse verte, verse ignem constat appellari.« Apud Umbros e contrario *αḙις* ardorem s. incendium, *αḙFις* arvigam designabat, unde, quum Paulus Diac. scripserit: »Harviga dicebatur hostia, cujus adhaerentia inspiciebantur exta« haruspicem vocatum esse existimarunt. Quemadmodum autem Romani arvinam s. arbillam ap. Paul. Diac. sevum dicebant sive, quod Servius ad Virg. A. VII, 627. e Suetonii libro de divitiis corporalibus profert, »durum pingue, quod est inter cutem et viscus«: sic apud Umbros in quovis sacrificio legimus arvio fe(i)tu, pro quo tamen quarta nostra tabula, quia nonnisi II, 31. *αḙϑFια φειτϑ* legitur, semper *αḙFιϑ* s. *αḙFια ϑστε(ν)τϑ* exhibet. Quum *ϑστεντϑ* s. obstineto, quod secundum Festum pro ostendito dicebant antiqui, idem significet, quod offerto, *αḙFιϑ* et *αḙFια* pro accusativis neutrius generis haberi possent, nisi eodem modo *FατϑFϑ* vel *FατϑFα φερινε φε(ι)τϑ* pro vatuo ferine fetu diceretur, pro quo VI, a, 45. etiam vatue ferine fetu scriptum est, sicut *FατϑFϑ φεḙιμε φετϑ* IV, a, 25. et *Fατḙα φεḙινε φειτϑ* II, 31. Itaque quum *FατϑFα φερινε* nihil aliud designare videatur, nisi fatuam s. infulsam ferinam (cf. Varr. ap. Non. Marc. IV, 291.), quae praecipue masculis Diis offerri solebat, omnia autem immolandi verba, ut ipsum immolare ap. Hor. C. I, 4, 12. cum ablativo casu construantur, tam *αḙFιϑ* et *FατϑFϑ*, quam *αḙFια* et *FατϑFα*, pro ablativis feminini generis habenda esse censeo.

23. Ut voce ferine crudam carnem magis quam farinam designari putem, etsi Varro ap. Non. l. l. fatuam pultem mactari solitam scripsit, moneor eo, quod in quovis sacrificio poni fetu, h. e. pane facito, additur. Ceterum vatuo ferine fetu non legitur nisi in sacris, quae bobus masculis, vitulis taurinis et apris fiunt; in omnibus aliis sacrificiis praeceptum videmus vel *σϑπα σϑμτϑ* IV, b, 9. 16., vel *πϑστε ασιανε φετϑ*,

IV, b, 26. vel *πεδαια φε(ι)τα* IV, a, 28. 32. 44., quae quidem praecepta quinta tabula V, a, 32. verbis *σαπα πατρδα πεδστα* in unum conjungit, unde etiam VI, a, 5. ape sopo postro peperscust et VII, a, 8. ape supo postro pepescus legitur. Ex his intelligitur, *πεδαια* esse purgamina, a persco h. e. purgo derivata, unde *πεδστα* purgato, ape pepescus s. peperscust autem quando purgaveris significat. Quodsi purgatio sopo postro s. *σαπα πατρδα* fit, mirum esse nequit, quod pro *σαπα σαμτα* in sexta tabula persae fetu legatur: nam *σαπα σαμτα* mihi sulfure sulfurato interpretandum esse videtur, quemadmodum *πατστε* s. *πατστρα*, quum *ασιανε* dicatur, bitumen ex Asia quasi *φωστῆρα* s. *φῶστρον* designat. Sulfuris et bituminis usum in sacris, quae expiationis causa fiebant, inter alios praecipue docet Claudianus de VI. Cons. Honor. v. 324 sqq.

Lustralem sic rite facem, cui lumen odorum
Sulfure caeruleo nigroque bitumine fumat,
Circum membra rotat doctus purganda sacerdos,
Rore pio spargens et dira fugantibus herbis,
Numina purificumque Jovem Triviamque precatus cet.

Sic in Iguvinis tabulis Juve Garbovei et Trebo Jovie sacra fiunt, sed Tefro Jovie IV, b, 26 sq. non solum *πατστε ασιανε* fiunt, verum etiam *ξερεφ* et *πελσανα* h. e. rore pio et dira fugantibus herbis, sive potius verbenis et balsamo. Serse proprie felicia designare, alias videbimus; sed felices herbae in sacris sunt herbae sacratae sive sagmina.

24. Ne quis conjunctionem et inter sopo postro desideret, notandum est, Umbros ista conjunctione raro esse usos: unde etiam IV, b, 17 sq. *μεφα Φεστιζα* pro vestisia et mefa VI, a, 5. legitur. Ibidem imperativum *ατστατα*, sicut paullo post *φετα*, non redditum esse in sexta tabula, non magis quenquam offendere potest, quam quod IV, b, 18. *ΦιαΓι* et IV, a, 38. *Σαταμε* exaratum est, non addito altero nomine Sansi vel Traha: multo magis observandus esset additus VI, a, 18. imperativus aitu, nisi etiam IV, a, 29 et 37. *καπι σαχδα αιτα* legeretur. Memorabilis vero est ibidem numeralium permutatio: nam in quarta tabula duo adjectiva *πατριταφ*, *σαχδεφ*, cum praeposito numerali *ετδαφ* h. e. alteris, repetuntur; in sexta vero semel tantum purdita et sacra scriptum est, additis verbis dupla aitu, quod sane idem significat. Sic IV, a, 21 sq. post imperativos *απδετα*, *πεδσνιμα*, *ετατα IκαΓινες* additur: *τδιιαπεδ αμπδεΓτα*, *τδιιαπεδ πεσνιμε*, *τδιιαπεδ ετατα IκαΓινες*; at VI, a, 56 sq. et 63 sqq. legitur ambretuto, persnimumo, deitu etato Ijovinur — duti ambretuto, pesnimumo, deitu etaians deitu — tertim ambretuto, pesnimumo, deitu etaias. Nihil enim refert, utrum ter, an iterum et tertio aliquid fieri jubeatur: *τδιαπεδ* autem pro tribus vicibus significat, duti et tertim vero altera et tertia vice. Quemadmodum ante haec adverbia nihil legitur, quod primum significet, ut *πδαμα* sive *πδαμαμ* II, 3. 15. 23.; sic IV, b, 32.

inter *Fεστιζα* et *φικτε* adjectivum *ετρε* omissum est, etsi IV, b, 29. *Fεστιζαμ προFε φικτε* scriptum legimus. *Τεστρσκε* IV, b, 30. et *νεστρσκε* IV, b, 33. ut dextrorsum et sinistrorsum sibi opponi, facile agnosceretur, etiamsi post verba capirse perso osatu VI, a, 24. non legeretur: eam mani nertru tenitu h. e. eam manu sinistra teneto. Vocabulum *περι* IV, b, 30. et 33. a verbis *καπιρε περσμ φειτε* sejungendum esse, inde intelligitur, quod VI, a, 24. alia quaedam inserta sunt, atque etiam VI, a, 37. persi fetu, suront capirse perso osatu legitur. Sed quid istis verbis significetur, propterea dictu est difficile, quod nulla verba tam diversos significatus habent, quam quae a literis pers incipiunt.

25. Persi ablativum esse nominis pers, quod purgamen significat, ut capirse nominis capirs, h. e. capis sive capedo, equidem nullus dubito, etsi supra jam persae(a) fetu pro persi fetu scriptum vidimus. Sed *περσμ φειτε* eandem vim habere, praesertim quum VI, a, 24 et 39 inter persi et perso sive persome vocabulum pesondro sive persondru, VI, a, 35, quo purgatorium aliquod sacrum designari videtur, insertum sit, affirmare non ausim. Precationem potius sive benedictionem equidem intelligo, non solum propterea, quod osatu mihi pro orato dictum esse videtur, sed etiam, quod VI, a, 39 sq. post persome additum est: pue pe(r)snis fus(t) h. e. ubi precatus fueris. Persondrum ibi duplex est, sorsale et staflare sive *σταφλτιFε(μ)*, ut mihi quidem IV, b, 31 sq. pro *σταφλτιεF* legendum esse videtur. Si persondrum stabulare sive stabulativum ad pecudes purgandas respicit, sorsale sive sociale ad familiam sive socios operum referendum est, de quibus Horatius Epist. II, 1, 139 sqq. haec cecinit:

Agricolae prisci, fortes parvoque beati,
Condita post frumenta, levantes tempore festo
Corpus et ipsum animum, spe finis dura ferentem,
Cum sociis operum, pueris et conjuge fida,
Tellurem porco, Silvanum lacte piabant cet.

Sorsalis et staflaris dicitur etiam VI, a, 38 sq. vestisia h. e. victima, quae VI, a, 24. cum pesondro sorsom conjungitur. Quod vero verbis *εσμικ Fεστιζαμ* IV, b, 29. verba eront vestisia subscripserim, nemo mirabitur, qui meminerit, me supra §. 4. et *εσμικ* et eront inter adverbia vel conjunctiones copulativas recensuisse, inter quas etiam *ενεκ* IV, b, 31. referendum est, quum et pro *εσμικ* IV, b, 32. et pro *ενεκ* IV, b, 34. in sexta tabula VI, a, 38. enom scriptum sit. Eodem pertinet isec VI, a, 25., de qua conjunctione tamen alia quaedam mihi monenda sunt.

26. Isec erus ditu non prorsus idem exprimere, quod *απι εβελ πεδτιες* IV, b, 31., ex eo jam cognoscitur, quod ditu imperativus est, *πεδτιες* vero subjunctivus cum praepositione *πεδ* compositus, pro quo IV, b, 34. *πεδτιτιες* quoque scriptum

est. Sed ερελ, quod pro ερεζλυ I, 13. positum puto, sicut τιζελ V, a, 15. pro τιζλυ II, 25. 27., idem mihi, quod erus, significare videtur, neque quicquam interest, utrum duo imperativi ditu et fetu per copulativam et jungantur, an prioris locum protasis quaedam obtineat, per conjunctionem απι h. e. quando sive postquam, expressa. Pro απι IV, b, 34. etiam pue VI, a, 38. exaratum legimus, etsi verba ape habina purdinsus, eront poi habina purdinsust VI, a, 23 sq. satis indicant, conjunctiones ape et poi non prorsus idem significare. Πυνε IV, a, 33. 15. et ape VII, a, 42. VI, a, 52. synonyma sunt, sicut πυνε IV, a, 12. et pufe VI, a, 50.; ab illis tamen differt adverbium πυξε IV, a, 34. sive puse VII, a, 43., quod sicut significat. Πυνε et πυφε, ut απε, cum subjunctivo construi solent; sed πυε saepius indicativum poscit, et πυξε tanquam adverbium etiam sine verbo aliquo ponitur. Pue, poe, poi s. poei, proprie ubi significat, unde IV, a, 18. tam πυε μερς εστ, quam περε μερς εστ, scribi potuit, quia perse, persi, persei, s. pirse, pirsi, pisi, s. porse, porsi, porsei, Latinorum conjunctioni prout s. quando respondet. Quam facile cum istis conjunctionibus tam varie scriptis nomina quaedam similiter sonantia confundi possent, nisi modus verbi, cum quo construuntur, ea distingueret, intelligitur ex iis, quae supra de verbis persi capirse perso osatu VI, a, 24. diximus. Quemadmodum ibi ex imperativis osatu et φειτυ discimus, περι IV, b, 30. pro nomine, nec pro conjunctione esse habendum; sic πυνι IV, b, 33. et πυνε IV, a, 11. propter additum imperativum φειτυ et subjunctivum κυϜυρτυς diverso modo interpretanda sunt. Nam πυνι ablativus est nominis, quod panem significat, πυνε vero memorata supra conjunctio. Ut autem subjunctivi formas, quae et ipsae variae sunt, bene cognoscamus, omnes hic colligere liceat locos, in quibus conjunctio quaedam cum subjunctivo constructa videtur.

27. Quam variae fuerint subjunctivi formae, jam unum verbum beno, cui benedictionis vel consecrationis vis inesse videtur, cum composito suo docere potest. Legimus enim V, b, 16. post πυνε φερτυ, quod a πυνι φε(ι)τυ quartae tabulae haud differre videtur, in singulari numero praeteriti temporis πυνε φεσναφε βενυς, et VI, a, 64. ape termnome *benuso*, pro quo VI, a, 57. in plurali numero ape termnome *benurent*, ut III, a, 25. 28. et b, 4 sq. πυρε υλυ βενυρεντ, scriptum est. Sed pro eo, quod VI, a, 52 sq. positum est, ape acesoniame — *benust*, IV, a, 13 sq. πυνε μενες ακερυνιαμεμ, ut V, b, 27. πυνε ανπενες, legitur. Sic VI, a, 40. porse pesondrisco *habus*, at VI, a, 50. 53. 63. VII, a, 46. 51. porse s. poe(i) perca(m) arsmatia(m) *habiest*, cui in plurali numero VII, a, 52. pafe trif promom *haburent* respondet, exaratum videmus. Verum in fine primae tabulae post verba περι πρυπεϜαστ etiam πυνες νειρϜαβας scriptum est, cui praesentia πρεϜαβια III, a, 5. et πρεϜυβια III, a, 12. respondent. Quin etiam πυνε υϜεφ φυρφαθ IV, a, 1., ut ponne ovi *furfant* VI, a, 43., legitur:

hinc ar quoque pro *ας* dici potuit, ut VII, a, 46. *tursar* et VI, a, 49 sq. pone esonome *ferar* legitur, etsi V, a, 26. *πȣϱε νȣFιμε φεϱεστ* exaratum est. Ne tamen *απε πȣϱτȣFιες* V, b, 28. idem significare putes, quod *πȣνε* s. *απε πȣϱτιιȣς* V, a, 7. 9., aliae formarum variationes monent. Sic VII, b, 3. pro illo portust, sed pro *πȣϱτιιȣς* IV, b, 28. sive *πȣϱτιτιȣς* IV, b, 34. in sexta tabula purdinsus, sicut IV, a, 33. *πȣϱτινζȣς*, positum est. Quemadmodum pro hoc VII, a, 43. purdinsiust, et VI, a, 16. 24. purdinsust pro purdinsus VI, a, 23. 37. scriptum est; sic etiam vel combifiansiust VI, a, 49. 52. vel combifiansust VII, a, 5. ab eo verbo formatum legitur, cujus imperativus VI, a, 48. 51. combifiatu, subjunctivus praesentis autem VI, a, 51. combifian'si scribitur.

28. Combifian'si mihi compositum esse videtur e subjunctivo *σι* sive sei pro sit, qui etiam III, b, 3. 7. et VI, b, 11. imperativi locum obtinet, neque solum cum substantivis et adjectivis, ut III, a, 5. 27., sed cum participiis etiam construitur, ut III, a, 24. *κȣϱατȣ σι:* unde IV, a, 8. *Fαζετȣμισε* pro vasetome fust VI, a, 47. scribi potuit, sicut in precibus, ut aequaliter sonarent vocabula, persi mersi VI, b, 38. sive pirse mersi VI, b, 48. et persei mersei VI, b, 28. pro pirse mers est VI, a, 55. In secunda persona sir pronuntiatum esse, precum formula fons sir, pacer sir VI, a, 7. h. e. volens, propitius sis, docet: pro quo quidem etiam fonsir, pacer si VI, a, 26. vel fossei pacer sei VI, b, 23. exaratum legimus. Eodem modo, quo si, sei, sir, cum antecedente vocabulo in s exeunte in unum contractum videmus, vocabulum ostensendi VI, b, 20., praesertim quum imperativus ostendu pro *ȣστεντȣ* sequatur, ex ostens sendi compositum puto. Quum enim pro pusei subra screhto est, VII, b, 3. h. e. sicut supra scriptum est, VI, b, 15. in plurali numero porsei subra screhitor sent h. e. sicut supra scripti sunt exaratum sit, sendi post porsi eodem jure pro sent scribi potuit, sicut in fine septimae tabulae post arfertur VII, b, 3. in plurali numero motar *sins* pro singulari *μȣτȣ αϱφεϱτȣϱε σι* in extremis tertiae tabulae legitur. Imperativus hujus verbi semper futu sonat, ut in illa precum formula futu fons, pacer VI, b, 42. cet., pro quo in plurali numero VI, a, 61. fututo foner, pacrer, scriptum est. Hinc *πελσανς φȣτȣ* in fine quintae tabulae pro pelsatu VI, a, 40., atque *πȣϱτετȣ φȣτȣ* ibidem pro subjunctivo purdito fust VII, a, 42. sive *πȣϱτιτȣ φȣστ* IV, a, 39. et purditom fust VII, a, 45. *Φȣστ* vero vel simpliciter usurpatur, ut III, a, 3 sq. 10 sq. *πισι πȣμπε φȣστ*, si conferuntur verba VII, b, 1. pisi panupei fratrexs fratrus Atiersier *fust*, vel cum participiis et adjectivis componitur, ut III, a, 18 sqq. *απε πȣϱτιτȣ φȣστ* et *απε σȣβϱα σπαφȣ φȣστ*.

29. *Φȣστ* proprie quidem tertiam personam grammaticam indicat, ut *φȣϱεντ* III, a, 22. in plurali numero: unde VI, b, 6 sq. porsi angla anseriato fust (ut jam §. 18. metri causa pravam lectionem iust correxi) scriptum legitur pro po(e)i angla

aseriato (e)est VI, b, 1. et 5 sq. Sed VI, a, 39. et 41. pe(r)snis fust pro pesnis fus sive precatus fueris positum est: unde simul apparet, tempora per fust circumscripta posse et passivi et medii generis esse, etsi praeter tempora periphrastica nullas passivae speciei flexiones in Iguvinis tabulis reperiri §. 19. jam monui. Muieto fust VI, b, 7. propter activam imperativi formam mugatu VI, b, 5. passivam significationem habere potest; sed forma composita *αμπρεφυς* IV, a, 20 sq., cui imperativi *αμπρεhτυ* et ambretuto respondent, propter ambrefurent VI, a, 56. in plurali numero active interpretanda est. Eodem modo explicandae videntur illae participiorum formae, quibus deponens persnis fust respondet. Legitur enim VII, b, 3. appei arfertur Atiersir poplom andersa fust, sicut IV, a, 40. *πανε πυπλυ ατερα φυστ* et VII, a, 46. pane poplo andirsa fust, ubi poplom sive poplo accusativus casus esse videtur: andirsa autem participium esse, extrema tertiae tabulae docent, ubi et dirsa et dirsas pro dirsans positum invenimus. Post *πυξυ ερυς τερα* IV, a, 34. quidem etiam *απε ερυς τερυστ* scriptum est; sed quemadmodum Romani et assensus est et assensit, aut aspernatus est pro sprevit dicebant, sic apud Umbros quoque deponens compositum *ατερα φυστ* pro simplici *τερυστ* in usu esse potuit: imo IV, a, 7. *πιhαξ φυστ* et VI, a, 47. pihos fust, sed I, 32. *πρυπεhαστ* legitur. Nam *πιhαξ* participium esse, sicut *ταζεξ*, quod supra §. 21. tacens interpretatus sum, vix dubitabit, quicumque in *πυρε φρατρυ μερσυς φυστ* II, 5 sq. vocabulum *μερσυς* propter *μερσυFα* II, 11 et 28. substantive positum agnoverit.

30: *Φυιεστ* III, a, 9. a *φυστ* aeque diversum puto, ac fio apud Romanos a fuo: activa ejus species est *φακυστ* I, 31. in singulari, et *φακυρεντ* IV, a, 34. in plurali numero. Pluralis iste, excepto uno *στahερεν* IV, a, 19. ab imperativo stahitu VI, a, 56., semper in urent exit, ut haburent VII, a, 52. procanurent VI, b, 16. eiscurent III, b, 10. 15. dersicurent VI, a, 62. a singulari dersicust v. 63. *βενυρεντ, πρυσικυρεντ* III, a, 25 sq. 28. et *πεπυρκυρεντ* III, b, 5 sq. eadem cum reduplicatione, quam singularis peperscust VI, a, 5. sive pepescus VII, a, 8. habet. Hoc unum verbum cum reduplicatione inveni: nam sesust VI, b, 5. mihi pro sersust scriptum videtur, atque ab adjectivo sersus derivatum, sicut alinsust VI, b, 7. ab alinsus. Quemadmodum enim *πανε τριβριζυ φυιεστ* III, a, 8 sq. postquam tribus vicibus factum est significat, sic alinsust dici potuit pro obnuntiantis auguris formula alio die Cic. Phil. II, 33. Etiam subjunctivum *hεριες* IV, a, 10. V, b, 21. s. heriest VII, a, 52. ab adjectivo quodam derivo, quod *ἱερόν* significabat; sed *απ Fυκυ κυκehες* II, 20 sq. postquam focum coxeris sive igne accenso calefeceris interpretor. Quod *πιρ εντεντυ* IV, a, 12. s. pir *endendu* VI, a, 49. pro piamen incendito dicatur, mirum esse nequit, quia Graeci quoque *δαίω* (unde taeda pro *δαΐδι*) pro *καίω* dicebant; sed magis mirandum est, quod ibidem *πανε πιρ εντελες* s. pufe pir *entelust* pro postquam piamen in-

cenderis scriptum sit. Hinc autem intelligitur, *απε απελες(τ)* V, b, 27. III, a, 17. non magis differre ab *πενε ανπενες* ibid. quam *απεντε* II, 27. ab *αμπεντε* II, 23. Quemadmodum hoc verbum compositum est e supra §. 27. laudato *βενες*, benust, benuso: sic *κεFεϙτες* IV, a, 11. covortus VII, a, 39. courtust VI, b, 6. et covortuso VI, a, 64. e *Fεϙτες* V, a, 2. Ceterum *πενε κεFεϙτες* IV, a, 11., quod in sexta tabula omissum est, idem significat, quod imperativus *κεFεϙτε* IV, a, 9. 36. s. covertu VI, a, 47. VII, a, 44., sicut VI, a, 55 sq. ifont stahitu pro *πενε σταɦεϙεν* IV, a, 19. dicitur.

31. Quod conjunctio copulativa *ενεμεκ* IV, a, 11. in sexta tabula non legatur, mirari non licet; sed quod ibidem vocabulum *αɦτιμεμ* bis omissum sit, mirum videri posset, nisi idem fere significaret, quod imperativus anovihimu VI, a, 49. bis positus. Equidem hunc imperativum cum persnihimu, h. e. precare, comparans *ἀνεύαζε*, ova, jubila, interpretor, eundemque in quarta tabula per substantivum *αɦτιμεμ*, h. e. cum ovatione, in ablativo casu expressum censeo, sicut IV, b, 5. et VI, b, 56. *σεɦεμ* s. sevom, h. e. cum veneratione, legitur cum imperativo persnimu constructum. Quod ad formam hujus substantivi attinet, ablativum *ακεϙενιαμεμ* IV, a, 16. s. acesoniame VI, a, 52. comparo, cujus nominativum *ακεϙνιαμεν* fuisse, ex ablativo *νεμεμ* IV, a, 17. s. nome VI, a, 58. colligo. Quemadmodum autem Romani nomen et numen dicebant, quod Graecis *ὄνομα* et *νεῦμα* erat; sic Umbrorum *αɦτιμεν* quasi Graecorum *ἀΰτημα*, ab *ἀϋτέω* pro *ἀΰω* (*ουο*) derivatum, fuit, *ακεϙενιαμεν* vero ab acerra, quam Ovid. M. XIII, 703. custodem turis vocat, derivandum est, ut turificatio quaedam designetur, cui etiam, ut ex apposita voce dur VI, a, 50. sive *τεφ* IV, a, 41. intelligitur, *πϙινεFατες* IV, a, 23. s. prinuatur VI, a, 65. respondet. Brevior forma est *ακεϙενιε* IV, a, 42., quae in *ιFεκα* s. ivenga VII, a, 51, h. e. juvenca, immolanda ter fieri jubetur; pro *πϙινεFατες* IV, a, 19. vero VI, a, 55. com prinuatir legitur, cui IV, a, 20. *τεϙες* et *πεϙε*, h. e. turibus et igne, respondet. Hinc *πϙινεFατες* mihi a premendis uvis dictus esse, et suffimentum designare videtur, quod, Festo teste, diis eo tempore dabatur, quo uvae calcatae prelo premebantur. Prinuatir VI, a, 56., ut e praepositione com agnoscitur, ablativus pluralis est, ut adjectiva peracris sacris. Haec verba enim, licet VI, a, 52. sine substantivo prinuatir legantur, adjectiva esse, ut *πεϙτιταφ σακρεφ* IV, b, 19., nullus dubito; quomodo vero peracris explicandum sit, paullo uberius mihi dicendum est.

32. Quum IV, a, 40. *πεϙακϙε*, ut IV, a, 36 et 38. *αντακϙε*, scriptum sit, utramque vocem per compositionem cum praepositionibus *πεϙ* et *αντ* ex eodem fonte derivatam putare possis; sed quum vox *αντακϙε* in septima tabula per imperativum comoltu, h. e. cumulato, reddatur, ea quidem, ut acervus designetur, ex acere, quod in *πεϙακϙε* minime quadrat, composita esse videtur, nisi Graecum *ἀντικρὺ* (penitus) conferre malis, quia *κεFεϙτε*, quod antecedit, jam conferti notionem continet, quanquam

Lucretius VI, 1262. quoque dixit: »Confertos ita acervatim mors accumulabat.« *Πεδακδε* vero sive peracrio VII, a, 51. non differt a peracr(e)i), quod in precibus sextae tabulae ter repetitis VI, b, 22—55. cum pihaclu s. piaculo constructum et VI, b, 54. etiam peracnio scriptum est. Sic III, a, 6 sq. *σακδεσ πεδακνεσ σπετσ* legitur, ut II, 22. *σακδε σεFακνε σπετσ* et V, b, 7 sq. 10 sq. *πεδακνε σεFακνε σπετσ*, cf. V, a, 5 cet. Itaque sacre, peracne, sevacne, synonyma sunt, et licet sevacnus Graeco *σεβάσμιος* respondeat, peracnus certe compositum est ex *ἁγνός*. Synonymi quoque sunt imperativi *α(μ)πδε(ν)τσ* s. ambretuto et *τεσετσ*, *τεσετατε* s. tursituto, quibuscum verba com prinuatir peracris sacris VI, a, 56. et *πεδακδε* vel *πρινεFατε τεφ* IV, a, 40 sq. constructa sunt. Illum igitur *ἀνάπρηθε*, hunc torreto, cremato, interpretor; tefruto vero, quod VII, a, 46. ante subjunctivum tursar legitur, a Graeco *τεφροῦν* (in cinerem vertere) derivandum, et tanquam participium praeteriti cum antecedente dur, h. e. ture, jungendum videtur. Imperativi enim semper in tu et tuto, nunquam autem in to exeunt, unde etiam VI, a, 63. etato diversum est ab etuto VI, a, 65., quod VI, a, 51 sq. pro *στσ* scriptum agitote significat. *Ετατε* IV, a, 21 sq. quidem imperativus esse potest, quia in sexta tabula per deitu etato s. etaia(n)s circumscribitur; etato vero participium est, ut etaia(n)s.

33. Ceterum participium pro imperativo poni potuisse, e *κεπιφιαια* IV, a, 35. pro combifiatu VII, a, 44., quod quidem pro combifian'si VI, a, 52. scriptum esse potest, satis intelligitur. Nam sicut l. l. subjunctivus praesentis combifian'si a subjunctivo praeteriti combifiansiust discernitur, sic IV, a, 34. et VII, a, 43. participium *τεδα* s. dersa a *τεδεσατ* s. dirsust. Praesentia ab Umbris saepe sic circumscripta esse, extrema tertiae tabulae docent, ubi dirsa, dirsas, dirsans praesentis dicat vicem obtinet, quemadmodum in Lerpirii inscriptione duir praesentis dat. Combifiare, quod non solum in auguriis, sed in sacrificiis quoque usurpatum videmus, Umbri pro combinare dixisse mihi videntur. Plurium enim auguriorum combinatione opus erat, ut felicia censerentur auspicia, quae ob istam causam IV, a, 41. *κεμνε αβρεδτυβ(ε)*, quasi combinae affercturae h. e combinatae accessiones (nostratium secundae conjuncturae) dici videntur. Quemadmodum apud Romanos minorum avium auspicia majoribus cedebant, si quidem cornicis auspicium, aquila superveniente, irritum fiebat, aquilarum vero augurium, fulmine intercedente, e Tuscorum disciplina nullum erat; sic apud Umbros, post aquilae demum augurium minores aves observantes, nullum auspicium esse poterat sine augurio antea per aquilam (anglam) dato. Hinc auspicium ipsum ar(s)fertura, et secundum quidem s. *αἴσιον* esona VI, b, 3. dicebatur s. *εσενα* IV, a, 38., atque *σεπεδ κεμνε αβρεδτυβ* IV, a, 41. idem significat, quod porse perca arsmatia habiest VII, a, 46. h. e. quando litue addictionem avium habueris. Nam perse signi-

ficat prout s. quando, perca vero, quasi pertica, auguris lituus, dicitur, arsmatia denique approbatio s. addictio esse videtur. Scribitur quidem et percam VI, a, 53. et arsmatiam VI, a, 49 sq.; sed arsmatiam solum in accusativo casu positum est, quum perca s. percam pro percame in ablativo casu sit accipiendum. Arsmatia utrum nomen compositum sit, ἀρμόδιόν τι significet, nondum mihi liquet: videantur tamen, quae paullo infra proferam.

34. In verbis illis, quae IV, a, 13 sq. leguntur, eadem de auspiciis breviter praecipi, quae uberius perscripta sunt in sextae tabulae initio, facile agnoscitur; sed memorabile est, quod VI, b, 5. mehe tote Ijoveine, IV, a, 13. τεφε τετε IxθFινε, ut VI, b, 18. tefe tote Ijovine, et VI, a, 51. seso tote Ijovine scriptum legatur, quasi pronomina mihi, tibi, sibi inter se permutarentur. Sane V, b, 24. τεφε tibi significat; at quum seso cum sesust et andersesust (sic enim pro andersesusp legendum est) VI, b, 5 et 7. cohaerere videatur, mehe quoque et tefe in laudatis illis locis simili quodam modo interpretanda sunt. Quoniam andersesust, si e verborum contextu conjicere licet, intercesserit significat, sesust bene cesserit sive successerit explicari potest: unde et adjectivum sersum VI, b, 2 et 5., quod bonum successum habuit sive felix, et adverbium seso h. e. bono cum successu s. feliciter, deduco. Ut autem mehe et tefe eodem modo interpreter, neque Graeca, neque Latina lingua mihi sufficit, nisi mehe pro antiquo mane i. e. bene, unde melius, et tefe pro topper i. e. εὐτυχέως dictum velis. Sane, Festo teste, manum antiqui bonum dicebant, unde tam Manes et immanis, quam mane h. e. bona pars diei, et maturus derivantur: ac nescio an arsmatia Umbrorum ex eodem fonte derivari possit. Inter ea vocabula, quae quid significent, nonnisi e verborum contextu conjici licet, illa sunt intellectu difficillima, quae uno tantum alterove loco leguntur. Ex eo genere sunt verba Fεσκλθ Fετθ IV, a, 29 et 37., quorum illud quidem propter apposita adjectiva ατρθ, αλφθ, quae atrum albumve colorem designant, vasculum indicare videtur; sed hoc quid significet, incertum maneret, nisi VII, a, 21 et 34. et atra et alba vascula, ceu lances saturae, plena vocarentur, cui adjectivum fertus respondet. De litera *r* omissa et de *v* et *f* inter se permutatis plura jam exempla vidimus, ut ipsum κθFεβτθ V, a, 39. i. e. confercito, pro quo V, a, 40. κθFειτθ scriptum est. Quod nisi concederetur, Fετθ pro imperativo vehito accipiendum foret: legimus enim VII, a, 42. ficlam arsveitu pro phialam arvehito s. pateram porrigito.

35. Sed de voce ficla, quae VI, a, 46. inter tesedi et arsveitu, quibus verba τενξιτιμ αβFειτθ IV, a, 6. respondent, inserta est, nunc plura mihi dicenda sunt. Illam vocem sexta septimaque tabulae toties exhibent, quotiescumque in quarta αβρεπεβ αβFες legitur, h. e. in fine cujusvis sacrificii: verba vero hoc modo variantur:

VI, b, 56. a, 20. VII, a, 4. prosesetir s. proseseter mefa spefa ficla arsveitu.
VI, b, 59. a, 23. VII, a, 8. 42. prosesetir strusla ficla arsveitu.
VI, a, 4 sq. VII, a, 54. prosesetir ficla strusla s. strusla ficla(m) prosesetir arsveitu.
VI, a, 2. a, 44. prosesetir farsio s. fasio ficla arsveitu.
VI, a, 46. prosesetir tesedi ficla arsveitu.

Prosesetir s. proseseter pro prosectis sive prosiciis scriptum esse, tabula quinta docet, ubi et V, a, 12. *φασιȣ πρȣσεζετε αρϜειτȣ* et V, a, 23. *πρȣσεζια*, atque V, a, 28 sq. etiam *πρȣσεκτȣ στρȣϜζλα φικλα αρϜειτȣ*, sicut V, a, 7. *αρεπε αρϜες* legitur. Ex iisdem exemplis intelligitur, vocem ficla sive ficlam, quia etiam omitti poterat, pro ablativo ficlame esse accipiendam, cui quadruplex accusativus, mefa spefa, strusla, farsio sive fasio, et tesedi s. *τενξιτιμ* est additus. Porro verborum ordo non semper idem est, ut nec ea, quae in sacrificiis offeruntur, eodem semper ordine enumerata sunt; verumtamen verbum, ut in Latina lingua, enuntiationes plerumque claudit, qua quidem re observata facilior fit interpretatio. Nunc autem videamus, quaenam res cum prosiciis in patera porrigi jubeantur.

36. Quum, quod in prosesetir vidimus, *s* litera pro *ζ* posita Latinae *c* respondeat, *στρȣϜζλα* s. strusla pro struecula s. strue, et farsio, pro quo V, a, 16. *φαζιȣ* quoque scriptum legitur, pro fercto est accipiendum. Nam apud Catonem R. R. 134. legimus: »Ubi exta prosecta erunt, Jano struem commoveto, — Jovi ferctum obmoveto,« et in inscript. fratrum Arvalium: »struibus fertisque — piaculum factum.« Fuerunt autem strues et ferctum, Festo teste, genera liborum, quae qui afferebant, struferctarii appellabantur: ergo mefa quoque spefa et tesedis liborum vel panum genera fuisse videntur. Libum ipsum in Iguvinis tabulis, in quibus nullum vocabulum ab *l* litera incipit, non magis legitur, quam lanx et lustrum et alia ejusmodi vocabula. Si quis autem trahvorfi VII, a, 25. pro transverse scriptum perpenderit, non dubitabit, quin mefa spefa mazam spissam, ut tesedis sive *τενξιτις* densetum sive depsiticium panem designet: illique interpretationi non obstat, quod IV, a, 6 sq. post *τενξιτιμ αρϜειτȣ* legitur: *Ϝεϱις Ϝινȣ, Ϝεϱις πȣνι φειτȣ*. Nam apud Catonem l. l. quoque sequitur: »Item Jano vinum dato, et Jovi vinum dato, ita ut prius datum ob struem obmovendam et ferctum libandum; postea Cereri exta et vinum dato:« quidni in aliis sacrificiis etiam panem? Id quod me vexat, est hoc, quod non *Ϝεϱι*, ut VI, a, 46., sed *Ϝεϱις*, ut IV, b, 4., scriptum legitur. Quis non, si V, b, 21. *πȣνε Ϝεϱιες*, ut IV, a, 10. et VI, a, 48., vel pisi heriest VII, a, 52. pro *ἐπὴν ἱερεύσης* exaratum invenerit, vocabulo *Ϝεϱις ἱερόν τι* designari putet? praesertim quum in quinta tabula non solum *Ϝεϱι πȣνι Ϝεϱι Ϝινȣ φετȣ* V, b, 9 sq., sed etiam *τιȣ πȣνι τιȣ Ϝινȣ τειτȣ* V, a, 25 sq., h. e. dio pane, dio vino, praefato s. praefamino, ut Catonianis verbis R. R.

134. et 141. utar, scriptum sit: nam τεϱτȣ Fινȣ, πȣνε τεϱτȣ V, a, 40. aliter interpretandum est, quia dirstu s. dicato a deitu s. dicito nihilo differt. At cur Ϝεϱι, quod I, 26., ut Ϝεϱιιει V, a, 16. et Ϝεϱιφι III, b, 6., semel poni potuit, ante Fινȣ vel πȣνι nusquam legitur, nisi ubi utrumque nomen cum uno verbo ita construitur, ut conjunctionis locum obtinere videatur?

37. Vocabulo heriei Umbros pro conjunctione usos esse, e septima tabula cognoscitur: nam VII, a, 3. abrof trif fetu heriei rofu heriei peiu scriptum est pro τϱιφ απϱȣφ ϱȣφϱȣ ȣτε πειȣ φειτȣ h. e. tribus apris rufis aut nigris facito. Hoc enim modo verba ista vertenda esse, Plinius docet, qui H. N. VIII, 52. (78.) extr. de apris scripsit: »Pilus aereo similis agrestibus, ceteris niger,« ubi Plinius agrestes apros silvestribus opponit, sicut VIII, 21 med. (30.) tauros silvestres agrestibus. Pro τϱε πȣϱκα ϱȣφϱα ȣτε πεια IV, a, 27. porca trif rofa ote peia fetu scriptum est: itaque heriei rofu heriei peiu non differt ab rofu ote peiu, eodemque modo Ϝεϱι(ς) Fινȣ Ϝεϱι(ς) πȣνι IV, b, 4. 23. a, 6. vel heri(e) vinu heri(e) poni fetu VI, b, 57. a, 19 sq. 46. accipiendum videtur. Nullam enim aliam causam video, cur in quinta tabula, ubi V, b, 9 sq. Ϝεϱι πȣνι Ϝερι Fινȣ φετȣ scriptum est, V, a, 18. πȣνι, Fινȣ, ut V, b, 14. σFισεFε φεϱτȣ πȣνε — σFισεFε Fινȣ φεϱτȣ, et V, b, 20. πȣνι πεσνιμȣ, Fινȣ πεσνιμȣ cet., non anteposito Ϝεϱι legatur. An Ϝεϱι, Ϝεϱις, Ϝεϱιιει, sive heri, herie, heriei, bis positum tam copulativam, quam disjunctivam vim habuerit, alii examinent; mihi quidem unius verbi purdito fust, quod inter duas quartae tabulae paginas inserui, explicationem addere sufficiat. Hoc praeterito subjunctivi indicari, sacrificia rite peracta esse, inde apparet, quod in fine praeceptorum addi solet, eamque ob causam VI, a, 42. et IV, a, 39. totum versum explet. Vera scriptura purditom fust VII, a, 45. legitur, pro quo IV, a, 39., sicut III, a, 18 sq., πȣϱτιτȣ φȣστ, atque I, 31 sq. πȣρτιτȣ φȣτȣ, ut V, a, 43. πȣϱτετȣ φȣτȣ, cum imperativo scriptum est. Participium purditom e praepositione pur (πρός) et ditom (dictum) compositum videtur; quia vero in Iguvinis tabulis τειτȣ V, a, 26. (dicito) et τεϱτȣ V, a, 40. (dicato) inter se permutari solent, unde VI, a, 39. erus dirstu pro εϱȣς τιτȣ IV, b, 34. scriptum est, purditom s. addictum idem quod consecratum significat, quemadmodum Vellejus II, 25. 4. »agros omnes addixit Deae« pro dicavit sive consecravit scripsit: unde IV, b, 19. πȣϱτιταφ et σακϱεφ conjuncta vidimus. Itaque purditom fust sive consecratum sit in fine praeceptorum de sacrificiis idem valet, ac si dicas: rite peractum sit!

Errata.

Pag. 10, v. extr. ante ἀφικτὸς inserendum voces.
- 13, v. 5. evectus pro evecta legendum.
- 15, v. paenult. ΦειδFι perperam lectum pro ΦιιδFι.
- 16, v. 8. post genere inserendum ante vocalem.
- 16, v. 20. ι pro δ legendum; tota vero enuntiatio delenda, si IV, b, 18. ΦιιδFι legitur.
- 17, v. paenult. ϕανδ pro ϕανδ legendum.
- 24, v. 9. ab extr. insulsam pro infulsam legendum.

Hannoverae, typis fratrum Jänecke.

hinc ar quoque pro *ας* dici potuit, ut VII, a, 46. *tursar* et VI, a, 49 sq. pone esonome *ferar* legitur, etsi V, a, 26. *πȣϱε νȣFιμε φεϱεστ* exaratum est. Ne tamen *απε πȣϱτȣFιες* V, b, 28. idem significare putes, quod *πȣνε* s. *απε πȣϱτιιȣς* V, a, 7. 9., aliae formarum variationes monent. Sic VII, b, 3. pro illo portust, sed pro *πȣϱτιιȣς* IV, b, 28. sive *πȣρτιτιȣς* IV, b, 34. in sexta tabula purdinsus, sicut IV, a, 33. *πȣϱτινζȣς*, positum est. Quemadmodum pro hoc VII, a, 43. purdinsiust, et VI, a, 16. 24. purdinsust pro purdinsus VI, a, 23. 37. scriptum est; sic etiam vel combifiansiust VI, a, 49. 52. vel combifiansust VII, a, 5. ab eo verbo formatum legitur, cujus imperativus VI, a, 48. 51. combifiatu, subjunctivus praesentis autem VI, a, 51. combifian'si scribitur.

28. Combifian'si mihi compositum esse videtur e subjunctivo *σι* sive sei pro sit, qui etiam III, b, 3. 7. et VI, b, 11. imperativi locum obtinet, neque solum cum substantivis et adjectivis, ut III, a, 5. 27., sed cum participiis etiam construitur, ut III, a, 24. *κȣρατȣ σι:* unde IV, a, 8. *Fαζετȣμισε* pro vasetome fust VI, a, 47. scribi potuit, sicut in precibus, ut aequaliter sonarent vocabula, persi mersi VI, b, 38. sive pirse mersi VI, b, 48. et persei mersei VI, b, 28. pro pirse mers est VI, a, 55. In secunda persona sir pronuntiatum esse, precum formula fons sir, pacer sir VI, a, 7. h. e. volens, propitius sis, docet: pro quo quidem etiam fonsir, pacer si VI, a, 26. vel fossei pacer sei VI, b, 23. exaratum legimus. Eodem modo, quo si, sei, sir, cum antecedente vocabulo in s exeunte in unum contractum videmus, vocabulum ostensendi VI, b, 20., praesertim quum imperativus ostendu pro *ȣστεντȣ* sequatur, ex ostens sendi compositum puto. Quum enim pro pusei subra screhto est, VII, b, 3. h. e. sicut supra scriptum est, VI, b, 15. in plurali numero porsei subra screhitor sent h. e. sicut supra scripti sunt exaratum sit, sendi post porsi eodem jure pro sent scribi potuit, sicut in fine septimae tabulae post arfertur VII, b, 3. in plurali numero motar *sins* pro singulari *μȣτȣ αϱφερτȣϱε σι* in extremis tertiae tabulae legitur. Imperativus hujus verbi semper futu sonat, ut in illa precum formula futu fons, pacer VI, b, 42. cet., pro quo in plurali numero VI, a, 61. fututo foner, pacrer, scriptum est. Hinc *πελσανς φȣτȣ* in fine quintae tabulae pro pelsatu VI, a, 40., atque *πȣϱτετȣ φȣτȣ* ibidem pro subjunctivo purdito fust VII, a, 42. sive *πȣϱτιτȣ φȣστ* IV, a, 39. et purditom fust VII, a, 45. *Φȣστ* vero vel simpliciter usurpatur, ut III, a, 3 sq. 10 sq. *πισι πȣμπε φȣστ*, si conferuntur verba VII, b, 1. pisi panupei fratrexs fratrus Atiersier *fust*, vel cum participiis et adjectivis componitur, ut III, a, 18 sqq. *απε πȣρτιτȣ φȣστ* et *απε σȣβϱα σπαφȣ φȣστ*.

29. *Φȣστ* proprie quidem tertiam personam grammaticam indicat, ut *φȣρεντ* III, a, 22. in plurali numero: unde VI, b, 6 sq. porsi angla anseriato fust (ut jam §. 18. metri causa pravam lectionem iust correxi) scriptum legitur pro po(e)i angla

aseriato (e)est VI, b, 1. et 5 sq. Sed VI, a, 39. et 41. pe(r)snis fust pro pesnis fus sive precatus fueris positum est: unde simul apparet, tempora per fust circumscripta posse et passivi et medii generis esse, etsi praeter tempora periphrastica nullas passivae speciei flexiones in Iguvinis tabulis reperiri §. 19. jam monui. Muieto fust VI, b, 7. propter activam imperativi formam mugatu VI, b, 5. passivam significationem habere potest; sed forma composita *αμπρεφυς* IV, a, 20 sq., cui imperativi *αμπρεκτυ* et ambretuto respondent, propter ambrefurent VI, a, 56. in plurali numero active interpretanda est. Eodem modo explicandae videntur illae participiorum formae, quibus deponens persnis fust respondet. Legitur enim VII, b, 3. appei arfertur Atiersir poplom andersa fust, sicut IV, a, 40. *πανε πυπλυ ατερα φυστ* et VII, a, 46. pane poplo andirsa fust, ubi poplom sive poplo accusativus casus esse videtur: andirsa autem participium esse, extrema tertiae tabulae docent, ubi et dirsa et dirsas pro dirsans positum invenimus. Post *πυξε ερυς τερα* IV, a, 34. quidem etiam *απε ερυς τερυστ* scriptum est; sed quemadmodum Romani et assensus est et assensit, aut aspernatus est pro sprevit dicebant, sic apud Umbros quoque deponens compositum *ατερα φυστ* pro simplici *τερυστ* in usu esse potuit: imo IV, a, 7. *πικαξ φυστ* et VI, a, 47. pihos fust, sed I, 32. *πρυπεκασ* legitur. Nam *πικαξ* participium esse, sicut *ταζεξ*, quod supra §. 21. tacens interpretatus sum, vix dubitabit, quicumque in *πυρε φρατρυ μερσυς φυστ* II, 5 sq. vocabulum *μερσυς* propter *μερσυFα* II, 11 et 28. substantive positum agnoverit.

30. *Φυιεστ* III, a, 9. a *φυστ* aeque diversum puto, ac fio apud Romanos a fuo: activa ejus species est *φακυστ* I, 31. in singulari, et *φακυρεντ* IV, a, 34. in plurali numero. Pluralis iste, excepto uno *στακερεν* IV, a, 19. ab imperativo stahitu VI, a, 56., semper in urent exit, ut haburent VII, a, 52. procanurent VI, b, 16. eiscurent III, b, 10. 15. dersicurent VI, a, 62. a singulari dersicust v. 63. *βενυρεντ, πρυσιχυρεντ* III, a, 25 sq. 28. et *πεπυρχυρεντ* III, b, 5 sq. eadem cum reduplicatione, quam singularis peperscust VI, a, 5. sive pepescus VII, a, 8. habet. Hoc unum verbum cum reduplicatione inveni: nam sesust VI, b, 5. mihi pro sersust scriptum videtur, atque ab adjectivo sersus derivatum, sicut alinsust VI, b, 7. ab alinsus. Quemadmodum enim *πανε τριβριζυ φυιεστ* III, a, 8 sq. postquam tribus vicibus factum est significat, sic alinsust dici potuit pro obnuntiantis auguris formula alio die Cic. Phil. II, 33. Etiam subjunctivum *κεριες* IV, a, 10. V, b, 21. s. heriest VII, a, 52. ab adjectivo quodam derivo, quod *ιερόν* significabat; sed *απ Fυκυ κυκεκες* II, 20 sq. postquam focum coxeris sive igne accenso calefeceris interpretor. Quod *πιρ εντεντυ* IV, a, 12. s. pir *endendu* VI, a, 49. pro piamen incendito dicatur, mirum esse nequit, quia Graeci quoque *δαίω* (unde taeda pro *δαΐδι*) pro *καίω* dicebant; sed magis mirandum est, quod ibidem *πανε πιρ εντελες* s. pufe pir *entelust* pro postquam piamen in-

cenderis scriptum sit. Hinc autem intelligitur, *απε απελεσ(τ)* V, b, 27. III, a, 17. non magis differre ab *πενε ανπενες* ibid. quam *απεντε* II, 27. ab *αμπεντε* II, 23. Quemadmodum hoc verbum compositum est e supra §. 27. laudato *βενες*, benust, benuso: sic *κεΓεϱτες* IV, a, 11. covortus VII, a, 39. courtust VI, b, 6. et covortuso VI, a, 64. e *Γεϱτες* V, a, 2. Ceterum *πενε κεΓεϱτες* IV, a, 11., quod in sexta tabula omissum est, idem significat, quod imperativus *κεΓεϱτε* IV, a, 9. 36. s. covertu VI, a, 47. VII, a, 44., sicut VI, a, 55 sq. ifont stahitu pro *πενε σταΓεϱεν* IV, a, 19. dicitur.

31. Quod conjunctio copulativa *ενεμεκ* IV, a, 11. in sexta tabula non legatur, mirari non licet; sed quod ibidem vocabulum *αΓτιμεμ* bis omissum sit, mirum videri posset, nisi idem fere significaret, quod imperativus anovihimu VI, a, 49. bis positus. Equidem hunc imperativum cum persnihimu, h. e. precare, comparans *ἀνεύαζε*, ova, jubila, interpretor, eundemque in quarta tabula per substantivum *αΓτιμεμ*, h. e. cum ovatione, in ablativo casu expressum censeo, sicut IV, b, 5. et VI, b, 56. *σεΓεμ* s. sevom, h. e. cum veneratione, legitur cum imperativo persnimu constructum. Quod ad formam hujus substantivi attinet, ablativum *ακεϱονιαμεμ* IV, a, 16. s. acesoniame VI, a, 52. comparo, cujus nominativum *ακεϱονιαμεν* fuisse, ex ablativo *νεμεμ* IV, a, 17. s. nome VI, a, 58. colligo. Quemadmodum autem Romani nomen et numen dicebant, quod Graecis *ὄνομα* et *νεῦμα* erat; sic Umbrorum *αΓτιμεν* quasi Graecorum *ἀΰτημια*, ab *ἀϋτέω* pro *ἀΰω* (*ονο*) derivatum, fuit, *ακεϱονιαμεν* vero ab acerra, quam Ovid. M. XIII, 703. custodem turis vocat, derivandum est, ut turificatio quaedam designetur, cui etiam, ut ex apposita voce dur VI, a, 50. sive *τεφ* IV, a, 41. intelligitur, *πϱινεΓατες* IV, a, 23. s. prinuatur VI, a, 65. respondet. Brevior forma est *ακεϱονιε* IV, a, 42., quae in *ιΓεκα* s. ivenga VII, a, 51, h. e. juvenca, immolanda ter fieri jubetur; pro *πϱινεΓατες* IV, a, 19. vero VI, a, 55. com prinuatir legitur, cui IV, a, 20. *τεϱες* et *πεϱε*, h. e. turibus et igne, respondet. Hinc *πϱινεΓατες* mihi a premendis uvis dictus esse, et suffimentum designare videtur, quod, Festo teste, diis eo tempore dabatur, quo uvae calcatae prelo premebantur. Prinuatir VI, a, 56., ut e praepositione com agnoscitur, ablativus pluralis est, ut adjectiva peracris sacris. Haec verba enim, licet VI, a, 52. sine substantivo prinuatir legantur, adjectiva esse, ut *πεϱτιταφ σακϱεφ* IV, b, 19., nullus dubito; quomodo vero peracris explicandum sit, paullo uberius mihi dicendum est.

32. Quum IV, a, 40. *πεϱακϱε*, ut IV, a, 36 et 38. *αντακϱε*, scriptum sit, utramque vocem per compositionem cum praepositionibus *πεϱ* et *αντ* ex eodem fonte derivatam putare possis; sed quum vox *αντακϱε* in septima tabula per imperativum comoltu, h. e. cumulato, reddatur, ea quidem, ut acervus designetur, ex acere, quod in *πεϱακϱε* minime quadrat, composita esse videtur, nisi Graecum *ἀντικϱύ* (penitus) conferre malis, quia *κεΓεϱτε*, quod antecedit, jam conferti notionem continet, quanquam

Lucretius VI, 1262. quoque dixit: »Confertos ita acervatim mors accumulabat.« *Πεϱακϱε* vero sive peracrio VII, a, 51. non differt a peracr(e)i), quod in precibus sextae tabulae ter repetitis VI, b, 22—55. cum pihaclu s. piaculo constructum et VI, b, 54. etiam peracnio scriptum est. Sic III, a, 6 sq. *σακϱεȣ πεϱακνεȣ ȣπετȣ* legitur, ut II, 22. *σακϱε σεϜακνε ȣπετȣ* et V, b, 7 sq. 10 sq. *πεϱακνε σεϜακνε ȣπετȣ*, cf. V, a, 5 cet. Itaque sacre, peracne, sevacne, synonyma sunt, et licet sevacnus Graeco *σεβάσμιος* respondeat, peracnus certe compositum est ex *ἁγνός*. Synonymi quoque sunt imperativi *α(μ)πϱε(Ϝ)τȣ* s. ambretuto et *τȣσετȣ*, *τȣσετȣτȣ* s. tursituto, quibuscum verba com prinuatir peracris sacris VI, a, 56. et *πεϱακϱε* vel *πϱινȣϜατȣ τȣφ* IV, a, 40 sq. constructa sunt. Illum igitur *ἀνάπϱηθε*, hunc torreto, cremato, interpretor; tefruto vero, quod VII, a, 46. ante subjunctivum tursar legitur, a Graeco *τεφϱοῦν* (in cinerem vertere) derivandum, et tanquam participium praeteriti cum antecedente dur, h. e. ture, jungendum videtur. Imperativi enim semper in tu et tuto, nunquam autem in to exeunt, unde etiam VI, a, 63. etato diversum est ab etuto VI, a, 65., quod VI, a, 51 sq. pro *ετȣ* scriptum agitote significat. *Ετατȣ* IV, a, 21 sq. quidem imperativus esse potest, quia in sexta tabula per deitu etato s. etaia(n)s circumscribitur; etato vero participium est, ut etaia(n)s.

33. Ceterum participium pro imperativo poni potuisse, e *κȣπιφιαια* IV, a, 35. pro combifiatu VII, a, 44., quod quidem pro combifian'si VI, a, 52. scriptum esse potest, satis intelligitur. Nam sicut l. l. subjunctivus praesentis combifian'si a subjunctivo praeteriti combifiansiust discernitur, sic IV, a, 34. et VII, a, 43. participium *τεϱα* s. dersa a *τεϱȣστ* s. dirsust. Praesentia ab Umbris saepe sic circumscripta esse, extrema tertiae tabulae docent, ubi dirsa, dirsas, dirsans praesentis dicat vicem obtinet, quemadmodum in Lerpirii inscriptione duir praesentis dat. Combifiare, quod non solum in auguriis, sed in sacrificiis quoque usurpatum videmus, Umbri pro combinare dixisse mihi videntur. Plurium enim auguriorum combinatione opus erat, ut felicia censerentur auspicia, quae ob istam causam IV, a, 41. *κȣμνε αϱφεϱτȣϱ(ε)*, quasi combinae affercturae h. e combinatae accessiones (nostratium secundae conjuncturae) dici videntur. Quemadmodum apud Romanos minorum avium auspicia majoribus cedebant, si quidem cornicis auspicium, aquila superveniente, irritum fiebat, aquilarum vero augurium, fulmine intercedente, e Tuscorum disciplina nullum erat; sic apud Umbros, post aquilae demum augurium minores aves observantes, nullum auspicium esse poterat sine augurio antea per aquilam (anglam) dato. Hinc auspicium ipsum ar(s)fertura, et secundum quidem s. *αἴσιον* esona VI, b, 3. dicebatur s. *εσȣνȣ* IV, a, 38., atque *σȣπεϱ κȣμνε αϱφεϱτȣϱ* IV, a, 41. idem significat, quod porse perca arsmatia habiest VII, a, 46. h. e. quando lituo addictionem avium habueris. Nam perse signi-

ficat prout s. quando, perca vero, quasi pertica, auguris lituus, dicitur, arsmatia denique approbatio s. addictio esse videtur. Scribitur quidem et percam VI, a, 53. et arsmatiam VI, a, 49 sq.; sed arsmatiam solum in accusativo casu positum est, quum perca s. percam pro percame in ablativo casu sit accipiendum. Arsmatia utrum nomen compositum sit, ἀρμόδιόν τι significet, nondum mihi liquet: videantur tamen, quae paullo infra proferam.

34. In verbis illis, quae IV, a, 13 sq. leguntur, eadem de auspiciis breviter praecipi, quae uberius perscripta sunt in sextae tabulae initio, facile agnoscitur; sed memorabile est, quod VI, b, 5. mehe tote Ijoveine, IV, a, 13. τεφε τοτε IxθFινε, ut VI, b, 18. tefe tote Ijovine, et VI, a, 51. seso tote Ijovine scriptum legatur, quasi pronomina mihi, tibi, sibi inter se permutarentur. Sane V, b, 24. τεφε tibi significat; at quum seso cum sesust et andersesust (sic enim pro andersesusp legendum est) VI, b, 5 et 7. cohaerere videatur, mehe quoque et tefe in laudatis illis locis simili quodam modo interpretanda sunt. Quoniam andersesust, si e verborum contextu conjicere licet, intercesserit significat, sesust bene cesserit sive successerit explicari potest: unde et adjectivum sersum VI, b, 2 et 5., quod bonum successum habuit sive felix, et adverbium seso h. e. bono cum successu s. feliciter, deduco. Ut autem mehe et tefe eodem modo interpreter, neque Graeca, neque Latina lingua mihi sufficit, nisi mehe pro antiquo mane i. e. bene, unde melius, et tefe pro topper i. e. εὐτυχέως dictum velis. Sane, Festo teste, manum antiqui bonum dicebant, unde tam Manes et immanis, quam mane h. e. bona pars diei, et maturus derivantur: ac nescio an arsmatia Umbrorum ex eodem fonte derivari possit. Inter ea vocabula, quae quid significent, nonnisi e verborum contextu conjici licet, illa sunt intellectu difficillima, quae uno tantum alterove loco leguntur. Ex eo genere sunt verba *Fεσχλθ Fετθ* IV, a, 29 et 37., quorum illud quidem propter apposita adjectiva *ατρθ*, *αλφθ*, quae atrum albumve colorem designant, vasculum indicare videtur; sed hoc quid significet, incertum maneret, nisi VII, a, 21 et 34. et atra et alba vascula, ceu lances saturae, plena vocarentur, cui adjectivum fertus respondet. De litera *r* omissa et de *v* et *f* inter se permutatis plura jam exempla vidimus, ut ipsum *κθFερτθ* V, a, 39. i. e. confercito, pro quo V, a, 40. *κθFειτθ* scriptum est. Quod nisi concederetur, *Fετθ* pro imperativo vehito accipiendum foret: legimus enim VII, a, 42. ficlam arsveitu pro phialam arvehito s. pateram porrigito.

35. Sed de voce ficla, quae VI, a, 46. inter tesedi et arsveitu, quibus verba *τενξιτιμ αρFειτθ* IV, a, 6. respondent, inserta est, nunc plura mihi dicenda sunt. Illam vocem sexta septimaque tabulae toties exhibent, quotiescumque in quarta *αρεπερ αρFες* legitur, h. e. in fine cujusvis sacrificii: verba vero hoc modo variantur:

VI, b, 56. a, 20. VII, a, 4. prosesetir s. proseseter mefa spefa ficla arsveitu.
VI, b, 59. a, 23. VII, a, 8. 42. prosesetir strusla ficla arsveitu.
VI, a, 4 sq. VII, a, 54. prosesetir ficla strusla s. strusla ficla(m) prosesetir arsveitu.
VI, a, 2. a, 44. prosesetir farsio s. fasio ficla arsveitu.
VI, a, 46. prosesetir tesedi ficla arsveitu.

Prosesetir s. proseseter pro prosectis sive prosiciis scriptum esse, tabula quinta docet, ubi et V, a, 12. φασιυ πρυσεζετε αρϜειτυ et V, a, 23. πρυσεζια, atque V, a, 28 sq. etiam πρυσεκτυ στρυϜζλα φικλα αρϜειτυ, sicut V, a, 7. αρεπε αρϜες legitur. Ex iisdem exemplis intelligitur, vocem ficla sive ficlam, quia etiam omitti poterat, pro ablativo ficlame esse accipiendam, cui quadruplex accusativus, mefa spefa, strusla, farsio sive fasio, et tesedi s. τενξιτιμ est additus. Porro verborum ordo non semper idem est, ut nec ea, quae in sacrificiis offeruntur, eodem semper ordine enumerata sunt; verumtamen verbum, ut in Latina lingua, enuntiationes plerumque claudit, qua quidem re observata facilior fit interpretatio. Nunc autem videamus, quaenam res cum prosiciis in patera porrigi jubeantur.

36. Quum, quod in prosesetir vidimus, s litera pro ζ posita Latinae c respondeat, στρυϜζλα s. strusla pro struecula s. strue, et farsio, pro quo V, a, 16. φαζιυ quoque scriptum legitur, pro fercto est accipiendum. Nam apud Catonem R. R. 134. legimus: »Ubi exta prosecta erunt, Jano struem commoveto, — Jovi ferctum obmoveto,« et in inscript. fratrum Arvalium: »struibus fertisque — piaculum factum.« Fuerunt autem strues et ferctum, Festo teste, genera liborum, quae qui afferebant, struferctarii appellabantur: ergo mefa quoque spefa et tesedis liborum vel panum genera fuisse videntur. Libum ipsum in Iguvinis tabulis, in quibus nullum vocabulum ab *l* litera incipit, non magis legitur, quam lanx et lustrum et alia ejusmodi vocabula. Si quis autem trahvorfi VII, a, 25. pro transverse scriptum perpenderit, non dubitabit, quin mefa spefa mazam spissam, ut tesedis sive τενξιτις densetum sive depsiticium panem designet: illique interpretationi non obstat, quod IV, a, 6 sq. post τενξιτιμ αρϜειτυ legitur: Ϝεϱις Ϝινυ, Ϝεϱις πυνι φειτυ. Nam apud Catonem l. l. quoque sequitur: »Item Jano vinum dato, et Jovi vinum dato, ita ut prius datum ob struem obmovendam et ferctum libandum; postea Cereri exta et vinum dato:« quidni in aliis sacrificiis etiam panem? Id quod me vexat, est hoc, quod non Ϝεϱι, ut VI, a, 46., sed Ϝεϱις, ut IV, b, 4., scriptum legitur. Quis non, si V, b, 21. πυνε Ϝεϱιες, ut IV, a, 10. et VI, a, 48., vel pisi heriest VII, a, 52. pro ἐπὴν ἱερεύσης exaratum invenerit, vocabulo Ϝεϱις ἱερόν τι designari putet? praesertim quum in quinta tabula non solum Ϝεϱι πυνι Ϝεϱι Ϝινυ φετυ V, b, 9 sq., sed etiam τιυ πυνι τιυ Ϝινυ τειτυ V, a, 25 sq., h. e. dio pane, dio vino, praefato s. praefamino, ut Catonianis verbis R. R.

134. et 141. utar, scriptum sit: nam *τεϱτȣ Fινȣ, πȣνε τεϱτȣ* V, a, 40. aliter interpretandum est, quia dirstu s. dicato a deitu s. dicito nihilo differt. At cur *Ϝεϱι*, quod I, 26., ut *Ϝεϱιιει* V, a, 16. et *Ϝεϱιφι* III, b, 6., semel poni potuit, ante *Fινȣ* vel *πȣνι* nusquam legitur, nisi ubi utrumque nomen cum uno verbo ita construitur, ut conjunctionis locum obtinere videatur?

37. Vocabulo heriei Umbros pro conjunctione usos esse, e septima tabula cognoscitur: nam VII, a, 3. abrof trif fetu heriei rofu heriei peiu scriptum est pro *τϱιφ απϱȣφ ϱȣφϱȣ ȣτε πειȣ φειτȣ* h. e. tribus apris rufis aut nigris facito. Hoc enim modo verba ista vertenda esse, Plinius docet, qui H. N. VIII, 52. (78.) extr. de apris scripsit: »Pilus aereo similis agrestibus, ceteris niger,« ubi Plinius agrestes apros silvestribus opponit, sicut VIII, 21 med. (30.) tauros silvestres agrestibus. Pro *τϱε πȣϱκα ϱȣφϱα ȣτε πεια* IV, a, 27. porca trif rofa ote peia fetu scriptum est: itaque heriei rofu heriei peiu non differt ab rofu ote peiu, eodemque modo *Ϝεϱι(ς) Fινȣ Ϝεϱι(ς) πȣνι* IV, b, 4. 23. a, 6. vel heri(e) vinu heri(e) poni fetu VI, b, 57. a, 19 sq. 46. accipiendum videtur. Nullam enim aliam causam video, cur in quinta tabula, ubi V, b, 9 sq. *Ϝεϱι πȣνι Ϝεϱι Fινȣ φετȣ* scriptum est, V, a, 18. *πȣνι, Fινȣ*, ut V, b, 14. *σFισεFε φεϱτȣ πȣνε — σFισεFε Fινȣ φεϱτȣ*, et V, b, 20. *πȣνι πεσνιμȣ, Fινȣ πεσνιμȣ* cet., non anteposito *Ϝεϱι* legatur. An *Ϝεϱι, Ϝεϱις, Ϝεϱιιει*, sive heri, herie, heriei, bis positum tam copulativam, quam disjunctivam vim habuerit, alii examinent; mihi quidem unius verbi purdito fust, quod inter duas quartae tabulae paginas inserui, explicationem addere sufficiat. Hoc praeterito subjunctivi indicari, sacrificia rite peracta esse, inde apparet, quod in fine praeceptorum addi solet, eamque ob causam VI, a, 42. et IV, a, 39. totum versum explet. Vera scriptura purditom fust VII, a, 45. legitur, pro quo IV, a, 39., sicut III, a, 18 sq., *πȣϱτιτȣ φȣστ*, atque I, 31 sq. *πȣϱτιτȣ φȣτȣ*, ut V, a, 43. *πȣϱτετȣ φȣτȣ*, cum imperativo scriptum est. Participium purditom e praepositione pur (*πϱός*) et ditom (dictum) compositum videtur; quia vero in Iguvinis tabulis *τειτȣ* V, a, 26. (dicito) et *τεϱτȣ* V, a, 40. (dicato) inter se permutari solent, unde VI, a, 39. erus dirstu pro *εϱȣς τιτȣ* IV, b, 34. scriptum est, purditom s. addictum idem quod consecratum significat, quemadmodum Vellejus II, 25. 4. »agros omnes addixit Deae« pro dicavit sive consecravit scripsit: unde IV, b, 19. *πȣϱτιταφ* et *σακϱεφ* conjuncta vidimus. Itaque purditom fust sive consecratum sit in fine praeceptorum de sacrificiis idem valet, ac si dicas: rite peractum sit!

Errata.

Pag. 10, v. extr. ante αφικτυ inserendum voces.
- 13, v. 5. evectus pro evecta legendum.
- 15, v. paenult. ΦειϑFι perperam lectum pro ΦιϑFι.
- 16, v. 8. post genere inserendum ante vocalem.
- 16, v. 20. ι pro υ legendum; tota vero enuntiatio delenda, si IV, b, 18. ΦιϑFι legitur.
- 17, v. paenult. ϝανϑ pro ϝανϑ legendum.
- 24, v. 9. ab extr. insulsam pro infulsam legendum.

Hannoverae, typis fratrum Jänecke.

RUDIMENTA
LINGUAE UMBRICAE

EX INSCRIPTIONIBUS ANTIQUIS ENODATA.

PARTICULA III.

INSCRIPTIONES UMBRICAS SUMMATIM EXPLICANS.

SCRIPSIT

Dr. G. F. GROTEFEND

LYCEI HANNOVERANI DIRECTOR.

Est quadam prodire tenus, si non datur ultra. *Horat.*

HANNOVERAE MDCCCXXXVI.

IN LIBRARIA AULICA HAHNII.

Praefatio.

Vocabula illa, quae in superiore hujus operis particula e comparatis Iguvinis tabulis didicimus, licet pauca sint, sufficiunt tamen ad id, quod nunc aggressurus sum, ita demonstrandum, ut facile intelligatur. Sunt enim argumenta Iguvinarum tabularum, earumque praecipue, quarum comparatio disquisitionem nostram faciliorem reddit, summatim ante explicanda, quam singula earum verba interpretari conemur. Quod si non fecerimus, fundamenta deerunt, quibus vera interpretatio nitatur, neque caveri satis poterit, ne in meras hariolationes incidamus. Argumenti vero expositione non contextus modo cognoscetur, ex quo singula verba interpretanda sunt, sed praebebitur etiam optima occasio, multas res, quarum notitia valde necessaria est ad intellectum eorum, quae in tabulis perscripta sunt, uberius explicandi, ut de diis deabusque, quibus sacra fiunt; de sacerdotibus et gentibus Iguvinorum praecipuis; de urbis arcisque Iguvinae nominibus; de oppidis Umbriae, multisque aliis rebus, quae dignae sunt, quibus operam nostram navemus. Jam ex iis, quae in medium protuli, intelligitur, Romanos multa ab Umbris accepisse, quae viri docti nimia temeritate Etruscis attribuerunt; pleraque tamen hujus generis, ut de sacrificiorum ritibus, quorum plurimi

inter Umbros Romanosque communes fuerunt, et de auguriis, quibus Umbri adeo studuerunt, ut nihil probe factum putarent, quod non antea auguriis esset probatum, ne longior evaderet haec particula, in qua praecipue nomina propria mihi explicanda videbantur, in aliud tempus differre constitui.

Hactenus haec: si quid novisti rectius istis,
Candidus imperti; si non, his utere mecum.

Particula III.

Inscriptiones Umbricas summatim explicans.

1. Iguvinas illas tabulas, quas in superiore hujus operis particula comparavimus, ad *περσκλθμ* sive lustrationem spectare, primis earum verbis dicitur. Imprimis autem praecipiuntur sacrificia, quorum alia reliquae tabulae continent praeter tertiam, in cujus argumenta diversa nunc primum inquirere liceat. In tertia tabula non literis solum, quae partim Umbricae, partim Latinae sunt, duae distinguuntur inscriptiones, sed utraque etiam vel lineola quadam inter versum 13 et 14 primae paginae interposita vel repetitis iisdem fere verbis in duas partes dividitur. In omnibus his partibus, sicut in reliquis praeter quartam sextamque tabulis, mentio fit Fratris Atiersii vel Fratrum Atiersiorum, quibus summa tribuitur auctoritas. Hi Fratres, quorum maximus sive magister *κατ' ἐξοχήν* Frater Atiersius dicitur, sicut Fratres Arvales Romanorum, duodecim (desenduf VII, b, 2.) sacerdotum fuerunt collegium, quod III, a, 23 et III, b, 1. *φεια φρατρεχς*, quasi *φυή* sive *φυλὴ φρατρική*, dictum Quaestori opponitur. Panupei fratrexs, quae VII, b, 1. legitur, quasi *παμφυλία φρατρική*, Fratrum *πανήγυριν* sive conventum designare videtur, quae III, a, 3. contracto nomine *πεμπε* dicitur, nisi h. l. pompam intelligere malis, quia panupei fratrexs VII, b, 1. simpliciter fit Fratrus Atiersier sive Fratribus Atiersiis, *πεμπε* vero III, a, 4. *εικFασεσε Ατιιεδιεδ*, quae verba non differre videntur ab *αδπατδατι Φδατδε Ατιιεδιε* III, a, 12. sive arbitratu Fratrum Atiersiorum. Potest enim *Ατιιεδιεδ* pro genitivo singularis accipi, ut *εικFασεσε* substantivum regens sit, sicut Graecorum *εἰκασία*, ab *εἰκάζω* derivatum, cujus primitivum verbum *ἔϊσκω* apud Homerum, sicut scisco apud Romanos, etiam probo, justum et aequum censeo significat Il. XIII, 446.: unde puri far eiscurent III, b, 10 et 15. sicut facere comprobarint vertendum est.

2. Fratres Atiersios summos in rebus sacris arbitros fuisse, ea testantur, quae in tertia tabula Umbricis literis perscripta sunt: in illis enim haec sibi respondent singularum partium initia:

Εσȣκ Φρατερ Ατιιερiȣρ ειτιπες πλενασιερ ȣρνασιερ ȣϝτρετιε τ. τ.

Φρατερ Ατιιερiȣρ εσȣ ειτιπες πλενασιερ ȣρνασιερ ȣϝτρετιε κ. τ.

In his, praeterquam quod pronomen demonstrativum *εσȣ* sive *εσȣκ* diversis locis positum est, nonnisi verba, unde accusativus pronominis hoc dependet, diversis notis scripta sunt. Quum in eadem tabula v. 24 et 29 bis *τȣρατȣ* pro *κȣρατȣ* exaratum sit, pro *τ. τ.* quoque *κ. τ.* legendum videri possit: nihilo secius *τ. τ.* h. e. d(iis) d(icat) legendum puto, quia Quaestoris ratihabitio in fine quartae et in margine quintae tabulae similia exhibet: *ΚϜεστρετιε ȣσαιε σϜεσȣ ϜȣϜζις τιτιστε* (s. *τιτε*) *τειες*, h. e. nisi fallor, Quaestoritia audientia suetum vobis (de)dicate diis. Quodsi *ειτιπες* pro *ειτιπερ* scriptum est, sicut in superiore hujus operis particula *αρεπες* pro *αρεπερ* exaratum vidimus, duae priores syllabae autem Graeco nomini *εἴδει* respondent, *ειτιπες ȣϜτρετιε*, h. e. pro specie auctoritia, cum genitivis deminutivis *πλενασιερ ȣρνασιερ*, h. e. plenulae urnulae s. pleni suffragii, construi potuit ad indicandam summam auctoritatem, qua Frater Atiersius scripsit: Hoc Frater Atiersius pro sua pleni suffragii auctoritate diis fieri edicit. Itaque tertia tabula duo edicta Fratis Atiersii continet: quae vero post explicata modo verba leguntur, diversa sunt:

III, a, 3 sq. *καστρȣζιιε αρφερτȣρ πισι πȣμπε φȣστ εικϜασεσε Ατιιεριερ.*

III, a, 15 sq. *κλȣϜιιερ κȣμναϝκλε Ατιιεριε ȣκρε εικϜασεσε Ατιιεριερ.*

Quum in superiore particula §. 33. viderimus, *κȣμνε αρφερτȣρ* IV, a, 41. secunda designare auguria, *αρφερτȣρ* et *κȣμναϝκλε* ejusdem fere significatus esse putare licet. Est autem *καστρȣζιιε αρφερτȣρ* urbanum augurium, a *καστρȣϜȣ*(φ), III, a, 13. 18. 20. 22. h. e. urbis moenibus appellatum, cui *κȣμναϝκλε Ατιιεριε ȣκρε* opponitur.

3. Ocrem antiqui Romani, ut Festus Livii Andronici exemplis probatum refert, montem confragosum dicebant, unde oppida Umbriae Interocrea et Ocriculum nomen accepere. Quia vero apud Graecos *ὄκρις* et *ἄκρα*, unde Latinorum arx per metathesin dicta videtur, inter se cognata fuerunt nomina, ocrem arcem urbis Iguvinae interpretor, quae alias Fisia a Fiso San'si deo dicitur. Hac in arce Atiersii observasse videntur auguria, quae, si non congruebant cum urbano auspicio, *ΚλȣϜιιε κȣμναϝκλε* sive clivia auspicia vocabantur. Etsi enim Plinius H. N. X, 17 (14) cliviam avem ab antiquis nominatam ignorari scripsit, Paulus Diaconus tamen e Festo excerpsit, clivia auspicia dicta esse, quae aliquid fieri prohibebant; quanquam, dum addit, omnia difficilia clivia vocata esse, unde et clivos loca ardua dixerint, non animadvertit, clivum esse Graecorum *κλιτύν*. Ex iis igitur, quae modo exposui, apparet, duobus tertiae tabulae edictis praecipi, quid faciendum sit vel secundis vel adversis Atiersiorum auguriis: in illis vero, quae Latinis literis scripta sunt, de mutuis inter privatos homines et Fratrem Atiersium donationibus agitur, dummodo recte vertam sequentia:

Claverniur dirsas herti Fratrus Atiersir — Claverni dirsans herti Frater Atiersiur.
Clavernius dat muneri Fratribus Atiersiis — Clavernio dat muneri Frater Atiersius.
Casilos dirsa herti Fratrus Atiersir — Casilate dirsans herti Frateer Atiersiur.
Casilas dat muneri Fratribus Atiersiis — Casilati dat muneri Frater Atiersius.

Dirsa(s) sive dirsans participium, ut duir III, b, 10 et 15., indicativi dat, dicat, locum obtinet; herti vero Graeco (ἐν) χάριτι respondet, sicut Ϝερτε III, a, 6. 8. 10. χαρτά sive grata designat; nec scio, an Ϝερτες quoque sive heriest, quod in superiore particula §. 30 et 36. ἱερεύσης interpretatus sum, cum Homerico χαρίζετο ἱερὰ ῥέζων Od. I, 61. coll. Xen. Mem. S. IV, 3, 16. comparandum sit, quemadmodum hodierni quoque Vlachi hërëzire pro χαρίζεσθαι dicere solent. Sic conjunctio herie(i) sive heri(s) bis posita, de qua sub finem superioris particulae locutus sum, sicut Latina conjunctio vel a velle derivanda, explicari poterit seu velis concedere, cf. Hor. C. I, 4, 12.: sane herest in Oscis inscriptionibus voluerit interpretandum putarunt.

4. Casilos pro Casilas scriptum esse, dativus Casilate docet: praeterea nomina in as desinentia apud Umbros adeo usitata fuerunt, ut apud eos, qui cives Romani facti nomen a patria assumpserunt, nominum in ius exeuntium locum interdum obtinuerint. Sic legimus in inscriptione Mevaniae apud Murat. MDXLVIII, 11. P. MEVANAS FAVSTVS; Sentini apud Gruter. CDLXVII, 2. L. SENTINAS VERVS, ut Tiferni Tiberini apud Gruter. DCCCCXXIV, 12. C. TIFERNIVS SABINVS. Ager tamen, unde Casilates nominati sunt, Casilus dicitur III, b, 14., etsi Plinius H. N. III, 14. Carsularum oppidi incolas Carsulanos vocat, unde in Cluveri Ital. antiq. II. pag. 638 sq. hodiernum vici Cassigliano nomen deducitur. Si, quod Micali (Storia degli antichi popoli Italiani T. II. pag. 136) putat, Clavernium oppidum, quod Clavernii nomen dedit, ibidem situm fuit, ubi hodie Chiascerna est, ager Tlatius III, 6, 9., quem Lanzius in Latio quaesivit, haud procul abfuit a fano Martis Tudertium, unde, sicut ager Casilus, Piquier Martier vocatur. Hoc nomine enim neque Picenos, neque Picum Martium, sed Martem ipsum designari puto, qui a pico illi sacro Picius vocatus esse videtur. Picumnum quidem intelligere possit, qui Pilumnum significari putet Fratris Atiersii appellatione Sehmenier dequrier Pelmner sorser III, b, 11 et 16. Sed quid Picumnus Pilumnusque fratres, quales Nonius Marc. XII, 36. et Servius ad Virg. A. IX, 4. definiunt, in nostra tabula sibi velint, nescio, Romani contra, Festo teste, in Saliari carmine Pilumnoe poploe dicti sunt, veluti pilati Virg. A. XII, 121. Itaque appellationem istam Semoniae decuriae Romanis sociae verto: socios enim, quibuscum Plautus Amphitr. I. 1, 228. Sosiae nomen comparat, sorsos ab Umbris vocatos esse, in superiore particula §. 25. monui; Iguvinatium foederis autem, quo jam a. U. c. 444.

jus Latii acceperunt, sicut omnibus Umbris civitas data est a. U. c. 666., Cicero pro Balbo c. 20. meminit.

5. Quemadmodum picus non solum apud Sabinos, ut Strabo V, 4, 2. pag. 240., et in Latio, ut Plinius H. N. III, 20 (18) et Plutarchus Q. R. 21. testantur, sed apud Umbros quoque, ut sextae tabulae initium docet, in auguriis principalis avis fuit; sic etiam omnibus his populis antiquitus Marti sacra templa fuerunt, quorum aliud Dionysius Hal. I. pag. 11 sq. in urbe Sabinorum Suna, aliud in urbe Tiora Matiena Aboriginum memorat, quod quidem oraculum antiquissimum haud absimile fuerit Dodonaeo, nisi quod Dodonae sedens in sacra quercu columba, apud Aborigines contra picus in columna lignea vaticinaretur. Agros Casilum vero atque Tlatium ad vicum Martis Tudertium pertinuisse puto, quorum vicani in multis inscriptionibus apud Gruter. CCCCXXIII, 1. MXXXII, 1. MLXXXVII, 9. et apud Murat. DCCCXLIV, 9. MXC, 6. leguntur. Quod si ager Tlatius Dolatium fuit, quorum nummos voce $T\lambda\alpha(\tau\varepsilon)$ inscriptos ex mea quidem sententia, quam in Ephemerid. Hannoveranis numismaticis a. 1835. nr. XXVIII. §. 13. et a. 1836. nr. VII, §. 4. in medium protuli, perperam ad Telamonis portum in Etruria retulerunt, Dolates, quos Plinius H. N. III, 19 (14) inter Umbriae populos recenset, haud procul abfuerunt ab illo fano Martis, cujus rudera his ipsis temporibus detecta dicuntur. Iidem autem, quia Sallentini erant cognomine, verbis $I\alpha\pi\vartheta\xi\varkappa\vartheta\mu\ \nu\vartheta\mu\varepsilon\mu$ IV, a, 17. Jabuscom nome VI, a, 58. sive Japusco nome VII, a, 47. designari videntur. Etsi enim Japygicum nomen in quarta tabula, interjecta voce $\nu\vartheta\mu\varepsilon\mu$, a reliquis Tarsinatis tribus nominibus separatum est, id tamen ad Japyges potius in Umbria, quam ad Umbros in Japygia refero. Micali quidem l. l. T. I. pag. 71. in Gargano monte, quem Virgilius A. XI, 247. Iapygem pro Apulo appellavit, vallem inter colles silvosos etiamnum Umbrorum nomine insignem reperit; sed quemadmodum Umbri in Apuliam, sic Japyges in Umbriam migrare potuerunt.

6. Romani eadem prudentia, qua colonias civium militares deducebant, quibus agros occupatos defenderent, Horat. S. II, 1, 35 sqq., hostes suos in Italia devictos, ne iterum coirent, in diversas regiones abduxerunt. Quum igitur a Livio XV, epit. coll. Flor. I, 10. 17 sq. Eutrop. II, 9. doceamur, eodem fere tempore, quo Picentibus victis pax data et coloniae Ariminum in Piceno, Beneventum in Samnio deductae sunt, Umbros et Sallentinos victos atque in deditionem acceptos esse, quid magis est verisimile, quam Sallentinos tum e Japygia in Umbriam, Umbros contra in Apuliam esse abductos? Sic enim Picentes quoque, Strab. V, extr. Plin. H. N. III, 9., ad Silarum amnem in Lucania habitantes legimus, quo sine dubio eodem tempore abducti sunt, quo Romani, post Tarentinos victos a. U. c. 487. totius Italiae imperio potiti, quatuor Quaestores provinciales fecerunt, quorum primus Ostiae omnem regionem inter Tuscum mare et Apen-

ninum montem inde ab Arni Tiberisque fontibus usque ad Liris ostia, alter Calibus reliqua usque ad sinum Tarentinum sub ditione sua tenebat, tertius vero quartusque, quicquid inter Apenninum montem et Adriaticum mare a Rubicone usque ad Aesim fluvium, indeque ad promontorium Japygium situm erat. Quod autem ad Tarsinatem tribum attinet, cui Japygicum nomen in Iguvinis tabulis ascribitur, eam cum Lepsio de tabb. Eugub. pag. 57. potius ad Tadinates, quam cum Kaempfio Umbric. pag. 24. ad Sarsinates refero: Sarsina enim, Plauti poëtae patria, ad Sapiniam tribum, Livio XXXI, 2. XXXIII, 37. memoratam, pertinuisse videtur, quum Tarsinas tribus, sicut Iguvina II, 25 et 30., ad Romanorum tribum Clustuminam referenda sit, quae secundum permultarum inscriptionum testimonia omnia oppida inter Apenninum et Tiberim inde ab ejus fontibus usque ad Naris fluvii ostia sive a Sapinia tribu usque ad Sabinorum fines, Sestinum, Tifernum Tiberinum, Iguvium, Arnam, Vettonam, Mevaniam, Tuder, Ameriam, Interamnam atque Narniam, complectebatur.

7. Tarsinas tribus, quacum Iguvina certa quaedam sacra communia habuisse videtur, sicut Romani Latinas ferias cum Latinis populis agebant, vel Athenienses in panegyri, quae singulis quinquenniis fiebat, per praeconem simul Plataeensibus bona precari solebant, praeter Japygicum nomen complectebatur Tarsinas, Turscum sive Tuscum, atque Naharcum nomen. Quod si Tarsinate nomine (*Ταρ̣ινατε νεμεμ* IV, a, 17. casu locali) Tadinum designatur, Turscum sive Tuscum nomen non ad Tuscos sive Etruscos, sed ad Tudertes referendum est, pro quibus Tudrscum nomen scribi potuit, sicut Naharcum nomen pro Nahartibus sive Nartibus h. e. Interamnatibus ad Narem fluvium secundum Plinii H. N. III, 19 (14) multarumque inscriptionum apud Gruter. CCCCVII, 1. CCCCXXII, 7. CCCCLV, 4. et Murat. MLI, 4 et 5. testimonia. Ceterum quum *τεττα Ταρ̣ινατε τρ̣ιφε* sine dubio pro tota Tarsinate tribu scriptum sit, nemo cum Lepsio in Rhenano Museo philologico a. 1834. pag. 196. putabit, in voce tota substantivum, in Iguvina adjectivum latere: praesersim quum in eo sacrificio, quod vesclir adrir s. vasculis atris fit, VII, a, 11. tote Tarsinate trifo, h. e. toti Tarsinati tribui, legatur, quemadmodum in eo, quod fit vesclir alfir s. vasculis albis VII, a, 27., pople totar Ijovinar, h. e. populo totius Iguvinae (urbis). Etiam in nummis inscriptione *IκεFιvι* non Iguvini, sed, sicut in aliis nummis Umbricis, urbs designari videtur, atque Miletus quoque Miletina vocatur in verbis, vestem purpuream indicantibus VI, b, 13., tettome Miletinar, si conferuntur verba tettome Noniar, tettome Salier VI, b, 14., h. e. cum texto Nonnae (*Νυμφᾶς* sive virginis Vestalis), cum texto Salii. Quemadmodum in quartae tabulae parte posteriore IV, a, 2. 5. *πεπλαπερ̣ τεττας IιεFινας, τεταπερ̣ IιεFινα* scriptum est, sic in parte priore *εκρ̣ιπερ̣ Φισιε, τεταπερ̣ IκεFινα*, victimae mactantur: quae verba Lassenius in Rhenano

Museo philologico a. 1833. pag. 385 sqq. jam recte interpretatus est pro monte Fisio, pro tota Iguvina. Hanc Iguvinam autem non urbem cum arce Fisia a deo Fiso San'si dicta, sed tribum esse, e verbis *τȣταπε(ῥ) ΙιȣFινα, τῥεφιπεῥ ΙιȣFινα* II. 24 sq. 29 sq. non sequitur.

8. Etsi dicere nescio, unde Iguvina urbs nomen acceperit, hoc tamen cum *εικFασατις* l. l. magis congruit, quam cum Jove s. Diove, quod Lassenio visum est: Iovina enim, pro Ijovina s. *ΙκȣFινα* positum, quatuor, non tribus, syllabis est pronuntiandum, ut Iovinur VI, a, 56. pro Ijovinur VI, a, 63 sive *ΙκȣFινȣς* IV, a, 21 sq. Cur autem verbis *Φῥατῥȣσπε(ῥ) Ατιιεῥιε(ς)* addatur *αϝτισπεῥ εικFασατις*, h. e. pro inclitis rerum sacrarum arbitris, s. arbitrandi jure praeditis, ex iis facile intelligitur, quae §. 1. monui. *Αϝτις* inclitis vertendum putavi, quia V, a, 10 sq. *Αϝτȣ ΙȣFι* et *Αϝτȣ Μαῥτι* dicitur, sicut Jovi inclito apud Plaut. Pers. II, 3, 1.; quanquam, si in superiore particula §. 31. *αϝτιμεμ* recte interpretatus sum cum ovatione, Jupiter et Mars ovatus dici posset, sicut apud Virgilium A. IV, 609. „Nocturnis Hecate triviis ululata per urbes" legitur. Quod Frater Atiersius in tertia tabula Sehmenier dequrier dicitur, facile explicatur inscriptionibus, in quibus decuria bidentalis sive decuria sacerdotum bidentalium legitur.

Grut. XLVI, 5. SEMONI ‖ SANCO ‖ DEO. FIDIO ‖ SACRVM ‖ SEX. POMPEIVS. SP. F ‖ COL. MVSSIANVS ‖ QVINQVENNALIS ‖ DECVR. BIDENTALIS ‖ DONVM DEDIT.

Grut. XLVI, 6. SANCTO. SANCO ‖ SEMONI DEO. FIDIO ‖ SACRVM. DECVRIA ‖ SACERDOTVM ‖ BIDENTALIVM ‖ RECIPERATIS ‖ VECTIGALIBUS.

Sed mirum videtur, quod in quintae tabulae initio legatur: *Σεμενιες τεκȣῥιες σιμ, καπῥȣμ ȣπετȣ* h. e. Semoniis decuriis suem, caprum obagito sive offerto; sicut paullo post scriptum est:

V, b, 78 sq. *ΙȣFε Πατῥε φετȣ, σι πεῥακνε σεFακνε ȣπετο.*
Jovi Patri facito, suem castum sanctum offerto.

V, b, 10 sq. *Fαπȣτȣ Σαζι αμπετȣ, καπῥȣ πεῥακνε σεFακνε ȣπετȣ.*
Vaputo San'si sacrificato, caprum castum sanctum offerto.

Hic incerta sunt omnia, nec nisi hariolando dicere possum, quid sentiam. Quid? si sus caperque Semoniis decuriis offerri jubeantur, ut Jovi Patri et Vaputo San'si sacra fiant hisce pecudibus? Sic saltim, quae sequuntur, probabiliter interpretari licet.

9. Maxima difficultas in interpretandis Umbricis inscriptionibus creatur eo, quod nomina per plures casus similiter flexa observantur. Quemadmodum igitur verba Frater Atiersiur Sehmenier dequrier Pelmner sorser in vario sensu similiter flectuntur, ut genitivus singularis numeri non distinguatur a nominativo et dativo pluralis;

sic dici vix potest, quomodo in quintae tabulae initio verba *τεκFιας φαμεδιας Πεμπεδιας* XII. interpretanda sint. Quae si apposita sunt dativis *Σεμενιες τεκεδιες*, aliter ea vertere nescio, quam stirpibus familiae Pompiliae duodecim, quasi *τεκ-Fιας* pro *γενεαῖς* scriptum sit, sicut apud Graecos iidem *τοκαῖς* dicuntur, qui *γονεῖς* sunt. Recensentur tamen, quasi XIX. pro XII. legendum sit, novendecim stirpium nomina: duae Atiersiates, duae Claverniae, duae Curejates, duae Satanae, duae Peiersiates, duae Talenates, duae Musejates, duae Juïescanae, tresque Casilates: quibus duae *νατινε* sive gentes adduntur, dum sacra praecipiuntur facienda

V, b, 26. *ΙεFε Πατδε Fεζιαπεδ νατινε Φδατδε Ατιεδιε.*

V, a, 21 et 35. *Ϝεντε ΙεFιε — Πετδνιαπεδ νατινε Φδατδε Ατιεδιε.*

His verbis Fratrum Atiersiorum gentes Fusiam sive Furiam atque Petroniam indicari, ex illis intelligitur inscriptionibus, in quibus Furii atque Petronii Clustuminae tribus cives dicuntur, ut ex

Carsulana apud Murat. DXCVII, 3. vel DCCIV, 4. C. FVRIVS. C. F. CLV. TIRO.

Tuderti - - MCCCXLVII, 10. coll. Gruter. DCCLXXXVI, 3 et 8.
FVRIO C. F. CLV. VRSO ‖ MVSEIA Q. F. GALLA ‖ VXOR FECIT.

Amerina apud Gruter. MXXVIII, 1. coll. MXCVII, 1. T. PETRONIO T. F. ‖ T. N. CLV. PROCVLO.

His in inscriptionibus non solum Furii et Petronii leguntur, sed Museja quoque, quemadmodum Mussius Petronius apud Grut. DCXCVI, 13. et Pompejus Mussianus apud Gruter. XLVI, 5., Musejati stirpi familiae Pompiliae annumerandi, ex quorum exemplis stirps Curejas non tam Curiatia, quam Curia, interpretanda est. Peiersii, si *φαμεδια Πεμπεδια* recte vertitur familia Pompilia, Pilii, ut Atiersii Atilii vocandi sunt: possunt tamen Atiersiates ab origine Plinii Attidiates esse, ut Talenates Tadinates.

10. Furiorum monumenta quidem Tusculi detecta sunt; sed gentes eorum, et patriciae et plebejae, non ex una eademque regione originem duxere. Sic etiam Petroniam gentem, plebejam quidem, sed consularem et antiquissimam, propter Feroniae a Sabinis peculiariter cultae caput in denariis Petroniae gentis effictum e Sabinis oriundam putarunt, praesertim quum Petronius Sabinus jam sub Tarquinio vixisse dicatur apud Dionysium, et ad Turpiliani quoque cognomen Tarpeja virgo in nummis respicere visa sit. Praeterea, Festo teste, Petroniae nomen fuit amni apud Romam in Tiberim defluenti, quem magistratus auspicato transibant, quum in Campo quid agere volebant, quod genus auspicii peremne vocatum est. At Feroniam tam ab Umbris, quam Sabinis aliisque Italiae populis, cultam prima tabula prodit, cujus connexus cum altera ex hisce verbis ter repetitis cognoscitur:

II, 32 sq. *ερεδεκ τϑFα τεφρα σπαντιμαδ πρϑσεκατϑ.*
deinde duo tepora (s. calida exta) cum libatione (*σπονδῇ*) prosecato.

II, 34 sq. *ινϑμεκ ετρ̣αμα σπαντι τϑFα τεφρα πρϑσεκατϑ.*
deinde altera libatione duo tepora (exta) prosecato.

I, 2. *ινϑμεκ τερτιαμα σπαντι τριια τεφρα πρϑσεκατϑ.*
deinde tertia libatione tria tepora (exta) prosecato *).

In his autem tabulis, ut in quinta, sermo est de sacrificiis (*Φερτερ̣* II, 1. V, a, 40. quasi *χαριστηρίοις*); eaque fiunt *Πϑεμϑνε Πϑπ̣ρικε* II, 26 cet. et *Φεσϑνε Πϑεμϑνες Πϑπ̣ρίζες* I, 3 cet., quarum illam Pomonam, pomorum patronam secundum Varr. L. L. VI, 3 a med. Ovid. Met. XIV, 623., hanc Pomonae comitem Feroniam interpretor. Utriusque deae nomina in inscriptionibus minoribus leguntur, quanquam sine *Πϑπ̣ρίζες* cognomine, quod quidem a *φαμερ̣ια Πϑμπερ̣ια* derivandum videtur, quae, si a *πϑμπε* III, a, 3 et 10. nomen accepit, eas gentes complectebatur, quae in pompis sollennibus principalem locum tenebant.

11. Inscriptionem apud Amiternum in Sabinis detectam sic supplendam atque interpretandam censeo: MESENE FLUSARE POIMVNIE S... ATERNOm AVNOM HIRETVM, mense Florali Pomonae S... ad Aternum amnem sacratum. Sicut in Pompejana domo, quam Fauni dicunt, Osce *Φλϑσσαι* pro Florae scriptum videtur, sic mense Flusare, quod in lapide ab a. U. c. 695. apud Murat. DLXXXVII, 1. legitur, pro mense Florali sive *μηνὸς Ἀνθεστηριῶνος* scribi potuit; hiretum autem ab *ἱερόω* derivandum videtur, sicut avnom, pro apnom casu locali positum, unde Aternom eodem casu supplevi, ab apa, quod pro aqua usurpatum esse nomen derivatum amnis testatur. In litera S post Poimunie aut Pomonae cognomen aliquod latet, aut statum supplendum est, sicut in Volsca inscriptione legitur: Deve Declune statom et in fine ec se cosuties Ma. Catafanies medix sisti atiens. Nescio quidem, an Diva Decluna Dictynna Diana sit, quam esse lunam putabant, teste Paulo Diacono; sed statom sine dubio idem est, quod sacrum, atque extrema verba sic verti posse videntur: ex se consumptis sive suo sumptu Ma(mercus) Catafanies meddix sisti curavit. Nam inscriptio quoque Assisii reperta: POST. MIMESIVS. C. F. T. MIMESIVS. SERT. (fortasse SEXT.) F. || NER. CAPIDAS C. F. RVF. || NER. BABRIVS. T. F. C. CAPIDAS. T. F. C. N. V. || VOLSIENVS. T. F. MARONES || MVRVM. AB. FORNICE.

---

*) Ad hanc versionem probandam Martianum Capellam laudare liceat, qui lib. VII, §. 733. scripsit: „Triadis auspicio preces tertio ac libamina repetuntur," et lib. I. §. 9. „denudata pecudum caede fissiculatis extorum prosiciis viscera loquebantur," quibus locis addi possunt Ovid. Fast. VI, 163. „Sic ubi libavit, prosecta sub aethere ponit," et Macer in *ὀρνιθογονίᾳ*: „Vulgari tosta vapore cum virgis prosecta ferunt."

AD. CIRCVM. ET || FORNICEM. CISTERNAMQ. D. S. S. || FACIVNDVM. COIRAVERE. sic interpretanda est: Postumus Mimesius, Gaji filius, T. Mimesius, Sexti filius, Nero Capidas, Gaji filius, Rufus, Nero Babrius, Titi filius, Gajus Capidas, Titi filius, Gaji nepos, Volero Volsienus, Titi filius, Marones, murum ab fornice ad circum, et fornicem cisternamque de suo sumptu faciundum curavere. Ex hac inscriptione autem, quum mentio fiat V. Volsieni et Ner. Babrii, T. filii, Maronum, gens Vestinia vero in inscriptione Brufae, non procul a Bastia, reperta legatur apud Vermiglioli (antiche iscrizioni Perugine, ediz. II. Cl. X, nr. 27.), illa cippi inscriptio illustratur, quae a. 1740. inter Bastiam et Assisium reperta jam apud Murat. MMCI, 4. et Maffej. Mus. Veron. CXIV, correctior vero in libri Vermiglioliani initio legitur.

12. Cippus secundum Simplicium in Goesiana agrimensorum collectione pag. 88. in re agraria est terminus ad discernendos agrorum fines constitutus, ἱερὸς ὅρος Suidae, sacrum medio de limite saxum apud Juven. XVI, 38. et limes agro positus, litem ut discerneret arvis, apud Virg. A. XII, 898. Limiti, qui a meridie ad septentrionem ducebatur, cardinis nomen inditum est a mundi cardine, ut Hyginus admonet initio libri de limitibus constituendis: unde Plinius H. N. XVIII, 76 (33): „Contra mediam faciem, ait, meridies, a vertice septentrio erit: qui ita limes per agrum currit, cardo appellatur.“ Itaque inscriptio cippi sic vertenda est:

AGER. EMPS. ET || TERMNAS. OHT || C. V. VISTINIE.
Ager emptus et terminatus (est) ut (rimque) C. (et) V. Vestiniis,
NER. T. BABR || MARON. MEI || VOIS..NER. PRO PART K ||
Ner. (et) T. Babriis Maronibus, me(ridie) Volsienis, pro parte k(ardinis)
T. V. VOISIENER || SACRE. STAHV.
T. (et) V. Volsienis. Sacer stet (cippus).

Notandum est asyndeton in praenominibus, quae desunt ante VOIS..NER, et quod emps et termnas scriptum sit pro emptus et terminatus est. Sic apud Phavorinum ἐυδάμνας Graece pro ἐυδάμαστος laudatur, et apud Romanos damnas pro damnatus etiam cum plurali construebatur, sicut libens. Quemadmodum enim Frontinus de aquae duct. II. „Is, ait, P. R. C. millia dare damnas esto,“ sic Paulus et Scaevola in Dig. lib. XXX, leg. 19. et lib. XXXII, leg. 33. in testamentis et legibus formula utuntur: „L. Titius et C. Sejus P. Maevio decem dare damnas sunto;“ et quemadmodum in inscriptione minori apud Miloniam in Marsis detecta dicitur: „Vati Divae Vesunae Erinius et Erinus pater dono militari (fortasse dedere) libens,“ sic apud Grut. XXIII, 2. „Cn. Cornelius Charito, A. Timinius Januarius, Silvano libens animo dono dedere,“ atque in votis solvendis XXXVI, 1. „Soli Sanctissimo sacrum. Ti. Claudius Felix et Claudia Helpis et Ti. Claudius Alypus, fil. eorum, votum solverunt libens merito,“ XLI, 7.

„P. Cornelius Trophimus et Lania, conjux ejus, votum libens solverunt," expresse legitur.

13. Etsi Vesunam modo vatem divam vocatam vidimus, Feroniam tamen eam interpretari non dubito, quippe quae, quum apud Isidorum in Glossis agrestis dea, et apud Dionysium Hal. II, 49. III, 32. *Φερσεφόνη*, *Ἀνθηφόρος*, *Φιλοστέφανος*, audiat, non tam inter Nymphas, quam inter Lares horti pomiferi, Calpurn. Ecl. II, 64 sq., referenda videtur. Licet inscriptio Ligorii apud Murat. XCII, 6, FLORAE FERONIAE DICTA[L]E SACRVM fictitia sit, florigerum tamen caput Feroniae in nummis gentis Petroniae atque Plaetoriae apud Fabrett. pag. 454. indicat, Feroniam nihil aliud esse, quam arcanam illam vim arboribus insitam, qua ipsae virent florentque et fructus ad maturitatem perducuntur. Eam vatem divam dici, nemo mirabitur, qui Clitumnum quoque fluvium fatidicum numen fuisse apud Plin. Epist. VIII, 8, 5. legerit: ceterum quum geographi tres ponant Feroniae lucos insignes, in Lucensi agro, sub monte Soracte, et in paludibus Pomptinis; Servius ad Virg. Ä. VII, 800. annotavit: „Circa hunc tractum colebatur puer Jupiter, qui Anxurus dicebatur, quasi *ἄνευ ξυρᾶς* — et Juno virgo, quae Feronia dicebatur." Cui annotationi quum faveret inscriptio apud Fabrett. pag. 451. IVNONI FERON., nec contradiceret alia inscriptio: IVNONI REG ‖ ET FERONIAE, plerique perperam Feroniam pro Jovis imberbis conjuge habuerunt, quanquam apud Livium XX, 1. plures Junones, nusquam autem Juno Feronia, memorantur. De Junone virgine Servius eo minus audiendus est, quod Jupiter ejus Anxurus prava lectione pro Jupiter Anxuris arvis nititur, atque etymologia nominis Anxuri ad grammaticorum nugas abteganda est. Sane Jupiter aedem habuit in eo oppido, quod olim Anxur, postea Tarracinae, vocatum est, Liv. IV, 59. XXVIII, 11. XL, 45.; sed Jovis Axur, in cujus honorem oppidum Anxuris nomen, quo Virgilius Ä. X, 545. bellatorem finxit, accepisse videtur, in nummis Vibiae gentis Jovis augur Apollo est, si, quod secundum Festum et Plinium Volscum nomen fuit, ex Umbrica lingua interpretandum est. Jupiter crescens in Gallieni aliorumque nummis nihil commune habet cum Jove Anxure, cujus caput apud Goltzium Numism. Gr. Augusti T. 75. XXIIX. in nummis quibusdam expressum dicitur.

14. Feronia, si Jovis conjux habenda esset, non diversa foret ab Honda Jovia, cui in quinta tabula pro Petronia gente sacrificari jubetur. Etsi vero et in Vesunae et in Hondae Joviae sacrificio Umbri *Fεσκλες σνατες ασνατες* I, 9. V, a, 19. 34. 37. et *Fεφετες* I, 25. V, a, 31., quae qualia sint, nondum exputavi, usi sunt, catulorum tamen, si modo voces *κατλε* V, a, 15. *κατλα* V, a, 18. 20. 29. *κατλες* V, a, 22. 27. *κατελ* V, a, 43. recte interpretor, nonnisi in sacrificio Hondae Joviae fit mentio. Legimus autem

V, a, 20 sq. *Ϝεντε Ιεϝιε αμπεντα κατλα σαχρε σεFακνε*,

Hondae Joviae sacrificato catulum sacrum sanctum, sicut

V, b, 7 sq. *Αρ̣μȣνε ΙȣFε Πατρ̣ε φετȣ, σι περ̣ακνε σεFακνε ȣπετȣ.*
Arsmoni Jovi Patri facito, suem castum sanctum offerto.

V, b, 10 sq. *Fαπȣτȣ Σαζι αμπετȣ, καπρ̣ȣ περ̣ακνε σεFακνε ȣπετȣ.*
Vaputo San'si sacrificato, caprum castum sanctum offerto.

V, a, 10 sq. *Αϝτȣ ΙȣFι[π] ȣFε περ̣ακνεμ περ̣αεμ φετȣ.*
Ahto Jovi ove casta pura facito.

V, a, 11 sq. *Αϝτȣ Μαρ̣τι αβρ̣ȣνȣ περ̣ακνε φετȣ.*
Ahto Marti aprugno casto facito.

Catulus non Hecatae solum immolari solebat atque Robigini, sed illi quoque deae, quae apud Plutarchum Q. R. 51. Genita Mana dicitur. Hanc deam Alexander ab Alexandro, Genial. D. III, 12. et VI, 8., eam solam ob causam Bonam deam interpretatur, quod *Γυναικείᾳ* pro *Γενείτῃ* apud Plutarchum legendum putavit; sed emendandum est potius *Γενετείρᾳ*, ut Mater Matuta intelligatur sive Leucothea, Cic. T. Q. I, 13. Ovid. F. VI, 545. Plutarch. Q. R. 16 sq. Camill. 5., quam Priscianus p. 591. ed. Putsch. Martianus Cap. II. §. 113. et Lucretius V, 655. matutino tempori praefecerunt, sicut Horatius S. II, 6, 20. Janum. Illa a mane pro matutino tempore (cf. Festus s. v. manare Solem) Mana dici potuit, diversa a Matre Mania apud Martianum Cap. II. §. 164. Sane *κρ̣εματρ̣ȣμ* V, a, 23. 26. 28. (*κριβανίτης*) testuatium sive libum in testu caldo tostum esse videtur, quod, Varrone L. L. V. §. 106. et Ovid. F. VI, 475. 531. testibus, matronae Matralibus faciebant; quaecumque vero Cicero de harusp. respons. 17. et Plutarchus in vita Caesaris 9. de Bonae deae sacris scripserunt, cum Honda Jovia nihil commune habent.

15. Hondam Joviam igitur Matrem Matutam interpretor, quam quidem Augustinus C. D. IV, 8. a med. diis agrestibus annumerat, scribens: „Praefecerunt florentibus frumentis deam Floram, lactescentibus deum Lacturnum, maturescentibus deam Matutam, cum runcantur i. e. a terra auferuntur, deam Runcinam.“ Joviae nomen in quarta tabula aliis quoque deabus est inditum, Hondae vero nomine largus frugum proventus indicari videtur. Quum enim hondu holtu VI, a, 60. VII, a, 49. inter calamitates averruncandas, angluto hondomu vero VI, b, 10. tanquam laetum augurium scriptum sit, adjectivum istud et in malam et in bonam partem accipi potuit, ut Graecorum adjectiva *ἀδινός* et *ἁδρός*. Etsi igitur verbis hondu holtu nimia designatur apricatio sive *ἡλίωσις*, unde solatum morbi genus secundum Festum atque Plinium H. N. XXIX, 6. contrahitur; *Ϝȣντια* tamen V, a, 15. 17., ut *Fαπȣτα* V, b, 13., unde *Σαζι* deo V, b, 10 et 17. *Fαπȣτȣ* nomen inditur, ea significat, quae numinis favorem conciliant. Hinc Hondus 'Serfius in quarta tabula, in qua reliquis omnibus diis, quibus in quinta tabula sacra fiunt, Arsmoni Jovi Patri, Vaputo San'si, Ahto Jovi, Ahto Marti alia quaedam cognomina addita sunt, Varronis Bonus Eventus esse videtur. San'sis cognomen in

quarta tabula Fiso datur, Jupiter vero, sicut Mars et Vofion, Grabovis audit: ne quis autem verbis V, b, 24. *Ιȣπατερ̣, Σαζε, τεφε εστȣ Ϝιτλȣ*, h. e. Jupiter, San'si, tibi isto vitulo, quibuscum precum formula apud Catonem R. R. 141 extr. Mars Pater — te hoce porco piaculo comparanda est, unum idemque numen significari putet, monendum est, inverso ordine V, b, 17. legi *Ϝαπȣτȣ Σαζι, ΙȣϜε Πατρ̣ε πρ̣επεσνιμȣ*, h. e. Vaputo s. Fausto San'si, Jovi Patri ante precator, et V, a. 4 sq. *Ϝεστιζε Σαζε σακρ̣ε, ΙȣϜε Πατρ̣ε βȣμ περ̣ακνε*, h. e. victima San'si sacra, Jovi Patri bovem castum. Quoniam hic San'sis et Jupiter uno tantum nomine vocantur, cognominibus Arsmoni, Vaputo, Ahto, non diversa numina indicari puto, sed eadem, quae in quarta tabula leguntur, ubi tamen diversis cognominibus diversi dii discernuntur. Quod ad Apollinem et Clatram attinet, quorum cum figuris Lanzius Saggio di ling. Etrusc. II, p. 541. conjunxit Lerpirii Santirpii inscriptionem, haud dubie Umbricam, etsi Lerpirius, quia nulla vox Umbrica ab litera t incipit, unus e Sanctis Hirpiis est, quorum Plinius H. N. VII, 2. meminit, Iguvinae tabulae de illis silent: nam verbis *κλετρ̣α* s. *κλετρ̣αμ* I, 24. II, 13. et *κλετρ̣ε* II, 14. res quaedam ad sacrificium Pomonae necessariae designantur, fortasse *κλήματα* sive surculi, felicia poma ferentes, quos Pomona Ovid. M. XIV, 627. cum Vertumno conjuge Propert. IV, 2, 17. amabat.

16. Argumentum quartae, ut sextae septimaeque, tabulae verbo purdito(m) fust VI, a, 42. et VII, a, 45. sive *πȣρ̣τιτȣ φȣστ* IV, a, 39., quod in fine superioris particulae interpretatus sum, in tres majores minoresve partes dividi, adverbium postertio VII, a, 46. sive *πȣστερ̣τιȣ* IV, a, 40. testatur. In omnibus his partibus, ut in reliquis tabulis praeter tertiam, de sacris faciundis praecipi, ex saepius repetitis atque in ipso fine quartae tabulae ante Quaestoris Romani ratihabitionem positis vocibus *αρ̣επε(ρ̣) αρ̣Ϝες*, quas in superiore particula §. 21. explicare conatus sum, cognoscitur. His igitur vocibus in quarta tabula duodecies repetitis duodecim indicantur sacrificia, quorum sena in singulis paginis praecipiuntur. Sex priora sacrificia, quum *βȣφ, σιφ, Ϝαπιναφ*, h. e. bubus, suibus, agnabus, fiant, ad suovetaurilia spectare putes; at sex posteriora sacrificia fiunt *Ϝιτλȣφ, απρ̣ȣφ, πȣρ̣κα(φ), Ϝιτλαφ, ιϜεκα(φ)*, h. e. vitulis, apris, porcabus, vitulabus, juvencabus, atque primis tabulae verbis *εστε περ̣σκλȣμ* s. este persclo certa quaedam lustratio innui videtur, quia, si este esono VI, b, 56. cum *εστȣ εσȣνȣ* V, a, 2. comparatur, *εστε* idem significat, quod *εστȣ* V, b, 24. h. e. isto. Quum autem in quarta tabula verbis *εστε περ̣σκλȣμ αϜες ανξερ̣ιατες ενετȣ*, h. e. ut in superiore particula §. 20 sq. monui, in ista lustratione aves auguriales indagato, nihil addatur, nisi adjectiva, ad *αϜες ανξερ̣ιατες* spectantia, *περ̣ναιες, πȣσναες*; in sexta tabula, quia, teste Cicerone de divin. I, 41, extr. et 42., Umbri plurimum obtemperabant avium significationibus, tribus sectionibus accuratius exponitur, quid in

auguriis observandum sit, additurque ad extremum VI, b, 19 sqq., quid faciendum sit verisco treblanir, surur verisco tesenocir, surur verisco vehieir. Haec verba spectant ad sex priora sacrificia, quae, ut reliqua omnia, in quarta tabula simpliciter praecipiuntur, omissis omnibus precibus, quas sexta septimaque tabulae, non sine multis repetitionibus, inserunt. Praeterea, ut taceam de iis, quae in his tabulis variantur, in altera septimae tabulae pagina quaedam adduntur, quae non dissimilia sunt edictis tertiae tabulae; sed de his alias verba facturus, hic nonnisi ea paullo uberius explicare conabor, quibus quartae tabulae argumentum constituitur.

17. Ad duodecim sacrificia, quae in quarta tabula praecipiuntur, definienda duodecim versus, additis iis, quae in sexta septimave tabula iis respondent, in medium profero, in quibus tria semper distinguenda sunt: primum qua occasione, deinde quibus victimis, tum cui numini sacra faciunda sint.

IV, b, 2 sq. *Πρε Fερες τρεπλανες IυFε KραπυFι τρε βουφ φετυ.*
VI, b, 22. Pre vereir treblaneir Juve Grabovei buf treif fetu.
IV, b, 7 sq. *Πυς Fερες τρεπλανες τρεφ σιφ κυμιαφ φειτυ Τρεβε IυFιε.*
VI, b, 58. Post verir treblanir si comia trif fetu Trebo Jovie.
IV, b, 11. *Πρε Fερες τεσενακες τρε βυφ φετυ Μαρτε KραπυFι.*
VI, a, 1. Pre verir tesenocir buf trif fetu Marte Grabovei.
IV, b, 15 sq. *Πυς Fερες τεσενακες τρεφ σιφ φελιυφ φετυ Φισε Σαζι.*
VI, a, 3. Post verir tesenocir sif filiu trif fetu Fiso Sansie.
IV, b, 21 sq. *Πρε Fερες Fεhιιες τρεφ βυφ καλερυφ φετυ Fυφιυνε KραπυFι.*
VI, a, 19. Pre verir vehier buf trif calersu fetu Vofione Grabovie.
IV, b, 25. *Πυς Fερες Fεhιιες τρεφ hαπιναφ φετυ Τεφρε IυFιε.*
VI, a, 22. Post verir vehier habina trif fetu Tefrei Jovi.
IV, a, 1 sq. *Fυκυκυμ IυFιυ - τρεφ Fιτλυφ τυρυφ Μαρτε hορια φετυ.*
VI, a, 43. Vocucom Joviu - vitlu toru trif - Marte Horse fetu.
IV, a, 4 sq. *Fυκυκυμ Κυρετιες τρεφ Fιτλυπ τυρυπ hυντε Ζερφι φειτυ.*
VI, a, 45. Vocucom Coredier vitlu toru trif - Honde 'Serfi fetu.
IV, a, 24. *Φυντλερε τριφ απρυφ ρυφρυ υτε πειυ φειτυ Ζερφε Μαρτι.*
VII, a, 3. Fondlire abrof trif fetu, heriei rofu, heriei peiu, 'Serfe Martie.
IV, a, 27 sq. *'Ρυπινιε τρε πυρκα ρυφρα υτε πεια φετυ Πρεστατε Ζερφιε Ζερφε Μαρτιες.*
VII, a, 6. Rubine porca trif rofa ote peia fetu Prestote 'Serfie 'Serfer Martier.
IV, a, 31. *Τρα Σατε τρεφ Fιτλαφ φειτυ Τυσε Ζερφιε Ζερφε Μαρτιες.*
VII, a, 41. Trahaf Sahate vitla trif feetu Turse 'Serfie 'Serfer Martier.
IV, a, 42 sq. *Φυρε Σεhμενιαρ hατυτυ - ιFεκα τρε - φετυ Τυσε IυFιε.*
VII, a, 52 sq. Furo Sehemeniar hatuto - ivenga trif - fetu Turse Jovie.

18. In omnibus his versibus imperativus φετȣ sive φειτȣ h. e. facito, etsi non eodem semper loco, et in primo versu cum ipsis victimis Jovi Grabovi postpositum, legitur. Variant reliqua, in quibus Lassenius in Rhenano Museo philologico a. 1833. pag. 377., ignorans, facito pro immolato rectius cum ablativo, quam cum accusativo, construi, miro quodam errore ablativos buf, sif, habina cet. pro accusativis, Fεϱες sive ver(e)ir e contrario pag. 379. pro ablativo accepit. Virgilius Ecl. III, 77. cecinit: „Cúm faciám vitulá pro frúgibus, ípse veníto," sicut Horatius C. I, 4, 11 sq. „Núnc et in úmbrosís Faunó decet ímmoláre lúcis, seu póscat ágna, síve málit haédo." Etsi vetus interpres Juvenalis ad Sat. IX. Virgilii versum sic protulit: Cum faciam vitulum, atque Macrobius Sat. III, 10. Labeonem scripsisse dicit, nisi Neptuno, Apollini et Marti, taurum non immolari; idem tamen ibidem scripsit: Si quis forte tauro Jovi fecerit, piaculum dato, Ateji Capitonis versum laudans: Itáque Jovi tauró, verre, ariete, ímmolari nón licet. Licet Drakenborchius igitur ad Liv. I, 45. et X, 42. facere de re divina usurpatum et accusativum et ablativum adjunctum habere, Virgilium vero accusativum vitulam ob soni elegantiam post fáciam respuisse censuerit; Macrobius tamen Sat. III, 2.: „Meminerimus, inquit, sic legendum per ablativum: Cum faciam vitula pro frugibus, id est, cum faciam rem divinam, non ove, non capra, sed vitula: tanquam dicat, cum vitulam pro frugibus sacrificavero, quod est, cum vitula rem divinam fecero". In Iguvinis tabulis interdum accusativum quoque posse accipi, haud negaverim; verumtamen abrons in pufe abrons facurent VII, a, 43. pro πȣφε απϱȣφ φακȣϱεντ IV, 1, 33., sicut V, a, 11. αβϱȣνȣ pro aprugno et III, b, 12 et 17. cabriner pro caprinis pecudibus positum est, pro aprugnis exaratum puto: nec αϱFιȣ s. αϱFια ȣστεντȣ, de quo in superiore particula §. 22. locutus sum, ab arvio fetu differt. Si pro ἑαφ ιϝεκα τϱε ακεϱȣνιε IV, a, 42 sq. acersoniem fetu VII, a, 52 sq. scriptum est, hoc in casu locali pro acesoniame VI, a, 52. sive ακεϱȣνιαμεμ IV, a, 16. positum videtur, quia neque singularis numerus cum numerali τϱε(φ) jungi, neque turificatio per vaccas fieri potest.

19. Quod ad ipsa sacrificia attinet, hoc imprimis monendum puto, quod in illis tria semper animalia mactari jubeantur, quum in reliquis tabulis nonnisi de singulis victimis sermo sit. Propter triplex hoc piaculum, πιϝακλȣ τϱιβϱιζȣ III, a, 8 sq., cum mactatione triplici, comohota tribrisine VI, b, 54., factum, non preces solum VI, b, 25-55. ter repetuntur, sed alia quoque ad rem divinam necessaria. Quemadmodum postremis precibus VII, a, 51. additur este trioper deitu, h. e. ista ter dicito (cf. V, b, 25), et VI, a, 55. praecipitur trioper ehetur stahamu, h. e. ter ovationem (εὐασμόν) instituito: sic IV, a, 21 sq. scriptum legimus τϱιιȣπεϱ αμπϱεϝτȣ, τϱιιȣπεϱ πεσνιμȣ, τϱιιȣπεϱ ετατȣ IκȣFινȣς, h. e. ter concremato, ter precator, ter benedicito

Iguvinis. Ternario igitur numero Umbri eandem vim magicam ad lustrandum tribuerunt, quam apud Virg. Ecl. VIII, 73 sq. A. VI, 229. Propert. IV, 8, 86. Tibull. I, 5, 11. IV, 6, 14. Ovid. M. VII, 153. 261. observatam videmus. Sic in Apollinis oraculo dicitur:

Τρεῖς μὲν ἐπιχθονίοις, τρεῖς δ' ἐρανίοισι θεοῖσι,
Φαιδρὰ μὲν ἐρανίοις, χθονίοις δ' ἐναλίγκια χροιῇ
Τῶν χθονίων, διάειρε τριχῇ θυσίας ἐναρίζων.

At apud Livium XXII, 10. post cladem apud lacum Trasimenum acceptam non solum lectisternium per triduum habitum, sed etiam ludi magni voti aeris trecentis triginta tribus millibus, trecentis triginta tribus, triente: praeterea bubus Jovi trecentis, multis aliis divis bubus albis, atque ceteris hostiis. Notus est Ausonii griphus ternarii numeri Edyll. XI., in quo inter alia v. 34. trina Terentino celebrata trinoctia ludo memorantur, quia ludi seculares, Festo et Acrone in Hor. C. S. 23 sq. testibus, ternis diebus ac noctibus ad lustrandum populum et averruncandam deorum iram agebantur: nec scio, an literae A. CCC. tabulae septimae subscriptae ad ingenti redeuntia secula lustro Mart. Epigr. IV, 1. spectent.

20. Numeralia substantivis plerumque anteponi, *τϑFα τεφρα* et *τρίια τεφρα* §. 10. docent: postponuntur tamen interdum, si vel composita sunt, ut Fratrum Atiersio desenduf VII, b, 2., vel aliud nomen sequitur, ut II, 17 sq. *σεπλες ahεσνες τρις καξι αστιντϑ* scriptum est, etsi sequitur *φρεhτρϑ στρες τρις ahεσνες αστιντϑ, σϑφρακλϑ τϑFες ahεσνες ανστιντϑ.* Sic IV, a, 42 sq. *εαφ ιFεκα τρε ακερϑνιε φετϑ* legitur; notatu vero dignum est, quod numeralia, quae quarta tabula nominibus suis anteposuit, in Latina scriptura postposita sint, ea tamen diversitate, quae ad rectam vocabulorum interpretationem facere videtur. Nam legimus quidem si comia trif VI, b, 58. et sif filiu trif VI, a, 3., ut vitlu toru trif VI, a, 43. et 45.; sed buf trif calersu VI, a, 19., ut abrof trif, heriei rofu, heriei peiu VII, a, 3. et porca trif, rofe ote peia VII, a, 6. Videntur igitur si comia et sif filiu ejusmodi substantiva esse nomina, inter quae numerale inseri nequibat, ut vitlu toru, quibus Romanorum vitulus taurus, Gallorum bitolus taru respondet; calersu contra colorem indicat, sicut rofu et peiu, quibus Romanorum rufus s. ruber et furvus s. fuscus, Graecorum *ἐρυθρὸς* et *φαιὸς* color respondet. Hinc verbis si comia sues scrofas (*ὗας γρομφάδας*) et sif filiu sues verres (*ὗας χοιρίους*), buf calersu vero boves candidos (*βοῦς φαλαρούς*) designari puto: Umbriam enim vastos et albos boves progenerasse, Columella VI, 1, 2. testatur. Ejusdem coloris boves mactatos puto, cuicumque deo nomen Grabovi inditum est, etsi cum Jove Grabovi et Treba Jovia Claudiani de VI. cons. Honor. v. 328. purificumque Jovem Triviamque comparo, quorum locum in Roma-

norum ludis secularibus Ditem et Proserpinam obtinuisse scimus. Legitur enim in Sibyllae carmine:

Ζάλευκοι ταῦροι δὲ Διὸς παρὰ βωμὸν αγέσθων

Ἤματι, μηδέ τε νυκτί, ut apud Liv. XXII, 10. Jovi et multis aliis divis bubus albis. Ceterum, si Hondae Joviae catulum in quinta tabula exceperis, apud Umbros pariter atque apud Graecos Romanosque nonnisi pecudibus domesticis, quarum carne ipsi vesci solebant, sacra facta sunt: apros enim inter pecudes pastos esse, Lipsius docet in libri quarti Poliorceticon praefatione.

21. Quam facile explicantur victimarum nomina, tam obscura sunt verba, quae antecedunt. Est quidem inscriptio in antiquo templo dei Clitumni in Umbria reperta: POST VERIAS FEL || H. D. L. M. (Donati Suppl. Murat. I. p. 66, 7.), quam cum verbis *πϱε Fεϱες* et *πȣς Fεϱες* comparare licet; sed quid veriae sint, nemo facile dixerit. Quia, Gellio XVIII, 2 extr. teste, Q. Ennius in Annalium libro XIII. vates verant pro vera dicunt scripserat, unde divinatores fatidici veratores dicti sunt, Rudolphinus Venutius inscriptionem istam sic interpretatus est: „Post sortes fatidicas felices hoc (sive templum sive donarium) dedit libens merito.“ Confirmare quidem hanc sententiam videtur Plinius Epist. VIII, 8., qui, dum Clitumni templum priscum et religiosum memorat, et multa multorum omnibus columnis, omnibus parietibus inscripta, quibus fons ille deusque celebrabatur, haec quoque scripsit: „Stat Clitumnus ipse amictus ornatusque praetexta: praesens numen atque etiam fatidicum indicant sortes.“ At reputans, quam saepe apud Umbros literae v et f inter se permutatae sint, ferias intelligo, secundum Pauli Diaconi excerpta ex libris Festi a feriendis victimis vocatas, ut post verias felices idem dicat, quod post sacra felicia *). Nam feriae non tam festi dies sunt a feriis dicti, quam sacra quaedam divina: unde novendiales ferias, quas Paulus Diaconus memorat, novendiale sacrum appellavit Livius I, 31. Treblanae tamen, tesenocae s. tesenacae, vehiae feriae non a dierum numero, sed, nisi variis ex causis appellatae sint, a vario vehiculorum usu nomen accepisse videntur. Treblae enim apud Catonem R. R. 135. pro tribulis vel trahis scriptae putantur, vejae sive vehiae apud Oscos, teste Paulo Diacono, plaustra dicebantur; a thensis vero apud Umbros tesenacae feriae appellari sic potuerunt, ut verbenacae apud Romanos a verbena, *φέϱβα* sive herba. Quid? si primo lustri die tribulis advehebantur februa populo distribuenda, secundo thensis deorum signa circumvehebantur, tertio vejis agebantur ludi Circenses? Sic singulis diebus binis numinibus hostiae piaculares caesae sunt.

---

*) Sic in Osca inscriptione marmoris in Dorica porticu ad Isidis templum Pompejanum inventi apud Micali tab. CXX, 4. verbis paamvereiia Pumpaiiana Pompejana sacrorum communio designari videtur.

22. Alia prorsus piacula in altera quartae tabulae pagina recensentur, quorum prima *Fȣκȣκȣμ IȣFιȣ* et *Fȣκȣκȣμ Κȣϱετιες* sive vocucom Joviu et vocucom Coredier, h. e. cum foco Jovio et Junonis Curitis (*Κυϱιτίας* apud Dion. Hal. pag. 114, 12.), fieri jubentur. A Jove Umbros principium sacrorum fecisse, disertis verbis legitur II, 22 sq. *IȣFε Πατϱε πϱȣμȣ αμπεντȣ*, h. e. Jovi Patri primum rem divinam facito: Junonis cultum autem iidem cum Tuscis communem habuere, Appian. B. C. V, p. 6, 9., eaque non solum apud Faliscos Curitis vocata est, Tertull. in Apolog. c. 23., ad quos Junonis Quiritis inscriptio ap. Orell. 1304. pertinet, sed praeter Junonicolas Faliscos, Ovid. Fast. VI, 49 sqq. eandem coluerunt Tiburtes, quorum est Junonis Curitis inscriptio ap. Orell. 1303., Romani et omnes fere Latini, vid. Serv. ad Virg. A. I, 17. De fontium veneratione apud Umbros testis est Plinius Epist. VIII, 8., ubi de Clitumno fonte agitur: hinc *Φȣντλεϱε* sive Fondlire veluti Fontili re sive sacris Fontinalibus accipio, sicut vocibus *Ῥȣπινιε* sive Rubine et *Ῥȣπιναμε* IV, a, 35 sq. sive Rubiname VII, a, 43 sq. Robiginis sacra sive Robigalia Ovid. F. IV, 967. Colum. X, 342., *Τϱα Σαϝτα* denique sive *Σαταμε* IV, a, 35. 38. et Trahaf Sahata sive Traha Sahatam VII, a, 45. Satorum sacra sive Sementivae feriae designari mihi videntur. *Τϱα* quidem, quum V, a, 13. *τϱα εκFινε* sive lacte equino, quod secundum Varronem R. R. II, 11. quam maxime perpurgabat, sacrum fiat, primum *γάλα τεθϱαμμένον*, tum lac omne designasse videtur: lacte vero rusticos, qui majoris pretii hostias non habebant, diis supplicasse, Plinius in praefatione Historiae naturalis annotavit. Idem H. N. XVIII, 2. Sejam Segestamque deas cum tertia conjunxit, quam nominare sub tecto religio esset: de his autem Augustinus C. D. IV, 8. haec prodidit: „Sata frumenta, quamdiu sub terra essent, praepositam voluerunt habere deam Sejam; quum vero jam super terram essent et segetem facerent, deam Segetiam; frumentis vero collectis atque reconditis, ut tuto servarentur, deam Tutelinam praeposuerunt.“ Inde Tertullianus de spectac. 8. Sessias, Messias, Tutelinas suas hausit, at Macrobius Sat. I, 16. cum illis Salutem Semoniam conjunxit, cujus forum sacrum nescio an verbis *φȣϱȣ Σεϝμενιαϱ Ϝατȣτȣ* s. furo Sehemeniar hatuto designetur.

23. Duodecim quidem diis in quarta tabula sacra fiunt; sed jam ex eo, quod totum argumentum tribus partibus constet, colligere licet, eos non esse deos Consentes vel Complices Etruscorum, quos, teste Arnobio lib. III. pag. 123., sex mares et totidem feminas, Summi Jovis consiliarios ac principes existimabant, vel Consentes Urbanos, quos Ennius apud Apulej. de deo Socrat. et Martian. Cap. I, §. 42. duobus versibus comprehendit, quorumque imagines, teste Varrone R. R. I, 1, 4., ad forum Romanum auratae stabant, sex mares et feminae totidem, quibus lectisternium per triduum habitum Livius XXII, 10. refert. Qui vero dii in quarta tabula recenseantur, neque ex

aris duodecim cognoscitur, quae, Varrone L. L. V. §. 74. teste, Tatii regis voto sunt Romae dedicatae I. Opi, II. Florae, III. Vediovi Saturnoque, IV. Soli, V. Lunae, VI. Volcano et Summano; itemque VII. Larundae, VIII. Termino, IX. Quirino, X. Vortumno, XI. Laribus, XII. Dianae Lucinaeque; neque ex illis duodecim diis, quos maxime agricolarum duces esse Varro R. R. I, 1. scripsit, quinque mares et septem feminas, Jovem et Tellurem, Solem et Lunam, Cererem et Liberum, Robigum ac Floram, Minervam et Venerem, Lympham ac Bonum Eventum; sed si Umbris idem mos fuit, quem Homerus observavit, ut diis praecipue mascula, deabus feminea mactarentur animalia, quinque feminae et septem mares putandi sunt dii lustrales quartae tabulae. Verumtamen dubitationem quandam movet sexta tabula, in qua pro dativo *Τεφρε Ιϐ Fιε*, cui tam *Μαρτε Fϐριε*, quam *Τρεβε Ιϐ Fιε* et *Τϐσε Ιϐ Fιε*, respondet, VI, a, 22. et 26 sq. Tefrei sive Tefro Jovi scriptum est, atque in precibus Tefre Jovie, sicut Di Grabovie et Fisovie San'sie, non Tefra Jovia, sicut Prestota 'Serfia et Tursa 'Serfia, invocatur. Itaque quum Tefral pihaclum VI, a, 28 et 35., sicut *τεφρα* sive calida exta §. 10., a tepore vocatum, in inscriptione Cortonensi cum Tusca voce Sethlanl, h. e. Vulcanal, conjunctum sit, erunt, qui Vulcanum Jovialem Martian. Cap. I, §. 42. apud Umbros Tefrum Jovium vocatum esse putent.

24. Nihilo minus hunc sive deum sive deam propterea, quod sacra ejus fiunt pesondro sorsalem atque staflare VI, a, 39 sq., h. e. purgatione sociali et stabulari sive familiae et pecudum, Palem interpretor, flammis pastores lustrantem apud Ovid. F. IV, 721 sqq., cui apud Calpurnium quoque Ecl. II, 63. „saepe cadit festis devota Palilibus agna.“ Hanc deam pabuli, quam, teste Servio ad Virg. G. III, 1. alii Vestam, alii Matrem deum volebant, plerique quidem Romanorum scriptores feminino genere appellant, alii vero, inter quos Varro secundum Servium, masculino: unde Arnobius III, pag. 123.: „Genium Jovialem, ait, et Palem, sed non illam feminam, quam vulgaritas accipit, sed masculini generis nescio quem ministrum Jovis ac villicum,“ Martianus Cap. autem I, §. 50. Vulcano et Genio addit Jovis filios, Palem et Favorem. Ne quis vero vocem Tephral in inscriptione Cortonensi Tuscam putet, quia Sethlanl antecedit, et Paulus Diaconus formulam Arse verse, cui prima verba Arses vurses, jam in superiore particula §. 22. explicata, respondent, e Tusca lingua interpretatus est, totam inscriptionem ex Iguvinis tabulis, in quibus praeter unum Tuscum vocabulum Sethlanl reliqua fere omnia leguntur, explicare hic liceat. Vox arse pro ardore et flamma latet in verbis *αρσπερ αρFες*, de quibus in superiore particula §. 21. locutus sum; verse vero ad idem verbum cum averruncandi notione pertinet, unde virseto avirseto derivandum est in precibus VI, b, 28. 38. 48 cet. Ape conjunctio, quam cum subjunctivo construi solere in superiore particula docui, hic cum indicativo jungitur,

sicut ἐπεὶ apud Graecos. Ceterum pis est, h. e. piamen est, VI, a, 53. legitur, estu vero, quia pro esto in Iguvinis tabulis futu scribi solet, Latinorum pronomini istud respondet. Termnu, haud confundendum cum tremnu VI, b, 2. sive termino, non differt a termnome VI, a, 63 sq. vel termnuco VI, a, 53. 55. 57., quo propter sequentia verba com prinuatir sive cum suffimentis θερόμενόν τι sive ignis aestus significatur. Hinc inscriptio omnis sic vertenda esse videtur: „Incendia vertas! Vulcanal, Tefrale, quando igni piamen est, istud scil. sit piaculum.“

25. Praeter Tefram Joviam duae aliae deae Joviae audiunt, Treba, quam Claudiani de VI. cons. Honor. v. 328. Triviam puto, et Tursa Jovia, quibus accedit Honda Jovia jam supra §. 14 sq. explicata. Ipse Jupiter autem, cujus filiae illae dicuntur, in precibus sextae tabulae Dei Grabovi sive Di Grabovie invocatur. Hujus vocativi etymon non Dis, sed Δῖος esse videtur (sic enim, teste Hesychio s. v. Δωδωνεὺς, Ζεὺς vocatus est), unde Umbri Diovem sive Jovem fecerunt (cf. Gell. N. A. V, 12. Varr. L. L. V, §. 66.), sicut Fisovi San'si VI, a, 5. pro Fiso San'sie VI, a, 3. legitur, Romani autem Janum tam Clusivium quam Clusium vocabant. Itaque Grabovis quoque appellatio non est e bovis nomine composita: quam quidem sententiam in Rhenano Museo philologico a. 1833. pag. 376. propter boum sacrificia a Lassenio propositam censor ejus Benaryus in Annal. Berolin. a. 1834. Aug. Nr. 32. nimis temere approbavit. Quum tres dii Graboves dicantur, Jovis, Mars et Vofion, quorum illi duo, Jupiter et Mars, principes fuerunt in lustrationibus, quasi θεοὶ δυνατοί sive Divi potes secundum Varronem L. L. V, §. 57., equidem Κραταιοὺς intelligo, quos Romani Gradivos, sicut Ἀχαιοὺς Achivos dicebant: neque scio, an Marspedis sive Maspedis, qui quid significet in precatione solitaurilium, Festo teste, ne Messala quidem augur reperire se potuisse professus est, Mars potis sive Gradivus interpretandus sit, a cujus veneratione Tuders apud Sil. It. IV, 222. coll. VIII, 464. Gradivicola appellatur. Quemadmodum Romani tres deos tutelares colebant, Jovem, Martem, Quirinum, quibus praeter flamines Diales, Martiales, Quirinales, teste Servio ad Virg. A. VIII, 663. peculiares quoque Salii ascripti fuerunt; sic Umbri tres deos Graboves, Jovem, Martem, Vofionem, quorum postremum Faunum intelligo, quem Latini, Faunigenae vocati a Sil. It. V, 7. et VIII, 358., summa veneratione coluerunt, sicut Romani Quirinum, Lactant. I, 15.: eundemque Martis filium ediderunt Dionysius I, 31. et Appianus in excerptis Photii fr. 1.

26. Fauni Luperci, quem Ovidius F. II, 421 sqq. coll. Horat. 6. 1, 17. Pana Lycaeum Arcadum interpretatur, fera quaedam sodalitas et plane pastoricia atque agrestis, ut Cicero scripsit pro Coel. 11., ante est instituta quam humanitas atque leges. Fuerunt autem duo Lupercorum ordines, quorum alter Fabiorum secundum Ovidium F. II, 377 sq.

a Remi, alter Quintiliorum a Romuli partibus stabat. Fabios Festus Fabianos, ut Quintilios Quintilianos dixit, atque ex eodem Paulus Diaconus excerpsit, Fabios, quorum interitum Ovidius F. II, 193 sqq. cum Faunalibus junxit, antiquitus Fovios esse vocatos, unde Fovion, vel literis f et v inter se permutatis Vofion, Fabiano respondet, pro quo Faunus quoque dici poterat, ut Graeci Samnites pro Sabinitis Σαννίτας dixerunt. Itaque Vofion Umbrorum, etsi Martianus Cap. II. §. 167. cum Panibus et Faunis Fones conjunxit, non confundendus est cum Fonione sive Marte φόνοις πεπαλαγμένῳ, cui Phil. a Turre de diis Aquilej. nr. II. hanc inscriptionem ascripsit: FONIONI || SACR || SEIA. IONIS || MAG. || D. D. Inscriptio lucernae cujusdam aeneae FLAVIN ENTEMI FOICIVNI DD, quam Vermiglioli (antiche iscrizioni Perugine, ediz. II. Vol. I. nr. 2. pag. 13.) sic interpretatus est: Flavina Antoni (filia vel uxor) Vejovi donum dat, cujus literarum ductus vero ita se habent, ut vix eas dignoscere possis, non diversa videtur ab alia pag. 16. exhibita: FLAVIA EPICTISIS FORTVNE DD, per cujus initium inscriptio Veliterna e Museo Borgiano .....A EPICTISIS. SE || CVNDO. CONIVGI. SVO suppleri potest, sicut extrema verba plena exhibet inscriptio lamellae aeneae in Tiburtino agro repertae apud Fabrett. pag. 27 sq. C. PLACENTIOS. HER. F. || MARTE. SACROM: in aversa parte C. PLACENTIOS. HER. F. || MARTE DONU. DEDET.

27. Fisus San'sis sine dubio is deus est, qui apud Ovidium F. VI, 213 sqq. coll. Gruter. XCVI, 7. Sancus Fidius Semo Pater dicitur, et Ζεὺς Πίστιος apud Dionysium Halic., qui II, 49. p. 112. Sabinum quoque sive Sabum, Sabinorum auctorem secundum Servium ad Virg. A. VIII, 638. coll. Sil. Ital. VIII, 423., Sanci, gentilis dei, filium vocat. Eundem esse Graecum Herculem, fortassis inde nata est opinio, quod Romani per deum Fidium jurabant, Plaut. Asin. I, 1, 8. Non. Marc. VIII, 93., et (ita) medius fidius (adjuvet) pariter atque mehercules dicebant. Sane San'sis in quinta tabula cum Jove Patre jungitur: nihilo minus Dionysium Dium Fidium rectius vertisse Δία Πίστιον, quam Aelium, teste Varrone L. L. V, §. 66. Diovis filium sive Διόσκορον, veteres probant inscriptiones apud Reinesium Cl. I, 230 et 232, in quibus tam Diana, quam Ceres, Pistia appellatur. Sancum Propertius Umber in apostrophe ad Herculem IV, 9, extr. a sanciendo dictum innuit, sicut Faunum Varro L. L. VII, §. 36. a fando vocatum refert, his versibus:

Sancte pater, salve, cui jam favet aspera Juno:
Sancte, velis libro dexter adesse meo.
Hunc, quoniam manibus purgatum sanxerat orbem,
Sic Sancum Tatiae composuere Cures.

At Hercules Sanctus Arnobii differt a Sanco, quia utraque appellatio et Sancti et Sanci jungitur apud Grut. XLVI, 6. cf. supra §. 8. Sanctum Tibullus IV, 5, 12 et 6, 7.

pro dextro et propitio posuit; at Sancus dicitur, qui sancit res atque confirmat. Si Laurentius Lydus IV, 58. p. 250. ed. Roether. τὸ Σάγκος ὄνομα οὐρανὸν σημαίνει τῇ Σαβίνων γλώσσῃ scripsit, hoc propter id factum esse videtur, quod Varro L. L. V, §. 66. ejus aedis perforatum tectum dixit, ut ea videretur divom i. e. coelum: unde quidam negabant sub tecto per hunc dejerare oportere, cf. Plutarch. Q. R. 28. Ceterum, Lactantio I, 15. teste, Sabini Sancum, sicut Poeni Uranum summa veneratione coluerunt.

28. Palem, quam §. 24. Tefram Joviam esse dixi, Nemesianus Bucol. Ecl. II, 50 sqq. cum Silvano Priapoque junxit: hinc, si Mars Silvanus apud Cat. R. R. 83., deus pecorum et agrorum secundum Servium ad Virg. A. VIII, 600., luporum exactor et fulguritarum arborum secundum Lucilium apud Non. Marc. II, 324., tutor finium secundum Horatium Epod. II, 22. coll. Epist. II, 1, 143., 'Serfus Martius est, qui apris piatur, Martem Horsium non tam ὅριον, quam ὡραῖον vel χορταῖον, hortorum praesidem Priapum interpretor, Ovid. F. I, 415., Hondum 'Serfium autem quasi Silvium Bonum, quae nomina viri cujusdam sunt apud Ausonium Epigr. CIX sqq. At an Praestita apud Murat. CI, 6. eadem dea sit, quae Umbricis literis Πρεστατε scribitur, nescio: differt sane Praestana Arnobii cum omnibus diis Praestitibus. Quum Prestotae 'Serfiae et Tursae 'Serfiae una cum 'Serfo Martio, cujus comites esse dicuntur, singulares dicentur preces ad defendendum a tursitu, tremitu, hondu holtu, ninctu, nepitu, sonitu, savitu, preplo(ho)tatu, previ(s)latu, VI, a, 60. VII, a, 49. h. e. nisi fallor, incendio, terrae motu, sideratione, νιφετῷ et nimbosa grandine, tonitruum et fulminum saevitia, profluvio aquarum, et proflatu turbinum; Prestotam potius a prestere, Tursam a torrendo vocatam esse censeo. Tempestates religiose cultas esse satis constat e Virgilii Aeneide V, 772. atque Horatii Epodo X, extr. et cultum istum in antiquissima recedere tempora, etsi L. Scipio, Barbati filius, ad cujus inscriptionem sepulcralem adhuc exstantem Ovidius F. VI, 193. respicit, primam Tempestatibus aedem Romae dedisse dicitur, Aeneis docet, in qua III, 120. Anchises nigram Hiemi pecudem mactat, sicut in Iguvinis tabulis Prestotae 'Serfiae porcae rufae vel furvae offerri jubentur. A Tursa 'Serfia vero distinguenda est Tursa Jovia, cui post peracta reliqua omnia sacrificia tres juvencae acersoniem, h. e. cum ture, cremantur. Hanc Vestam virginem esse, quam apud Graecos quoque in foro, ture incenso, placatam testatur Pausanias VII, 22, 2., in dubium vocari nequit.

29. Romani Vestam, cujus vis ad aras et focos pertinebat, Cic. N. D. II, 27., nihil aliud nisi viva flamma intelligenda, Ovid. F. VI, 291 sqq., virginem putabant, Lactant. Inst. I, 12., quia ignis inviolabile esset elementum, nihilque nasci posset ex eo, quippe qui omnia, quae arripuisset, absumeret. Inde illi, sicut Minervae, juvenca debebatur, Callimach. hymn. in Cerer. 109., atque Plutarchus in Parallelis XIV., ubi Metel-

lum, Romanorum ducem, contra Poenos Siculosque cum classe navigaturum, quum soli Vestae non litasset, adversum habuisse ventum retulit, addit, Vestam misertam pro filia, quae ex haruspicis jussu mactanda fuisset, juvencam subjecisse, quemadmodum Dianam pro Iphigenia in Aulide cervam. Jovia ea audit in Iguvinis tabulis, ut ἡμένη ἐν αἰθέρι apud Euripidem in fragm. 178. e Macrob. Sat. I, 23. Juno aetherea et nutrix Jovis apud Martianum Capellam II, §. 168. I, §. 72., custodia Jovis apud Pythagoreos, quia Jovi, Junoni, Minervae addita est, Macrob. S. III, 4., tanquam una deorum Penatium. Secundum Servium ad Virg. A. I, 291., quia nullum sacrificium sine igne erat, in omnibus invocabatur sacrificiis. Graeci quidem, ut Spanhemius in Graevii Thes. Antiq. Rom. T. V, p. 664. docet, Vestae tam primae quam extremae sacra facere solebant, unde jam in hymnis Homer. Ἰστίη sic invocatur:

Καλὸν ἔχουσα γέρας καὶ τιμήν· οὐ γὰρ ἄτερ σȣ̃
Εἰλαπίναι θνητοῖσιν, ἵν' ȣ̓ πρώτῃ πυμάτῃ τε
Ἰστίῃ ἀρχόμενος σπένδει μηλιηδέα οἶνον.

At idem vir doctus pag. seq. docet, Romanos, qui secundum Ciceronem l. l. principem in sacrificando Janum esse voluerunt, finem sacrorum a Vestae cultu petiisse. Bene igitur Creuzerus ad ea, quae Cicero scripsit: „In ea dea, quae est rerum custos intimarum, omnis et precatio et sacrificatio extrema est," haec annotavit: Davisium, qui haec refutare voluit, rursus refutavit Marinius in Actis Fr. Arval. p. 378 sq." haec ipsa cum aliis Romanorum Virg. G. I. 498. Vellej. P. II, 131. Juv. S. VI, 385. testimoniis opponens rationibus e Graecis scriptoribus ductis.

30. Porphyrius περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων II. pag. 125., qui Graecos ait primum, a Vesta deorum coelestium sacra auspicantes, non myrrha aut casia, sed herbis usos esse, de antiquis illis temporibus loquitur, quibus secundum Ovid. F. I, 339 sqq.

Nondum pertulerat lacrimatas cortice myrrhas
Acta per aequoreas hospita navis aquas;
Tura nec Euphrates, nec miserat India costum,
Nec fuerant rubri cognita fila croci.

Idem poëta F. IV, 731. in Palilibus cecinit id, quod in Iguvinis tabulis verbis πρινȣϜατȣ τȣφ τȣσετȣτȣ, h. e. suffimenta cum turibus incendito, praecipitur:

I, pete virginea, populus, suffimen ab ara:
Vesta dabit; Vestae munere purus eris.

Quum simili modo Davus apud Terentium Andr. IV, 3, 11. dixisset: „Ex ara hinc sume verbenas tibi," Eugraphius annotavit: „Romanis omnibus mos est in atrio, hoc est in vestibulo, habere Vestam, cui sacrificium quotidie facerent." Verum haec sufficiant de diis Umbricis. Dii enim, quos Spangenbergius in commentatione sua de veteris Latii

religionibus domesticis pag. 40., unde Creuzerus sua hausisse videtur in antiquorum populorum mythologia T. II. pag. 962 sqq., in Iguvinis tabulis, Passerium secutus, deprehendisse se fassus est, Seritu, Sata, Sepses, Arsite, Vouse, Avia, quibus omnibus tutela agrorum incubuerit, et Akeruniamem, quem Plutonem destructorem interpretatur, si a Sata s. Segetia discesseris, nulli omnino sunt.

31. Perperam idem credidit, Umbros in deorum cultu ac religionibus omnia fere cum Etruscis communia habuisse: ne enim, quia obscura sunt multa deorum nomina atque absona ab illis, quibus Romanorum numina vulgo colebantur, plane dissimiles putemus religiones Umbricas, meminerimus, Iguvinas tabulas ad lustrationes maxime spectare, in quibus apud Romanos non minus inusitata deorum nomina leguntur. Ut taceam de infinitis deorum nominibus, quibus Arnobius, Augustinus C. D. IV, 8 sqq. aliique scriptores ecclesiastici irrident, hoc tantum proferam, quod Servius ad Virg. G. I, 21. annotavit: „Fabius Pictor hos deos enumerat, quos invocat flamen, sacrum Cereale faciens Telluri et Cereri: Vervactorem, Reparatorem, Imporcitorem, Insitorem, Obaratorem, Occatorem, Sarritorem, Subruncinatorem, Messorem, Convectorem, Conditorem, Promitorem:“ quae quidem cognomina potius unius dei, quam plurium diversorum, fuisse recte censet Spangenbergius l. l. pag. 76. At in Actis Fratrum Arvalium, quae Spangenbergius nondum noverat, diversos deos habes, quum victimae variae ferantur Jano Patri, Jovi, Marti, Junoni deae Diae, sive deo sive deae, virginibus divis, famulis divis, Laribus, matri Larum, Fonti, Florae, Vestae, Vestae matri, etiam Adolendae, Commolendae, Deferundae, Coinquendae. Addas his e Gellio XIII, 22. Luam Saturni, Salaciam Neptuni, Horam Quirini, Jurites Quirini, Majam Volcani, Heriem Junonis, Molas Martis, Nerienem Martis. Quum vero ex iis, quae Gellius affert, appareat, ne Romanis quidem compertum fuisse, quomodo Nerienis nomen pronuntiandum, flectendum atque interpretandum sit, nemo me doctiorem esse velit in explicandis Umbricis nominibus.

Epimetrum.

Quum mihi errata quaedam typographica indicanda sint, quia pag. 9, v. 11. a fine praesersim pro praesertim, pag. 12, v. 11 a fine ἁπετο pro ἁπετε, pag. 14, v. 16 a fine abteganda pro ableganda typis expressum est, locum Plutarchi Q. R. de Genita Mania, quem pag. 15, v. 10 ab initio laudavi, in vulgaribus editionibus cap. 52. legi moneo, simulque aliud peccatum profiteor, quod Γενετείρᾳ pro Γενείτῃ emendandum dixi. Pro veritate enim lectionis Γενείτῃ Μάνῃ pugnat locus Plinii H. N. XXIX, 14 (4). „Genitae Manae catulo res divina fit," ubi alii quidem Genito mane legerunt, sed, Harduino teste, contra codicum probatissimorum fidem. Haec dea menstruis feminarum praefuisse dicitur, quam Menam appellat Augustinus C. D. IV, 11. VII, 2., eandemque Harduinus esse arbitratur Maniam, matrem Larum secundum Varr. L. L. IX, §. 61. coll. Arnob. adv. gent. III, 41., cui olim, ut Macrob. S. 1, 7. refert, pro familiarum sospitate pueri mactabantur. Sed Genitae Manae Romani pro iis, quae domi nascerentur, canem immolabant, quo secundum Plutarchum Q. R. 68. in piaculis fere omnes usi sunt Graeci: Laribus Praestitibus autem secundum Plutarchum Q. R. 51. et Ovid. F. V, 137. canis non tam offerebatur, quam astabat. Praeterea Mena Augustini a Graeco μὴν appellata esse videtur; de Genita Mana vero, quae ortui ac partui praeerat, ut Εἰλιονία Argivorum, Plutarchus dubitat, dictane sit a manando, sicut Festus de Maniis scripsit. Rectius Genitam Manam Genitalem bonam interpretantur, ut de ea dicere liceat, quae Horatius de Ilithyia cecinit C. S., v. 13 sqq.

Rite maturos aperire partus
Lenis Ilithyia, tuere matres:
Sive tu Lucina probas vocari,
Seu Genitalis. Cf. Orph. Hymn. II. in Prothyraeam.

Male enim Gesnerus in Latinae linguae thesauro consecratam μανίαν Martiani Capellae matrem Maniam intelligit, quia Fura Furinaque cum ea jungantur. Ceterum Martianus a matre Mania Submanium praestites Manam atque Manuanam discernit; Scaliger autem in annotationibus ad Festum monet, non solum terriculamenta infantium, sed et lactentium deos praesides Manias dixisse Romanos, unde Varro apud Non. Marc. II, 756. etiam Cuninam et Ruminam inter Manias recensuerit. Quidni igitur Matrem Matutam quoque Maniam sive Manam fuisse putemus?

RUDIMENTA
LINGUAE UMBRICAE

EX INSCRIPTIONIBUS ANTIQUIS ENODATA.

PARTICULA IV.

IGUVINARUM TABULARUM PRECES INTERPRETANS.

SCRIPSIT

Dr. G. F. GROTEFEND
LYCEI HANNOVERANI DIRECTOR.

Est quadam prodire tenus, si non datur ultra. *Horat.*

HANNOVERAE MDCCCXXXVII.
IN LIBRARIA AULICA HAHNII.

MADEMOISELLE MARIVAUX

Praefatio.

Explicatis omnibus inscriptionum Umbricarum nominibus propriis, ad nomina communia progredior eorumque flexiones, ad quas demonstrandas nihil aptius est quam preces in tribus postremis tabulis cum variis repetitionibus exhibitae. Has igitur preces, quarum praecipuas jam Lassenius Professor in Rhenano Museo philologico a Welckero atque Naekio edito a. 1833. p. 360 sqq. et a. 1834. p. 141 sqq. interpretari conatus est, hujus particulae argumentum feci. Nonnulla Lassenius melius intellexit quam Lanzius aliique hariolantes magis quam interpretantes, plura vero vel omnino non enodavit, vel dubiosa reliquit, tam multis intermixtis erroribus, ut nova quadam via ingrediendum mihi videretur. Itaque comparatis omnibus precibus, quaecumque in quinta, sexta, septimaque tabulis perscriptae sunt, rectioris interpretationis fundamenta jacienda putavi, et quia pleraque Catonis Censorii, tabulis Iguvinis fere coaetanei, precibus similia inveni, illis, quae Cato edidit, ad preces tabularum nostrarum explicandas usus sum, parum curans, quid alii ante me vel recte vel perperam judicaverint. Esse quidem profiteor, quae ipse nondum satis intellexerim; sed haec me impedire non possunt, quo minus ea proferam, quae sentio, quippe quum tam pauca incerta reliquerim, ut non universus solum verborum contextus perspici possit, sed singulis

etiam enuntiationibus tanta lux affundatur, ut construi inde queant Umbricarum declinationum schemata. In iis, quae adhuc ignoro, aut dies diem docebit, aut acutiores alii alia enodabunt: alius enim alio, ut Ausonii verbis utar, plura invenire potest; nemo omnia. Vid. in Edylliis epistola ad Symmachum ante gryphum ternarii numeri.

Particula IV.

Iguvinarum tabularum preces interpretans.

1. Quum, quod Plinius H. N. XXVIII, 2. scripsit, victimas caedi sine precatione non videretur referre, nec deos rite consuli, in omnibus fere tabulis Iguvinis preces praecipiuntur; nusquam tamen praeter pauca quaedam, quae in tabula quinta leguntur, formulae precationum perscriptae sunt, nisi in sexta septimaque tabulis. In his praecipuae sunt, quae in primo sacrificio ante ferias treblanas Jovi Grabovi tribus bubus faciendo copiosius expositae et propter trium victimarum caedes ter repetitae leguntur VI, b, 22—55. Illae enim in omnibus sacrificiis repeti jubentur verbis

vel his: *surur naratu, puse pre verir treblanir*, VI, b, sq. a, 2. 4.

vel his: *suront naratu, pusi pre verir treblanir*, VI, a, 20 sq. VII, a, 7.

vel his: *suront naratu, puse verisco treblan(e)ir*, VI, a, 23. 44. 46. VII, a, 5. 42. 53.

h. e. insuper narrato, sicut ante ferias treblanas.

Praeterea aliae preces inseruntur quarto, sexto, octavo, decimo atque duodecimo sacrificio, quarum tres postremae VI, a, 57—62. VII, a, 9—23. 25—36. 47—51. inter se quidem similes, sed a reliquis VI, a, 6—15 et 26—36. inter se congruentibus, si pauca exceperis, diversae sunt. Ceterum verba *suror persnimu, puse sorsu* VI, a, 37. et *suront naratu, puse post verir tesenocir*, ad preces illas respiciunt, quae in quarto sextoque sacrificio, primis precibus similes, adduntur. In omnibus precibus deorum nomina anteponuntur singulis enuntiationibus, exceptis trium primarum precum initiis, in quibus deorum nomina ter postponuntur verbis *t(e)io(m) subocav suboro*, in fine precum paullo aliter repetitis. Legimus enim

VI, b, 22 sq. *Teio subocav suboco, Dei Grabovi!*

VI, a, 6. *Tio subocav suboca, Fisovi Sansi!*

VI, a, 25 sq. *Tiom subocav suboco, Tefro Jovi!* at

VI, b, 34. 44. 55. *Di Grabovie! tio(m) subocav.*

VI, a, 15. *Fisovie San`sie! tiom subocav.*

VI, a, 36. *Tefre Jovie! tiom subocav.*

2. Ut in his deorum nomina diversis modis scripta sint, non temere factum inde intelligitur, quod semper illa similiter distinguuntur, ita quidem, ut inter *Dei Grabove* et *Di Grabovie* VI, b, 25., *Fisovi San`si* et *Fisovie San`sie* VI, a, 8 sq., *Tefro Jovi* et *Tepre s. Tefre Jovie* VI, a, 27 sq. nullum aliud verbum precationis intercedat. Quaeritur ergo, si nomina anteposita in vocativo casu scripta sunt, quo casu accipienda sint nomina postposita? Sine dubio illa ad pronomen t(e)io(m) referenda, eamque ob causam in casu locali scripta sunt, qui quidem dativi locum obtinere poterat, sed differebat flexione: nam in dativo casu legimus *IBFE KAPERFI* IV, b, 3. *s. Juve Grabouei* VI, b, 22., *ΦΙΣΕ ΣΑΖΕ* IV, b, 16. *s. Fiso Sansie* VI, a, 3., *ΤΕΦΡΕ IBFIE* IV, b, 25. *s. Tefrei Jovi* VI, a, 22. Hinc in secunda mea particula perperam *Tefro Jovi* cum dativo *ΤΕΦΡΕ IBFI* IV, b, 29. comparassem, nisi Dempsterus quoque VI, b, 58. *Trebo Jovie* eo loco, quo IV, b, 8. *ΤΡΕΒΕ IBFIE* scriptum est, pro Gruteri *Trifei* exhibuisset. Casum localem *tio(m)* vero dativi locum obtinere, inde colligo, quod pro verbis in fine precum VI, b, 54 sq. ante *Di Grabovie! tiom subocav* insertis: *Di Grabovie! tio comoltu tribrisine buo peracrio pihaclo* cet. V, b, 24 sq. scriptum est: *IHPATEI, ΣΑΖΕ, TEFE ESNE FITLE FEFRE, OESNE, PEHTIPLE*, h. e. ni fallor, *Jupiter, San`sie, tibi isto vitulo votivo, concesso, consecrato.* Hic igitur *TEFE* scriptum est pro *tio(m)*, sicut V, a, 25. *TIE PENI, TIE FITE*, h. e. tibi pane, tibi vino, legitur: *tie* enim idem significare, quod *macte* apud Catonem R. R. 134., quum scribit: „Jupiter Dapalis! macte „istace dape pollucenda esto: macte vino inferio esto!“ credere non possum, quia idem R. R. 141. dixit: „Mars Pater! quod tibi illoce porco, neque satisfactum est, te hoce porco „piaculo!“ In his quidem Cato plerumque accusativo *te* utitur, sicut etiam *te bonas preces precor* pro *tiom subocav suboco* scribere solet; sed verbo *suboco*, cui sane, etsi, unde ortum sit, vix dicere possum, supplicandi inest notio *), dativus adjungendus mihi videtur. Ex eo autem, quod in fine precum nonnisi *tio(m) subocav* legitur, non sequitur, quod Lassenio visum est, non *subŏco*, sed *subocav* verbum esse, cum *tio(m)* construendum: cum *tio(m)* enim, sicut cum *te* apud Catonem, solus ablativus construi solet.

3. Mihi quidem *suboco* illud verbum esse videtur, unde imperativus *subotu* VI, a, 25, *SVBAHTV* V, a, 42. *s. svaxavs* I, 16. derivandus est; neque tamen *subocav* ablativum esse puto, quia solita in septima tabula postremae literae geminatio dissuadet, ne *subocau* legamus quatuor syllabis. Videtur potius *subocavv* legendum, et, quia peractas preces significat, sicut peracta sacrificia praeterito *purdito(m) fust* VI, a, 42. et VII, a, 45. indicantur, pro praeterito habendum, quod proprie *submisi me*, deinde *supplicavi* significat, quemadmodum Cicero pro Plancio c. 10. dixit: „Tribubus submisi me et supplicavi.“ In

*) Fortasse ab Graece *ὑπέχειν ἑαυτὸν*, se dare sive submittere, Umbrorum *suboca*, *ὑποχή*, indeque verbum *subocare* derivatum est.

initio precum autem *t(e)io(m) subocav suboco*, h. e. tibi supplicavi et supplico, ad dictionis vim augendam scribitur, quemadmodum in Franco-Gallicis regum edictis legimus: *Nous avons ordonné et nous ordonnons*. Jam vide fraudulentiam artificis, qui, Marionionum gentis Iguvinae vetustatem probaturus, in triangulo ejus sigillo ad unum latus *Martier*, ad alterum *tiom isir*, ad tertium *subocauu* literis Umbricis sculpsisse dicitur: v. *Sansovino della origine et de' fatti delle famiglie illustri d'Italia*, pag. 341. Hanc inscriptionem homo, Umbricae linguae ignarus, e voce *subocavv* VII, a, 20. s. 34. et verbis sequentis versus *Martier! tiom isir* sic composuit, ut omni sensu careret. Nihilo secius eam Annibal de Abbatibus Oliverius in Observatt. ad monumenta veterum Pelasgorum pag. 24. interpretatus est: *Mars sit sub tua pirga pastorali*, et paullo aliter: *Mars sit tua virga pastoralis*, Gorius in Mus. Etrusc. Vol. II, pag. 435 sq. dicens, verba annuli vetustissimi: MARTIER TIOM ISIR SVBOCAV, in tabulis Iguvinis Pelasgorum lingua scripta legi. Mittamus illam fraudulentiam, et faciamus potius, ut appareat, quam similis sit Catonis et Umbrorum sermo, periculum, ex, quae Cato R. R. 134. de porca praecidanea scripsit, in Umbricam linguam vertendi.

4. De porca praecidanea, priusquam fruges condantur, Cato sic scripsit:
Ture, vino, Jano, Jovi praefato. Priusquam porcum feminam immolabis,
Dur, vinu, Jane, Juve persnihimu. Perne poei porca (comia) portuvise,
Jano struem commoveto sic: Jane Pater! te hac strue commovenda bonas preces precor,
Jane strusla arsveitu iseo: Jane Pater! tiom esa strusla ficla, tiom subocav suboco,
uti sies volens propitius mihi liberisque meis, domo familiaeque meae.
fons sir, pacer sir mehe, tote famersie, viro, pequo.
Ferctum Jovi moveto et mactato sic: Jupiter! te hoc ferculo obmovendo bonas preces precor,
Farsio Juve arsveitu, enom portuvitu iseo: Jupater! tiom esu farsio ficla, tiom subocav suboco,
uti sies volens propitius mihi liberisque meis, domo familiaeque meae. Mactus hoc ferculo!
fons sir, pacer sir mehe, tote famersie, viro, pequo. Tiom esu farsio!
Postea Jano vinum dato sic: Jane Pater! uti te strue commovenda bonas preces bene precatus sum,
Enom Jane vinu fetu, eso persnimu: Jane Pater! porsei tiom strusla ficla pir ortom est, puse neip eritu,
ejusdem rei ergo macte vino inferio esto!
isontec tiom esu vinu!
Postea Jovi sic: Jupiter! macte fercto esto! macte vinu inferio esto!
Enom Juve eso persnimu: Jupater! tiom esu farsio! tiom esu vinu!
Postea porcam praecidaneam immolato. Ubi exta prosecta erunt,
Ennom porca peracri pihaclu fetu. Poei este prosicurent,
Jano struem commoveto, mactatoque item, uti prius obmoveris.
Jane strusla ficla arsveitu, enom portuvitu isontec, puse subra arsvehiest.

Jovi ferctum obmoveto, mactatoque item, uti prius feceris.
Juve farsio ficla arsveitu, enom portuvitu isontec, puse subra facust.
Item Jano vinum dato, et Jovi vinum dato ita, uti prius datum,
Isontec Jane vinu fetu, Juve vinu fetu isec, puse subra facust,
ob struem obmovendam et ferctum libandum.
poei strusla ficla arsvehiest et farsio.

5. Ut non omnia ista verbotenus, sic fortasse non omnia recte a me reddita sunt: sed apparet inde, cujus causa versionem istam feci, ea, quae in Iguvinis tabulis leguntur, non multum differre a Catonis sermone et ingenio, eaque, quae Cato scripsit, ob eandem causam multum conferre ad preces tabularum illarum recte explicandas. Sic primae precum parti in Iguvinis tabulis respondet precum finis, quas Cato R. R. 139. luci collucandi ergo sic scripsit: „Ejus rei ergo te hoc porco piaculo immolando bonas preces precor, „uti sies volens propitius mihi, domo familiaeque meae, liberisque meis. Harumce rerum „ergo macte hoc porco piaculo immolando esto.“ En preces Umbricas cum versione, in qua, ut in ipsis precibus, variantes lectiones, quo magis in oculos inciderent, typis distinguendas curavi:

VI, b, 22 sq. *Teio* subocav suboco, *Dei Grabovi!*
VI, a, 6. *Tio* subocav suboco, *Fisovi Sansi!*
VI, a, 25 sq. *Tiom* subocav suboco, *Tefro Jovi!*
Te bonas preces precor, Jovem Grabovem! Fisovem San`sium! Tefram Joviam!
VI, b, 23. ocriper Fisiu, totaper Ijovina, erer nomneper, erar nomneper:
VI, a, 6 sq. ocriper Fisiu, totaper Ijovina, erer nomneper, erar nomneper:
VI, a, 26. ocriper Fisiu, totaper Ijovina, erer nomneper, erar nomneper:
pro monte Fisio, pro tota Iguvina, pro illius nomine, pro hujus nomine.
VI, b, 23 sq. *Fos sei*, pacer *sei* ocre *Fisei*, tote *Ijovine*, erer nomne, erar nomne.
VI, a, 7 sq. *Fons sir*, pacer *sir* ocre *Fisi*, tote *Ijovine*, erer nomne, erar nomne.
VI, a, 26 sq. *Fonsir*, pacer *si* ocre *Fisi*, tote *Iovine*, erer nomne, erar nomne.
(uti) *sies volens propitius* (prepitia) *monti Fisio, toti Iguvinde, illius nomini, hujus nomini.*
VI, b, 24. Arsie! *tio* subocav suboco, *Dei Grabove!*
VI, a, 8. Arsie! *tiom* subocav suboco, *Fisovi San`si!*
VI, a, 27. Arsie! *tiom* subocav suboco, *Tefro Jovi!*
Benevole (benevola)! *te bonas preces precor, Jovem Grabovem!* Fisovem San`sium! Tefram Joviam!
VI, b, 24 sq. *Asier* frite, *tio* subocav suboco, *Dei Grabove!*
VI, a, 8. *Asier* frite, *tiom* subocav suboco, *Fisovi San`si!*
VI, a, 27. *Arsier* frite, *tiom* subocav suboco, *Tefro Jovi!*
Benevoli (benevolae) *fiducia, te bonas precor, Jovem Grabovem!* Fisovem San`sium! Tefram Joviam!

6. Quod in his precibus verba *tiom subocav suboco* ter repetita sunt, causa latet in triadis vi magica, cujus auspicio, teste Martiano Cap. VII, §. 733., preces ac libamina tertio repeti solebant*). Quid autem verba *arsie* et *arsier frite* anteposita sibi velint, intelligitur ex precibus, quae in inferiis VII, a, 18 sqq. et 31 sqq. sic praecipiuntur:

Prestota `Serfia `Serfer Martier! tiom esir vesclir adrer (alfer),

popluper totar Ijovinar, totaper Ijovina, erer nomneper, erar nomneper.

Prestota `Serfia `Serfer Martier! tiom subocavv:

Prestotar `Serfiar `Serfer Martier foner frite, tiom subocavv.

Quemadmodum hic pariter atque in repetitis post lustrationem iisdem precibus VII, a, 21 sqq. et 34 sqq., in quibus tamen verbis *tiom isir vesclir adrir (alfer)* additum est *tiom plener*, h. e. tibi plenis, primum vocativus *Prestota `Serfia*, deinde genitivus *Prestotar `Serfiar*, adjecto adjectivo *foner*, quod a nomine *frite* dependet, anteponitur; sic *arsie* pro vocativo, et *arsier* pro genitivo *ἀρσίου*, h. e. *εὐμενοῦς* sive *foner* (volentis), est accipiendum. *Frite* ablativus est nominis substantivi, cujus adjectivum *fretus* (confisus) e Latina lingua notum est, sicut *τὸ θρέττε* apud Aristophanem Eq. 17. fiduciam (*θράσος*) significantis; *foner* autem genitivus est adjectivi *fons*, cujus similis nominativus pluralis numeri ex comparatis hisce precibus cognoscitur:

VII, a, 49 sq. *Tursa Jovia! futu fons, pacer pase tua pople totar Iovinar, tote Iovine.*

VI, a, 61 sq. *`Serfe Martie! Prestota Serfia Serfer Martier! Tursa `Serfia Serfer Martier! fututo foner, pacrer pase vestra pople totar Ijovinar, tote Ijovine.*

Foner frite sive *arsier frite* igitur indicat, quod Horatius in fine carminis secularis cecinit:

Haec Jovem sentire deosque cunctos,
Spem bonam certamque domum reporto.

Pro his in fine precum VI, a, 15. nihil nisi *Fisovie frite, tiom subocav* additur, ubi *Fisovie* pro genitivo *Fisovier* positum videtur, sicut III, b, 9. et 14. *agre* pro *agrer*, atque e contrario VII, a, 22. *Prestota `Serfiar* perperam pro *`Serfia* scriptum legitur.

7. *Fons* proprie idem significat, quod *fovens* apud Latinos, *pacer* autem idem, quod *pacatus:* additur enim *pase tua*, h. e. pace tua, quod legitur in inscriptione Sancti apud Grut. XCVI, 7. Murat. XCVI, 1. Orell. 1862. Sed sicut *futu fons, pacer pase tua* iis respondet, quae Diomedes apud Homerum Il. X, 290 sq. Minervam precatur: *Νῦν μοι, δῖα θεὰ, ἐθέλουσα, πρόφρασσα παρίστασο*, sic *fons sir, pacer sir* iis, quae Festus s. v.

*) Imo *ter novies* dicenda fuit podagrorum incantatio apud Varronem R. R. I, 2.: „Terra „pestem teneto, salus hic maneto," sicut pro Virgiliano Ecl. VIII, 73. „*Terna* tibi haec primum „*triplici* diversa colore Licia circumdo, *ter*que hanc altaria circum Effigiem duco" Ciris auctor, v. 370. cecinit: „*Ter*que *novena* ligat *triplici* diversa colore Fila: *ter* in gremium mecum, inquit, despue, virgo. „Despue *ter*, virgo."

strufertarios exhibet scribendo: „Sacrificia quaedam strue et ferto sollennibus verbis fa-„ciunt: Precor te, Jupiter! uti mihi volens, propitius sies.“ Quemadmodum *arsie* et *arsier*, sic etiam *pacer* in utroque genere, tam masculino quam feminino, dici potuit: nam Tursa Jovia quoque, sicut Prestota Serfia VII, a, 17. et 31., *pacer* audit. Non igitur necesse est, ut vocativo *Tefre Jovie* deum mascnlum invocari putemus, etsi Pales quoque apud Arnobium III, pag. 123. et Martianum Cap. I, pag. 16. masculus dicitur. Sic Ennius *acer* et *acris* de utroque genere promiscue usurpavit, atque alii *acer*, *acra*, *acrum* quoque pro *acer*, *acris*, *acre* dixerunt, sicut e contrario *porci sacres* dici solebant *porci sacri* sive *puri* ad piandum, Plaut. Menaechm. II, 2, 16. Rud. IV, 6, 4. Varr. R. R. II, 1 et 4. Fest. s. v. *sacrem porcum*. Hinc etiam in Iguvinis tabulis VI, a, 18. VII, a, 40. 45. *sacra* et VII, a, 52. 56. *com peracris sacris* legitur, at II, 8. 9 sq. 12. *σακρε ȣFεμ*, V, a, 20 sq. *κατλȣ σακρε σεFακνε*, II, 26. *ȣFεμ σεFακνι*, V, b, 7 sq. *σι περακνε σεFακνε*, V, b, 10 sq. *καπρȣ περακνε σεFακνε*, V, a, 5. *βȣμ περακνε*, V, a, 10 sq. *ȣFε περακνεμ περαεμ*, V, a, 11 sq. *αβρȣνȣ περακνε*. Quemadmodum igitur apud Plautum et Varronem*) agni et porci *sacres* sive sinceri et puri dicuntur, sic in Iguvinis tabulis oves et catuli, et oves quidem tam *sevacnes*, *peracnes*, *persaës*, quam *sacres*, sues et capri vero *peracnes sevacnes*, boves et apri nonnisi *peracnes*, unde genitivus *buo peracnio* pro *buom peracniom* VI, b, 54. legitur, quocum *σακρεȣ περακνεȣ* III, a, 6 sq. comparari posset, nisi etiam VII, a, 51. *ivenga peracrio* pro *ιFεκὰ περακρε* IV, a, 40. scriptum esset.

8. *Peracris* et *peracnis* eadem esse vocabula, preces docent VI, b, 25—55. ter repetitae: in illis enim, etsi triplex boum mactatio VI, b, 54. *comohota tribrisine buo peracniò pihaclo* dicitur, ter terna repetitione VI, b, 25. 29. 34; 35. 38. 43; 45. 48. 53. *bue peracr(e)i pihaclu* pro *bove sacri piaculo* exaratum est. Hae quoque preces tribus partibus constant, quas, ne obruamur verborum interpretandorum multitudine, sigillatim tractare liceat, comparatis tamen omnibus similibus precibus.

VI, b, 25. 35. 45. *Di Grabovie! tio(m) esu bue peracr(e)i pihaclu (etru, tertiu).*
VI, a, 9. *Fisovie San'sie! tiom esa mefa spefa Fisovina.*
VI, a, 27. *Tepre Jovie! tiom esu sorsu persontru Tefrali pihaclu.*
NN. tibi hoc bove sacri (hac maza spissa Fisovina, hoc sociali purgamine Tefrali) piaculo.
VI, b, 25 sq. 35. 45. *ocreper Fisiu, totaper I(j)ovina, irer* nomneper, erar nomneper.
VI, a, 9 sq. et 28. *ocriper Fisiu, totaper Ijovina, erer* nomneper, erar nomneper.
pro monte Fisio, pro tota Iguvina, pro illius nomine, pro hujus nomine.

In his distinguenda sunt duo pronomina demonstrativa, quorum alterum a syllaba *es* incipiens Latino pronomini *hic*, alterum a syllaba *er* incipiens Latino pronomini *is*

*) Festus Catonem quoque atque Ennium laudavit tanquam *sacrem* pro hostia ponentes.

respondet. In utroque pronomine Umbri eodem modo tria genera distinxerunt, atque pro *e* etiam *i* scripserunt; apud Romanos vero Festus *necerim* pro *neceum* refert, et *sum*, *sam*, *sos*, *sas*, pro *eum*, *eam*, *eos*, *eas*, usurpavit Ennius: unde *sad* sive *suad* pro *sic* (Umbrice *isec* VI, a, 25. *s. issoc* VII, b, 3.) dictum Messala apud Festum ait, in his autem prima litera *e* abjecta fuit, ut in *sum*, *sumus*, *sunt* pro *esum*, *esumus*, *esunt* cet. Ablativum habes omnium generum in *esu bue*, *esa mefa spefa*, *esu sorsu persontru*, quibus addas pluralem *esir s. isir vesclir* VII, a, 9. 18. 21; 26. 32. 34; genitivum et masculini et feminini generis in *erer s. irer* et *erar*, quibus addas pluralem *erom s. ero* VI, a, 62. VII, a, 13 sq. 28. 50. Illud pronomen semper ante nomen suum ponitur, hoc contra refertur ad nomen antecedens, ut *erer* supra ad montem Fisium, *erar* ad totam Iguvinam. Quia vero Romani *ejus* tam pro *erer*, quam pro *erar* dicebant, nobis *illius* et *hujus* scribendum fuit.

9. Quae sequuntur, in secundis precibus desunt, etsi VI, a, 10. dicitur:

Fisovie San'sie! ditu; ocre Fisi, tote Iovine; ocrer Fisie, totar Iovinar, dupursus.

h. e. Fisovis San'sie! dicito; monti Fisio, toti Iguvinae; montis Fisii, totius Iguvinae (nomini), bis.

In reliquis precibus haec leguntur:

VI, b, 26. 35 sq. 45 sq. *D(e)i Grabovie!* orer ose, perse(i) ocre(m) Fisie(m) pir orto(m) est,
VI, a, 28 sq. *Tefre Jovie!* orer ose, perse ocre Fisie pir orto est,
N. N. *oratus* (orata) *audias, siquidem in monte Fisio piamen oratum est,*
VI, b, 26 sq. 36 sq. 46 sq. *tote(me) Iovine(m)* arsmor dersecor subator sent, pus(e)i neip (h)er(e)itu.
VI, a, 29. *tote Ijovine* arsmor dersecor subator sent, pusi neip heritu.
in tota Iguvina cives devotione submissi sunt, etsi nec serviliter.
VI, b, 27. 37. 47. *D(e)i Grabovie! perse(i) tuer* pe(r)scler vaseto(m) est, pesetom est,
VI, a, 29 sq. *Tefre Jovie! perse touer* pescler vasetom est, pesetom est,
N. N. *siquidem tuis lustrationibus vacatum est, cessatum est,*
VI, b, 27 sq. 37 sq. 47 sq. peretom est, frosetom est, daetom est, *tuer* pe(r)scler virseto avirseto vas est.
VI, a, 30. peretom est, frosetom est, daetom est, *touer* pescler virseto, avirseto vas est.
paratum est, proditum est, doctum est, tuis lustrationibus verruncatu, averruncatu fas est.
VI, b, 28 sq. 38. 48. *Di Grabovie! pers(e)i mers(e)i, esu bue peracr(e)i pihaclu* (etru, tertiu), *pihaf(e)i.*
VI, a, 31. *Tefre Jovie! perse mers est, esu sorsu persondru pihaclu pihafi.*
N. N. *siquidem salutare est, hoc bove sacri* (sociali purgamine) *piaculo fac pietur.*
VI, b, 29. 38 sq. 48 sq. *Di Grabovie!* pihatu ocre(m) Fisi(m), *pihatu* tota(m) I(j)ovina(m).
VI, b, 31. *Tefre Jovie!* pihatu ocre Fisi, tota Ijovina.
N. N. *piato montem Fisium, (piato) totam Iguvinam.*
VI, b, 29 sq. 39. 49. *Di Grabovie!* pihatu ocrer Fisier, totar I(j)ovinar, nome:
VI, a, 31. *Tefre Jovie!* pihatu ocrer Fisier, totar Ijovinar, nome:
N. N. *piato montis Fisii, totius Iguvinae, nomen:*

VI, b, 30. 39 sq. 49 sq. nerf, a(r)smo, v(e)iro, pequo, castruo, fri, pihatu.
VI, a, 32. nerf, arsmo, viro, pequo, castruo, fri, pihatu.
(de) *magistratu, civibus, viris, pecubus, moenibus, frugibus, piato.*

10. In his, quae difficillima intellecta sunt, ante omnia distinguamus duas conjunctiones varie scriptas: *perse, persi s. pirsi, persei,* et *pusi* sive *pusei,* etsi VI, b, 14. *porsei subra screhitor sent* pro *pusei subra screhto est* exaratum legitur. Ab illa enim conjunctione tres enuntiationes incipiunt, quarum primae verba *pus(e)i neip (h)er(e)itu* adjiciuntur, quemadmodum V, a, 3 sq. legimus: *πεϱε καϱνε σπετȣϱιε Ατιιεϱιε αFιεκατε αιȣ ȣϱτȣ, φεφȣϱε φετȣ, πȣξε νειπ εϱετȣ.* Ibi tamen inter *πεϱε ȣϱτȣ* et *πȣξε νειπ εϱετȣ* inserta sunt verba *φεφȣϱε φετȣ,* quae quid significent, nescio. Verba *καϱνε σπετȣϱιε Ατιιεϱιε αFιεκατε αιȣ* ad antecedentia V, a, 1. respiciunt, ubi pro *αιȣ* legimus *ναϱακλȣμ:* hinc *αιȣ(μ)* precationem sive *εὐχήν* significare videtur, omnis vero enuntiatio ante *φεφȣϱε φετȣ* sic vertenda: siquidem carni spetili Atiersii auspiciis consecratae precatio facta est. Nam *ȣϱτȣ* sine dubio idem est, quod *orto(m)* h. e. oratum, unde adjectivum *orer* derivandum, sicut *pacer* pro pacato dicebatur. Quod si *ose* pro *audias* positum est, sicut Romani *ausis* pro *audeas* dicere solebant, unde in Quaestoris ratihabitione quartae quintaeque tabulae *ȣσαιε audientia* interpretatus sum, in *orer ose* alliteratio quaedam quaesita videtur, quam nec Virgilius neglexit in *orsa* vicissim *ore* vel *ore* vicissim *orsa* refert Aen. VII, 435. XI, 124. Sic paullo infra *salvom seritu* scriptum videbimus, ut Livius XXII, 10. in formula rogationis de vere sacro post cladem apud lacum Trasimenum acceptam *salva servata* et *datum donum duit* scripsit; nec scio an in verbis *φεφȣϱε φετȣ* V, a, 4. et *peturpursus fato fito perne postne sepse sarsite* VI, a, 11. eadem alliteratio quaesita sit, quae in calamitatibus recensendis VI, a, 60. et VII, a, 49. agnoscitur: *tursitu, tremitu, hondu holtu, ninctu, nepitu, sonitu, savitu, preplo(ho)tatu, previ('s)latu.*

11. Quanto studio Romani, imprimis Plautus Umber, alliterationem captaverint, docuerunt Naekius in Rhenano Museo philologico A. 1829. pag. 324—418. et Rappius in Tentamine physiologiae linguarum, tom. I. (Stuttg. et Tubing. 1836) pag. 360, coll. pag. 213 et 343. Utrumque quidem nimium esse profiteor in alliteratione quaerenda, quippe quae insciis saepe excidit; sed concedendum est Naekio, fuisse apud Romanos inveteratum cumque ipso sermone natum alliterationis amorem: unde tot cum alliteratione proverbia, tot dicta vulgaria, quae non inventa a scriptoribus, sed communi usu recepta fuisse apparet. Quaerebantur omnino verba similiter sonantia, sive literis initialibus, ut in formulis *di deaeque omnes duint,* Plaut. Most. III, 1, 126. *bona, fausta, felix, fortunataque* eveniat, Plaut. Trin. I, 2, 3. *dono dedit, laetus lubens,* Plaut. Trin. IV, 1, 2., sive mediis syllabis, ut *strepitus, crepitus, sonitus, tonitrus,* apud Plaut. Amph. V, 1, 10. sive homoeoteleuto, ut in Varronis supra laudata formula: *Terra pestem teneto; salus hic maneto,*

et apud Virg. Ecl. VIII, 80. *Limus ut hic durescit, et haec ut cera liquescit.* Quod autem praeter Ennium Calabrum praecipue Plautus Umber tali sonorum concentui studuerit, ex Umbrorum consuetudine profectum esse videtur. Umbris enim illa quoque incendiorum deprecatio debetur, *arse verse* s. *arses vurses*, cujus quum Plinius H. N. XXVIII, 4 (2) meminisset, addidit: „Neque est facile dictu, externa verba atque ineffabilia abrogent „fidem validius, an Latina inopinata, et quae ridicula videri cogit animus.“ Barbarum quidem est mysticum illud *Abracadabra*, atque e Latinis vocibus corruptum *Hax Pax Deax Adimax*, quod Lobeckius in Aglaophamo T. II, p. 1332. inter formulas antipatheticas enumerat; sed Catonis verba R. R. 160. *Daries dardaries astataries*, quae Plinius H. N. XVII, extr. serio dictis inserere non ausus est, nescio an ex Umbricis verbis *dierir dertier*, quae in Lerpirii inscriptione leguntur, depravata sint.

12. Cetera omnia in Catonis loco Latine explicari possunt, si sic emendantur: „Luxum si quod est, hac cantatione sanum fiet. — Incipe cantare IN ALIO, s(anum) f(iet). „In mota et soluta DARIES DARDARIES ASTATARIES dic sempiterno, usque dum co„eant.“ Luxa membra enim Paulus Diaconus *e suis locis mota et soluta* interpretatur, atque *sempiterno* Cato etiam apud Charisium ed. Putsch. pag. 194. dixit. In sequentibus idem Cato sic scripsisse videtur: „Quotidie cantato IN ALIO, s(anum) f(iet) vel luxatum: „vel hoc modo: HAVAT, HAVAT, HAVAT: ISTA PISTA SISTA: DAMNABO DAM„NAVSTRA ET LVXATOM,“ h. e. haveat! haveat! haveat! istam pestem sistam: domabo damna vostra et luxatum. Lerpirii autem inscriptio, si *s* litera pro *r* scribitur simulque ante eam omissa *n* inseritur, sic legi vertique potest:

Lerpirios Santirpios dui(n)s fo(n)s fovfe(n)s derties dieris,
Lerpirius e Sanctis Hirpiis duit fovens fovefaciens dicatis Diris,
votes fases, vef naratu, vef poni sisti(n)s.
votis factis, partim dictu, partim postea sistens.

Participium *duins* pro *dedit* positum videtur, sicut in tertia tabula *dirsa(n)s* pro *dicavit*, unde *dertus* s. *dirstus* derivatur tanquam participium praeteriti passivi. *Fasus* sic pro *factus* dicitur, et *fovfe(n)s* pro *fovefaciens*, quemadmodum *far* in tertia tabula pro *facere* et *fetu* pro *facito*: *fo(n)s* vero sic usurpatur, ut *volens* apud Virgil. A. X, 677., ubi legitur: „*Volens* vos Turnus adoro,“ sive προόφρων apud Hom. Od. XIII, 406., ubi scriptum est: προόφρων κεν δὴ ἔπειτα Διὶ Κρονίωνι λιτοίμην. Postremis verbis inscriptionis similia habes apud Orell. 1573. „Esculapio *dictu et factu* Isochrisus,“ et 1579. „*voto susceptо*.“ Particulae *vef—vef* etiam in tertia tabula leguntur, quemadmodum *duir* pro *dedit*: reliqua interpretatione nostra non indigent.

13. Alliterationi vim quandam magicam inesse putabant Itali: unde non solum in Virgilii versibus Ecl. VIII. intercalaribus:

Incipe *M*aenalios *m*ecum, *m*ea tibia, versus, v. 21 sqq.

*D*ucite ab urbe *d*omum, mea carmina, *d*ucite *D*aphnim, v. 68 sqq.

sed etiam in precibus quaesita videtur, ut in Accii Aeneadis aut Decio apud Non. Marc. II, 895. s. v. *verruncent*:

Te, Sancte, venerans precibus, *Invicte*, *invoco*,
Portenta ut *populo*, *patriae* verruncent bene!

apud Plautum Rud. II, 1, 16.

Nunc *Venerem* hanc *veneremur* bonam, ut nos lepide adjuverit hodie!

et Mercat. IV, 1, 12.

Apollo, quaeso te, ut des *p*acem *p*ropitius,
*S*alutem et *s*anitatem nostrae familiae,
Meoque ut *p*arcas gnato *p*ace *p*ropitius!

Sic in agro lustrando apud Festum s. v. *pesestas:*

Avertas *morbum*, *mortem*, labem, nebulam et impetiginem!

et apud Catonem R. R. 141. „Mars *Pater*, te *precor* quaesoque, uti sies volens *propitius* „mihi, domo, familiaeque nostrae, quoius rei ergo agrum, terram, fundumque meum suo„vitaurilia circumagi jussi: ut tu morbos *visos invisosque, viduertatem vastitudinemque*, „calamitates intemperiasque prohibessis, defendas averruncesque: utique tu *fruges*, *fru„menta, vineta virgultaque* grandire beneque evenire sinas; *pastores pecuaque salva servas„sis*, duisque bonam salutem valetudinemque mihi, domo, familiaeque nostrae. Harumce „rerum ergo fundi, terrae, agrique mei *lustrandi lustrique faciendi* ergo, sicuti dixi, macte „hisce suovitaurilibus lactentibus immolandis esto. Mars Pater! ejusdem rei ergo macte „hisce suovitaurilibus lactentibus esto.“

14. Has preces eo libentius protuli, quo magis similes videbuntur iis, quae in tabulis Iguvinis legimus: in quibus non minus quaesitum invenimus aequalem verborum exitum, ut *arsmor dersecor subator; vasetom est*, *pesetom est*, *peretom est*, *frosetom est*, *daetom est; virseto avirseto vas est*, imo *pers(e)i mers(e)i* pro *perse mers est* s. *πεϱϛε μεϱϛ εστ* IV, a, 18. Quemadmodum enim *fossei* sive *fonsir* pro *fons sir* s. *fovens sis* legimus, sic subjunctivus *mers(e)i* pro *mers est* usurpari potuit, ut verbum simile exsisteret particulae *pers(e)i*. Verba vero *persei mersei* s. *persi mersi* significare *siquidem medicum est atque salutare*, inde colligo, quod *μεϱϛ* Umbrorum ejusdem originis mihi videtur, atque magistratus summi nomen apud Oscos *Meddix* h. e. *Μέδων* secundum Festum, qui s. v. *Sufes* etiam *Mediastuticus* pro *Meddix tutĭcus* Liv. XXVI, 6. scripsit. Particula *persei*, quia *πεϱϛε* scribitur, simplex est, neque composita e *per* s. *pro* et *sei* s. *si*, atque significat *siquidem*, quemadmodum *porsei* VI, b, 15. s. *πεϱϛε* III, a, 7. II, 5. V, a, 26. idem quod *pusei* VII, b, 3. s. *πεξε* IV, a, 34. V, b, 9. a, 4. h. e. *sicut*. Postremo loco *πεξε νειπ*

ερετυ scriptum est pro *pus(e)i neip (h)er(e)itu*, in quo *eritu*, sicut *naratu* in inscriptione Lerpirii, adverbii vicem obtinet, et, sicut *eritudo* apud Paulum Diaconum, *εἰρέρου* conditionem sive servilem animum designat, quo libera esse debet vera supplicantium poenitentia. Hinc *pusi neip heritu* idem significat, quod *etsi nec serviliter*, *subator sent* autem *submissi sunt*, sicut *porsei subra screhitor sent* VI, b, 15. *quemadmodum supra scripti sunt* (ritus). Ii vero, qui sine servili animo submissi sive, si participium pluralis numeri a verbo supra explicato *suboco* derivandum est, supplicantes dicuntur, sunt cives Iguvinae urbis, *dersecor* h. e. dediticii vocati. Quia enim Umbri *dirso* pro *dico* dicebant, *dersecor* addictos et devotos designasse videtur; *arsmor* vero sunt *ἄρθμιοι* sive *οἱ κατὰ φιλίαν ἡρμοσμένοι* cives: quod quidem magis apparebit, quum postremum nostrarum precum versum explicabimus.

15. In precibus nostris tres periodos videmus per conjunctionem *pers(e)i* constructas, ante quas singulas repetitur numinis invocatio. Prima periodus ab apodosi *orer ose* incipiens ex iis, quae modo exposui, facile intelligitur; multo obscuriores sunt, quae sequuntur. *T(o)uer pe(r)scler* quidem dativos esse pluralis numeri pro *tuis lustrationibus*, vix potest in dubium vocari; sed e reliquis pleraque nonnisi hariolando assequi mihi licuit. *Vasetom est* Umbrice dictum esse pro *vacatum est*, inde conjeci, quod IV, a, 8. *αντερ Fακαξε Fαζετυμισε* pro *ander vacose vasetome fust* VI, a, 47. scriptum legitur. Hinc *pesetom est* pro *pausatum* sive *cessatum est* positum videri potest, quia valde sollensis est verborum idem fere significantium cumulatio: id quod non solum Fetialis formula apud Livium I, 32. coll. Gell. XVI, 4., sed multae aliae docent. Quemadmodum enim apud Livium legimus *censuit*, *consensit*, *conscivit*; sic apud Varronem L. L. VII, 8. in augurali formula *conregione*, *conspicione*, *cortumione*. *Peretom est*, si refertur ad *frosetom est*, *daetom est*, quae Graecis verbis *φραστόν* et *δαητόν* respondere videntur, *(com)pertum* est significat, sed *paratum est*, si ad verborum contextum respicimus. *Virseto*, *avirseto*, si ex formula *arse verse* (incendium verte s. verrunca) recte conjicitur, Umbros *verser* dixisse pro *vertere* s. *verruncare*, supina quasi hujus verbi sunt cum *vas* s. *fas* construenda, quia substantivorum ablativi, ut *esu sorsu persondru pihaclu*, non in *o*, sed in *u* exire solent. Nam *a(r)smo*, *v(e)iro*, *pequo*, *castruo* in versu extremo pro *arsmof*, *veirof*, *pequof*, *castruof* scriptum esse, non solum ex antecedente *nerf* et insequente *fri*, pro quo *frif* legitur VI, b, 52. a, 3. et VII, a, 30., sed etiam e *καστρυFυ* III, a, 20. 22. pro *καστρυFυφ* III, a, 13. 18. cognoscitur: sunt autem ablativi pluralis numeri, per praepositionem *a* s. *de* explicandi.

16. Ad ablativos hos interpretandos ab extremo *fri* s. *frif* initium facere liceat, qui, sicut *si* s. *sif* pro *suibus*, pro *frugibus* positus esse videtur. Frugibus ruri nascentibus opponuntur *castrua* s. moenia urbis, quemadmodum *pequof* s. pecubus *viri* s. pastores secundum eas preces, quas supra e Catone R. R. 141. protuli, atque *arsmof* s. civibus

neres s. magistratus. *Castruum* a *casa* s. aedificio derivatum, sicut *menstruum* apud Romanos a *mense*, domicilium quoque designare potuit; *nerf* vero ablativum singularis esse nominis *ner*, hi loci inter se comparati docent:

VI, a, 59 sq. VII, a, 48. *nerf*, 'sihitu, an'sihitu; *Jovie*, hostatu, an(h)ostatu.

VI, a, 62. VII, a, 50. *nerus*, 'sihitir, an'sihitir; *Jovies*, hostatir, an(h)ostatir.

Nero quidem, teste Gellio XIII, 22. et Suetonio Tib. I. a Sabinis appellatus est vir fortis ac strenuus, qui erat egregia atque praestanti fortitudine, atque Glossarium e Casauboni annotatione ad Suetonium exhibet: *Nero*, *ἀνδρεῖος*, quemadmodum Laurentius Lydus de magistr. I, 23. p. 44. *Νέρων ὁ ἰσχυρός, τῇ Σαβίνων φωνῇ*, qui etiam de mensibus IV, 42. scripsit: *Νερήνη γὰρ ἡ ἀνδρία ἐστί, καὶ Νέρωνας τοὺς ἀνδρείους οἱ Σαβῖνοι καλοῦσιν.* Plautus Umber vero Martis uxorem Trucul. II, 6, 34. *Nerienem* vocat, quae alias quoque *Neria* dicitur, sicut *Nerius* fenerator quidam audit apud Horatium S. II, 3, 69. coll. Schol. ad Epist. II, 2, 209., atque Gellius de ea: „*Nerio*, inquit, Sabinum verbum est, eoque signi„ficatur virtus et fortitudo.“ Hinc Lassenius Umbricam vocem *nerf* cum Sanscrito nomine *nara*, et Persico *ner*, comparavit, quod virum fortem significat. „Sed id, inquit „Gellius, Sabini accepisse a Graecis videntur, qui vincula et firmamenta membrorum *νεῦρα* „dicunt: unde nos quoque Latine *nervos* appellamus.“ Sane si *Nervae* quoque cognomen ab eadem radice deducendum est, *nerf* et *arsmo* Umbri eodem modo conjunxisse videntur, quo Q. Cicero de petit. consul. c. 10. *nervos* atque *artus* conjunxit, nervum autem gerundarum dixisse magistratum, quemadmodum Menenius Agrippa apud Livium II, 32. Romanorum Patres plebemque cum ventre membrisque comparavit.

17. Quid sub *sorsu persondru* s. sociali purgamine intelligendum sit, in secundae particulae sectione 25. jam exposui; *pihaclum* vero piaculum esse, non est, quod pluribus probem. Hoc nomen, sicut *pir* s. *pis* pro piamine, derivatur a verbo *piar* s. expiare, cujus imperativus duplex est, vel simplex *pihatu*, vel compositum *pihaf(e)i* h. e. fac, ut pietur: *fi* s. *fei* enim pro *fac* dixisse videntur Umbri, quemadmodum *fetu* s. *feitu* pro *facito*, quod nisi factum esset, *pihafi* positum esset pro *pians fi*. Si vero *ocre(m) Fisi(m)*, *tota(m) I(j)ovina(m)* accusativi casus sunt a *pihatu* dependentes, etiam *nome* accusativus est, unde dependent genitivi *ocrer Fisier*, *totar I(j)ovinar* pro *ocris Fisii* et *totae Iguvinae*: nam *totae* pro *totius* Romani dicebant antiquitus, vid. Priscian. ed. Putsch. pag. 678. et 717. Charis. pag. 132 sq. Caecilius utramque formam sic conjunxerat: „*Nullius aliae* rei, „nisi amicitiae causa“, unde idem locus corrigendus est pag. 694., ubi *ipsi* quoque pro *ipsius* scripsisse dicitur Afranius in Homine: „*Ipsi* me velle véstimenta dícito.“ Ne vero veterrimos modo Romanos sic locutos esse putemus, praeter Plautum Mil. glor. III, 1, 207. „Quí nisi adulterió studiosus reí *nullae aliae* est, ímprobus“ (cf. Fest. s. v. *aliae rei*); Rud. III. 4, 45. „Námque huic *alterae* quae patria sít, profecto néscio“; Truçul. II, 37 sq.

„Quasi vero córpori relíqueris Tuó potestatém coloris *úlli* capiendí, mala"; atque Terentium Eunuch. V, 6, 3. „Mihí *solae* ridículo fuit, quae, quíd timeret, sciébam"; Heaut. II, 3, 30 sq. „Hoc ípsa in itinere *álterae* Dum nárrat, forte audívi"; Andr. III, 5, 2 sq. „Tam „inérs, tam *nulli* cónsili sum"; cum Lucretio III, 931. „Aút *aliae* cujús desíderium ínsi„deát rei", proferam Varronem R. R. I, 2, 19. „Institutum diversa de causa, ut ex caprino „genere ad *alii* dei aram hostia adduceretur, ad *alii* non sacrificaretur"; Columellam V, 11, 10. „Aptato ita, ut *alterae* delibratae parti conveniat"; Nepotem Eum. 1. sub fin. „Praefuit etiam *alterae* equitum alae"; atque Livium XXIV, 27. sub fin. „*aliae* partis". Cf. Caes. B. G. V, 27. ex edit. Oud.

18. Ipse Cicero pro M. Tullio secundum Priscianum scripsit: „Hoc judicium sic „exspectatur, ut non *unae* rei statui, sed omnibus constitui putetur"; idemque ad Herennium IV, 48. extr. „Non res *totae* rei necesse est similis sit". Hic in nostris quidem editionibus *toti* legitur, sed de divin. II, 13. „*Aliae* pecudis jecur nitidum atque planum „est, *aliae* horridum et exile". Quemadmodum Paulus Diac. ex Festo excerpsit: „*Alimodi* „pro *aliusmodi*; sic Cicero dixit *cuimodi* et *cuicuimodi*, Cato vero, qui in primo Originum scripserat: „De omni Tusculana civitate *soli* Luci Manili beneficium gratum fuit", et in secunda: „Qui tantisper *nullae* rei sies, dum nil agas", etiam *illimodi* et *istimodi* apud Priscian. pag. 694. Itaque non mirandum est, quod Umbri *erer* et *erar* quoque pro masculino et feminino *ejus* dixerint. In dativo contra Umbris per tria genera *ere* dicendum fuisse, ex eo colligitur, quod dativus singularis numeri, per omnia trium primarum declinationum genera in *e* exit, ut *pople* (populo), *tote Ijovine* (toti Iguvinae), *nomne* (nomini). Legimus enim VII, a, 13 sq.

Prestota Serfia Serfer Martier! futu fons pacer pase tua
Prestota Serfia Serfi Martii! esto volens propitia pace tua
pople totar Ijovinar, tote Ijovine, erom nomne, erar nomne.
populo totius Iguvinae, toti Iguvinae, eorum nomini, ejus nomini.

eodemque modo VI, b, 30. 40. 50. VI, a, 11 sq. 32 sq.

Futu fo(n)s pacer pase tua ocre Fisi(e), tote Ijovine, erer nomne, erar nomne.

Esto volens propitius pace tua monti Fisio, toti Iguvinae, illius nomini, hujus nomini. Quemadmodum in his *erer* ad montem Fisium refertur, sic in illis *erom* ad populum tanquam hominum multitudinem: nam genitivus pluralis *erom* pro singulari *erer* est positus. Ceterum Umbricam linguam Latinae in eo respondisse, quod neutrum genus praeter tres similes inter se casus, qui in plurali numero in *a* vel *e* exeunt, eodem modo, quo masculinum, flectitur, finis precum nunc exponendus docet.

19. Primum hae tres preces inter se comparentur:

VI, b, 31. 40 sq. 50 sq. *Di Grabovie! salvo seritu ocre(m) Fisi(m), salva(m) seritu tota(m) Ijovina(m).*
VI, a, 12. *Fisovie San`sie! salvo seritu ocrem Fisi, totam Iovinam.*
VI, a, 33. *Tefre Jovie! salvo seritu ocre Fisi, totam Ijovinam.*
N. N. salvum servato montem Fisium, (salvam servato) totam Iguvinam.

VI, b, 31 sq. 41 sq. 51 sq. *Di Grabovie! salv(v)o(m) seritu ocrer Fisier, totar Ijovinar nome.*
VI, a, 12 sq. *Fisovie San`sie! salvo seritu ocrer Fisier, totar Iovinar nome.*
VI, a, 33 sq. *Tefre Jovie! salvom seritu ocrer Fisier, totar Iovinar nome.*
N. N. salvum servato montis Fisii, totius Iguvinae nomen.

VI, b, 32 sq. 42. 52. *nerf, arsmo, v(e)iro, pequo, castruo, fri(f), salv(v)a seritu.*
VI, a, 13. *nerf, arsmo, viro, pequo, castruo, frif, salva seritu.*
VI, a, 34. *nerf, arsmo, viro, pequo, castruo, fri, salva seritu.*
(de) magistratu, civibus, viris, pecubus, moenibus, frugibus, salva servato.

VI,b, 33. 42 sq. 52 sq. *Futu fo(n)s pacer pase tu(v)a ocre Fisi, tote I(j)ovine, erer nomne, erar nomne.*
VI, a, 13 sq. *Futu fons pacer pase tua ocre Fisi, tote Ijovine, erer nomne, erar nomne.*
VI, a, 34 sq. *Futu fons pacer pase tua ocre Fisi, tote Ijovine, erer nomne, erar nomne.*
Esto volens propitius pace tua monti Fisio, toti Iguvinae, illius nomini, hujus nomini.

VI, b, 33 sq. 43. 53. *Di Grabovie! tio(m) es(s)u bue peracri pihaclu (etru, tertiu)!*
VI, a, 14. *Fisovie San`sie! tiom esa mefa spefa Fisovina!*
VI, a, 35. *Tefre Ijovie! tiom esu sorsu persondru Tefrali pihaclu!*
N. N. tibi hoc bove sacri (hac maza spissa, hoc sociali purgamine) piaculo!

VI, b, 34. 43 sq. 53 sq. *ocriper Fis(s)iu, totaper I(j)ovina, erer nomneper, erar nomneper.*
VI, a, 14 sq. *ocriper Fisiu, totaper Ijovina, erer nomneper, erar nomneper.*
VI, a, 35 sq. *ocriper Fisiu, totaper Ijovina, erer nomneper, erar nomneper.*
pro monte Fisio, pro tota Iguvina, pro illius nomine, pro hujus nomine.

VI, b, 34. 44. 55. *Di Grabovie! tio(m) subocav.*
VI, a, 15. *Fisovie San`sie! tiom subocav.*
VI, a, 36. *Tefre Jovie! tiom subocav.*
N. N. tibi supplicavi.

20. Iisdem haec respondent:

VII, a, 15. 28 sq. *Prestota `Serfia `Serfer Martier! salvom seritu poplo(m) totar Ijovinar!*
Prestota `Serfia `Serfi Martii! salvum servato populum totius Iguvinae!

VII, a, 15 sq. 29 sq. *salva seritu(u) totam Ijovinam! Prestota `Serfia `Serfer Martier!*
salvam servato totam Iguvinam! Prestota `Serfia `Serfi Martii!

VII, a, 16 sq. 30. *salvo(m) seritu popler totar Ijovinar, totar Ijovinar nome!*
salvum servato populi totius Iguvinae, totius Iguvinae nomen!

VII, a, 17. 30 sq. *nerf, arsmo, viro, pequo, castruo, frif, salva seritu!*

(de) magistratu, civibus, viris, pecubus, moenibus, frugibus, salva servato!

VII, a, 17 sq. 31. *Futu fons pacer pase tua pople totar Ijovinar, tote Ijovine, erer nomne, erar nomne.*

Esto volens propitia pace tua populo totius Iguvinae, toti Iguvinae, illius nomini, hujus nomini.

VII, a, 18. 31 sq. *Prestota 'Serfia 'Serfer Martier! tiom esir vesclir adrer (alfer),*

Prestota 'Serfia 'Serfi Martii! tibi his vasculis atris (albis),

VII, a, 18 sq. 32 sq. *popluper totar Ijovinar, totaper Ijovina, erer nomneper, erar nomneper.*

pro populo totius Iguvinae, pro tota Iguvina, pro illius nomine, pro hujus nomine.

VII, a, 19 sq. 33. *Prestota 'Serfia 'Serfer Martier! tiom subocavv!*

Prestota 'Serfia 'Serfi Martii! tibi supplicavi!

Quemadmodum vero VI, a, 15. additur *Fisovie! frite tiom subocav*, h. e. Fisovie! fiducia tibi supplicavi; sic VII, a, 20. et 33 sq. addita leguntur haec:

Prestotar 'Serfiar 'Serfer Martier foner frite tiom subocavv.

Prestotae 'Serfiae 'Serfi Martii volentis fiducia tibi supplicavi.

Tum post verba *ennom persclu eso deitu s. persnimu*, h. e. deinde lustratione hoc dicito s. precator, quibuscum comparanda sunt, quae Cato R. R. 141. exhibet: *vino praefamino, sic dicito*, quatuor extremi versus sic repetuntur:

VII, a, 21. 34. *Prestota 'Serfia 'Serfer Martier! tiom isir vesclir adrir (alfer), tiom plener!*

VII, a, 21 sq. 35. *popluper totar Ijovinar, totaper Ijovina, erer nomneper, erar nomneper!*

VII, a, 22. 35 sq. *Prestota 'Serfia 'Serfer Martier! tiom subocavv.*

VII, a, 22 sq. 36. *Prestotar 'Serfiar 'Serfer Martier foner frite tiom subocavv.*

Addita igitur sunt verba ad *vesclir s. vasculis* relata *tiom plener s. tibi plenis.*

21. In postremis contra precibus ad Jovem Grabovium factis VI, b, 54 sq. inserta sunt haec:

Di Grabovie! tio comohota tribrisine buo peracnio pihaclo
ocriper Fisiu, totaper Ijovina, erer nomneper, erar nomneper.

Haec ut intelligantur, monendum est, verbis *comohota tribrisine* commactationem triplicem boum sacrium piaculorum indicari, *buo peracnio pihaclo* igitur scriptum esse pro *buom peracniom pihaclom*, sicut *tio* pro *tiom:* esse autem *comohota tribrisine* ablativos singularis numeri instrumentales, sicut *es(s)u bue peracri pihaclu* VI, b, 33 sq. 43. 53; *buom peracniom pihaclom* contra genitivos pluralis numeri, sicut *ero s. erom* VII, a, 13 sq. Quemadmodum igitur Latini inter ablativos singularis numeri *bove sacri piaculo* et genitivos pluralis *boum sacrium piaculûm* antiquitus distinxerunt, sic Umbri inter ablativos singularis *bue peracri pihaclu* et genitivos pluralis *buo(m) perącnio(m) pihaclo(m):* in ablativo enim Umbros *u* pro *o* scripsisse, supra §. 15. jam monui. In plurali quidem numero *arsmo, viro, pequo, castruo*, scriptum legimus; sed in his ablativis litera finalis *f* abjecta est, quia VII, a, 3. *abrof* pro

abrons s. *aprugnis* VII, a, 43. scriptum legitur. Etiam feminina nomina, ut *arvio* et *vatuo* pro *arvia* et *vatue*, in *o* exire, in secunda particula §. 23. jam probavi, unde *verofe treblano* VI, a, 47. eodem genere positum videtur. Sed si qua masculina vel neutra in *o* exeunt, ut *persclo* VI, b, 1., proprie *om* vel *ome* scribendum fuit. Sic etiam supina *virseto*, *avirseto* supra in *o* exeuntia vidimus, etsi infra ablativos *tursitu*, *tremitu*, *hondu holtu*, *ninctu*, *nepitu*, *sonitu*, *savitu*, *praeplo(ho)tatu*, *previ(s)latu*, legemus: nam apud Latinos quoque pariter *ita facto opus est*, ac *si hoc fas est dictu* dicebatur. Omnino autem Umbri in fine verborum *u* pro Latino *o*, *o* contra pro Latino *u* posuisse videntur: sic enim supra *eso deitu* pro *illud dicito*, sed *esu pihaclu* pro *illo piaculo* legimus.

22. Etiam ablativi cum praepositionibus *co(m)* et *pe(r)* compositi, praeter adverbium alio modo natum *trioper* pro *ter*, semper in *u*, nunquam in *o* exeunt; *ennom* vero Umbri in casu locali pro *ennome* s. *enome*, *ινȣμεκ*, dicebant ab illo pronomine, unde Latinorum *enim* pro *nam*, *namque*, *nempe*, derivandum est. Haec enim adverbia, ut nostrum *denn*, proprie *secundum eam rationem* significantia, accusativos esse pronominum, sicut Graecorum *νιν*, nemo amplius erit, qui dubitet. Sic Umbris tria fuerunt pronomina *enur*, *erur*, *esur*, unde adverbia illa nata sunt, quae in secunda hujus operis particula §. 4. recensui. Ceterum Umbros, praeterquam quod literam *m* finalem abjicere solebant, Romanis similiter declinavisse accusativos, illae docent enuntiationes, in quibus *seritu* pro *servato* ab ἐρύω positum est:

VII, a, 15. 29. *salvom* seritu *poplo(m)* totar Ijovinar.

VII, a, 15 sq. 29. *salva(m)* seritu *totam Ijovinam*.

VII, a, 16 sq. 30. *salvo(m)* seritu popler totar Ijovinar, totar Ijovinar *nome*.

VII, a, 17. 31. *salva* seritu (in neutro pluralis numeri genere).

In nomine *salvvom* VI, b, 41. duae consonantes *vv* conjunctae sunt, ut duae *ss* in *essu* VI, b, 43. et duae vocales *uu* in *serituu* VII, a, 15; *καστρȣFȣ* contra III, a, 20. 22. scriptum est pro *castruo*, ne duae *ȣȣ* conjungerentur, quarum altera *u*, altera *o* pronuntianda esset, quemadmodum apud Romanos, qui, quum *salvom* scribebant, nihilo minus *salvum* pronuntiabant, *quoius* pro *cujus* et *quoi* pro *cui* scribebatur, ne duae *vv* conjungerentur, quarum altera consonans, altera vocalis esset: Umbros vero *salvom* quidem scripsisse, sed *salvum* pronuntiasse, non est credibile. Etsi enim Tuscorum literis, quia litera *o* carebant, *σαλFȣμ* scribendum erat, *salvom* tamen pronuntiatum esse videtur. Hinc ex Latinis solis, non e Tuscis literis disci potest, quomodo Umbri vocalium *o* et *u* distinxerint usum.

23. Umbros in quarta quoque declinatione *o* pro *u* dixisse, nomen *trifor* pro *tribu* docet in precibus ad *Prestotam 'Serfiam 'Serfer Martier* in duplici sacrificio sic praescriptis:

VII, a, 9 sq. *Prestota 'Serfia 'Serfer Martier! tiom esir vesclir adrir,*
VII, a, 25 sq. *Prestota 'Serfia 'Serfer Martier! tiom esir vesclir altir,*
Prestota 'Serfia 'Serfi Martii! tibi his vasculis atris (albis),
VII, a, 10 sq. *popluper totar Ijovinar, totaper Ijovina, erer nomneper, erar nomneper.*
VII, a, 26. *popluper totar Ijovinar, totaper Ijovina, erer nomneper, erar nomneper.*
pro populo totius Iguvinae, pro tota Iguvina, pro illius nomine, pro hujus nomine.
VII, a, 11. *Prestota 'Serfia 'Serfer Martier! prevendu via, ecla atero,*
VII, a, 26 sq. *Prestota 'Serfia 'Serfer Martier! ahavendu via, ecla atero,*
Prestota 'Serfia 'Serfi Martii! subvenito bene, extra perniciem,
VII, a, 11 sq. *tote Tarsinate trifo, Tarsinate, Tursce, Naharce, Jabusce nomne;*
VII, a, 27. *pople totar Ijovinar, tote Ijovine;*
toti Tadinati tribui, Tadinati, Tuderti, Naharti, Japygico nomini;
(populo totius Iguvinae, toti Iguvinae);
VII, a, 12. *totar Tarsinater trifor, Tursinater, Tuscer, Naharcer, Jabuscer nomner*
VII, a, 27 sq. *popler totar Ijovinar, totar Ijovinar*
totius Tadinatis tribus, Tadinatis, Tudertis, Nahartis, Japygici nominis
(populi totius Iguvinae, totius Iguvinae)
VII, a, 13. *nerus, sitir, an'sihitir; Jovies, hostatir, anostatir, ero nomne.*
VII, a, 28. *nerus, 'sihitir, an'sihitir; Jovies, hostatir, anhostatir, ero nomne, erar nomne.*
magistratibus, vocatis, non vocatis; nobilibus, hostiatis, non hostiatis, eorum nomini, ejus nomini.

Hic sacra cum vasculis atris pro tota Tadinate tribu, sacra vero cum vasculis albis pro populo totius Iguvinae fieri, non est, quod pluribus verbis evincam; sunt autem praeter extremum versum illa potissimum explicanda, in quibus idem verbum *vendu*, h. e. *venito*, cum variis praepositionibus *pre* et *aha* compositum est.

24. Quum imperativis *prevendu* et *ahavendu* idem significari videatur, quod apud Romanos *subvenito* et *supervenito* dicitur; equidem Graecorum verba *περιβαίνω* et *ἀμφιβαίνω* comparans praepositiones *pre* et *aha* easdem esse puto, quae Graecorum *περί* et *ἀμφί*, adverbium *via* sive *Feα* IV, a, 14. autem idem quod *εὖ* sive *bene* a verbo *beo* derivatum. Sic enim apud Arnobium adv. gent. IV. legimus: „Flora, illa genitrix et sancta, — *bene* curat, ut arva florescant"; atque *εὖ* etiam apud Sophoclem in Oed. Col. 638. verbo postponitur: *Ω Ζεῦ, διδοίης τοῖσι τοιούτοισιν εὖ.* Porro si Umbri *ecla* pro *extra* dicebant, *ecla atero* explicandum videtur *ἔξω ἀτηροῦ* sive *extra perniciem;* hanc autem esse vim tempestatis calamitosae, quam Graeci *τὴν θεόφιν* sive *θεοῦ βίαν* appellabant, *coeli vim majorem* Columella I, 7, 1. *vim divinam* Ulpianus pluribus locis, infra videbimus. „Ante omnia „autem, scripsit Plinius H. N. XVIII, 69, 1. (28, 40), duo genera esse coelestis injuriae „meminisse debemus. Unum, quod tempestates vocamus, in quibus grandines, procellae,

„ceteraque similia intelliguntur: quae quum acciderint, *vis major* appellatur. — Alia sunt „illa, quae silente coelo serenisque noctibus fiunt, nullo sentiente, nisi quum facta sunt: „publica haec et magnae differentiae a prioribus, aliis rubiginem, aliis uredinem, aliis „carbunculum appellantibus, omnibus vero sterilitatem". Calamitosam grandinem, ut ceteras tempestates, a daemonibus immitti, scripsit Theophrastus Caus. V, 9. Ejusmodi daemones apud Umbros fuerunt 'Serfus Martius, Prestota 'Serfia 'Serfi Martii, Tursa 'Serfia 'Serfi Martii, et Tursa Jovia, ad quos illae preces fiunt, quae nunc interpretandae nobis restant. Ad has autem preces explicandas eo magis jam nunc aggredior, quod non solum iisdem verbis finiuntur, quae in superioribus precibus nondum illustravi, sed similia etiam continent, quorum comparatione lux quaedam aspergitur obscuris, quae sunt intellectu difficilia.

25. Preces, quae adhuc interpretandae restant, si invocationem *'Serfe Martie! Prestota 'Serfia 'Serfer Martier! Tursa 'Serfia 'Serfer Martier!* trium nominum designatione NN. NN. NN. indicare licet, sic sibi respondent:

VI,a,57sq. *NN. NN. NN. totam Tarsinatem trifo, Tarsinatem, Tuscom, Naharcom, Jabuscom nome;*
VII, a, 47. *Tursa Jovia! totam Tarsinatem trifo, Tarsinatem, Tuscom, Naharcom, Japusco nome;*
NN. NN. NN. (NN). tota Tadinate tribu, Tadinate, Tuderte, Naharte, Japygico nomine;
VI, a, 59. *totar Tarsinater trifor, Tarsinater, Tuscer, Naharcer, Jabuscer nomner*
VII, a, 47 sq. *totar Tarsinater trifor, Tarsinater, Tuscer, Naharcer, Japuscer nomner*
totius Tadinatis tribus, Tadinatis, Tudertis, Nahartis, Japygici nominis
VI, a, 59 sq. *nerf, 'sihitu, an'sihitu; Jovie, hostatu, anhostatu:*
VII, a, 48. *nerf, 'sihitu, an'sihitu; Jovie, hostatu, anostatu:*
magistratui, vocato, non vocato; nobili, hostiato, non hostiato, (caveto s. cavetote)
VI, a, 60. *tursitu, tremitu, hondu holtu, ninctu, nepitu, sonitu, savitu, preplotatu, previlatu.*
VII, a, 49. *tursitu, tremitu, hondu holtu, ninctu, nepitu, sunitu, savitu, preplohotatu, previ'slatu.*
(ab) incendio, terrae motu, sideratione, ninctu, grandine, tonitru, fulmine, profluvio, turbine.
VI, a, 61 sq. *NN. NN. NN. fututo foner, pacrer pase vestra, pople totar Ijovinar, tote Ijovine:*
VII, a, 49 sq. *Tursa Jovia! futu fons, pacer pase tua, pople totar Iovinar, tote Iovine:*
NN. NN. NN. (NN). estote volentes, propitii pace vestra, populo totius Iguvinae, toti Iguvinae:
VI, a, 62. *ero nerus, 'sihitir, an'sihitir; Jovies, hostatir, anostatir, ero nomne, erar nomne.*
VII, a, 50 sq. *erar nerus, 'sihitir, an'sihitir; Jovies, hostatir, anhostatir, erom nomne, erar nomne.*
eorum (ejus) magistratibus, vocatis, non vocatis; nobilibus, hostiatis, non hostiatis, eorum nomini, ejus nomini.

In his, etsi multa obscura sunt, agnoscitur tamen haec numerorum differentia:

Sing. *Futu fons, pacer* pase *tua* — *erar* nerus cet.
Plur. *Fututo foner, pacrer* pase *vestra* — *ero* nerus cet.

Sing. *nerf*, *'sihitu*, *an'sihitu*; *Jovie*, *hostatu*, *anhostatu*.
Plur. *nerus*, *'sihitir*, *an'sihitir*; *Jovies*, *hostatir*, *anhostatir*.

26. Hic singularis *futu fons*, *pacer pase tua* ad unam Tursam Joviam, pluralis vero *fututo foner*, *pacrer pase vestra* ad tria nomina simul respicit. Idem tamen de genitivis *erar* et *ero* dici nequit; sed e postremis precum verbis *ero(m) nomne*, *erar nomne*, cognoscitur, pluralem *ero(m)* ad collectivum *pople totar I(j)ovinar*, singularem vero *erar* ad dativum *tote I(j)ovine* referendum esse. Notandum autem, quod eadem nomina, quae populo totius Iguvinae in plurali numero (*nerus* et *Jovies*) apponuntur, toti Tadinati tribui in singulari (*nerf* et *Jovie*) apposita sint. Ex his nominibus *nerf* jam supra in ablativo casu pro *magistratu* positum vidimus; *nerus* tamen dativum pluralis esse, ea, quae antecedunt, evincunt. *Jovie* quidem, si cum *pople* comparatur, in dativo casu positum esse videtur, quemadmodum *Jovies* in plurali numero; at quum appósita nomina *hostatu*, *an(h)ostatu*, in ablativo casu posita sint, *Jovie* pro *Jovieme* in casu locali scriptum puto, quemadmodum antecedentia nomina *totam Tarsinatem trifo* cet. Cur illa nomina in casu locali vel ablativo posita sint, equidem dicere nescio, quia verbum omissum est, unde nomina dependeant; sed ne in accusativo casu posita putes, quum VI, b, 46. *toteme Iovinem* in casu locali scriptum legatur, monendum est, quod *Tarsinatem nome*, ut *Ταρινατε νεμεμ* IV, a, 17., in neutro genere nonnisi pro casu locali haberi possit. Equidem quum imperativos *caveto* vel *cavetote* supplerem, non potui quin dativos pro *nerf* et *Jovie* redderem; sed nomina apposita *'sihitu*, *an'sihitu*, et *hostatu*, *an(h)ostatu* in ablativo casu posita puto, quae ne pro imperativis habeantur, prohibent pluralis numeri formae *'sihitir*, *an'sihitir*, et *hostatir*, *an(h)ostatir*. Dubitari praeterea nequit, *an* Umbricum fuisse *α* privativum, quum *an* sit Latinorum *in*, sicut *ander* in Iguvinis tabulis pro *inter* legitur.

27. *Jovios* equidem a Jove, quemadmodum Graecorum *δίους* a *Διὸς* nomine, appellatos puto, atque nobiles sive proceres interpretor, a magistratibus (*nerus*) sive potestate aliqua praeditis sejunctos. Sed quid sibi velint apposita illis participialia, definiri vix potest, nisi simul pro praesentibus et absentibus preces fieri censeamus. Donec igitur melius quid reperiatur, *'sihitos* citos sive vocatos, *hostatos* vero hostiatos intelligo, quemadmodum *an'sihitos* et *anhostatos* eos, qui hostiis caesis non affuerunt. A participialibus istis differunt ablativi nominum calamitates significantium, in quibus §. 10. extr. alliterationem notavimus. Ex ablativis illis, quos jam in superiore particula §. 28. interpretari conatus sum, *tursitum* incendium designare, ex iis, quae de Tursarum nomine monui, facile intelligitur; nam ne *tursitum* solis torrorem interpreter, sicut *tremitum* tremorem sive terrae motum, prohibet *hondu holtu*, quo in superiore particula §. 15. *ἡλίωσιν* sive siderationem significari dixi. *Ninctum* et *sonitum* pro nivibus et tonitru Romani quoque dixerunt, quibus ob alliterationem quaesitam nimbi et fulmina sub *νιφετῶ* (*nepitu*) et

saevitus (*savitu*) nominibus addita videntur, cf. Lucret. VI, 280 sqq. Sic Romani *tempestatis* nomine de coeli statu turbato utebantur, ut Cic. Phil. V, 6. Virg. A. V, 694; maxime vero Iguvinis tabulis respondent ea, quae apud Cicer. N. D. II, 5. leguntur: „quae „terreret animos fulminibus, tempestatibus, nimbis, nivibus, grandinibus, vastitate, pesti„lentia, terrae motibus et saepe fremitibus lapideisque imbribus et guttis imbrium quasi „cruentis", cet. An voce *preplo(ho)tatu* pluviosa hiems vel profluvium aquarum, et *previ(`s)latu* procella aut proflatus turbinum designetur, alii dijudicent, qui acutiori praediti sunt ingenio: *procellas* sane Plinius H. N. XVIII, 69, 1. (28, 40) ante alias nominat tempestates, quae si a *procellendo* dictae sunt, non valde differunt a *previ`slatu*, h. e. si *πρεFε* IV, b, 29. V, a, 9. idem significat, quod Graeca praepositio *πρό* vel Latina *prae* et Umbrica *pre*, unde III, a, 13 & 18. *πρεFεϱ, τεπλεϱ, τριπλεϱ,* sibi respondent, *praeclatu* s. *praecellatu*.

28. Etsi multa eorum, quae modo interpretari conatus sum, incerta manent, satis tamen ex illis intelligitur, qualis fuerit apud Umbros quamque varia nominum flexio, quae quidem, etsi in plurimis Graecis atque Latinis communis, in nonnullis tamen Umbris propria fuit. Substantivorum declinatio apud Umbros tam multiplex fuisse videtur, quam apud Romanos; sed quinta species a nobis omittenda est, quia nihil fere illius legitur, nisi ablativus simplex *ϱι* III, a, 4 sq. et compositus *reper* h. e. pro re VII, b, 2. Ne quartae quidem declinationes nomina tam multa sunt, ut flexiones omnes legantur, quia praeter pronomina personalia, de quibus perpauca modo occurrunt, omnia declinabilia, tam numeralia et pronomina, quam adjectiva et participia, nomina propria quoque, secundum tres priores modo declinationum species flectuntur. Unum nomen quartae declinationis *trifor* s. *tribus* per plures casus variatum legitur, quibuscum similiter flexa reliquarum declinationum nomina hic componere liceat.

	IV.	III.		II.		I.	
Nom.	*trifor.*	*nome.*	*ocar.*	*Fisiur.*	*poplur.*	*tota*	*Ijovina.*
Gen.	*trifor.*	*nomner.*	*ocrer.*	*Fisier.*	*popler.*	*totar*	*Ijovinar.*
Dat.	*trifo.*	*nomne.*	*ocre.*	*Fisi(e).*	*pople.*	*tote*	*Ijovine.*
Loc.	*trifo(m).*	*nome(m).*	*ocre(m).*	*Fisie(m).*	*poplo(m).*	*tote(me)*	*Ijovine(m).*
Acc.	*trifo(m).*	*nome.*	*ocre(m).*	*Fisi(m).*	*poplo(m).*	*tota(m)*	*Ijovina(m).*
Abl.	*τρεφιπεϱ.*	*nomneper.*	*ocr'iper.*	*Fisiu.*	*popluper.*	*totaper.*	*Ijovina.*
			ακρίπεϱ.	*Φισιυ.*	*πεπλυπεϱ.*	*τυταπεϱ*	*ΙυυFινα.*

Nominativus quartae declinationis nusquam legitur, atque etiam *nome* mihi propter tres similes neutrius generis casus ex accusativo haustum est; *ocar* vero VI, a, 46., sicut *ακαϱ* IV, a, 7., legitur. Reliquorum nominativorum exempla sunt *Frater Atiersiur* III, b, 11. et 16. s. *Φρατεϱ Ατιερσιυϱ* III, a, 1. et 14. et *asa deveia* VI, b, 9. In genitivo

etiam *τεταϛ IuaFeraϛ* IV, a, 2. et 5., in locali *totam Tarsinatem trifo* VI, a, 57 sq. s. *τεμα Ταρίναϛε τρίφε* IV, a, 16. legitur.

29. Plurimas flexionum varietates ostendit *ocar Fisiur*, cujus *genitivus* est vel *ocrer Fisier* VI, a, 13. vel *ocrer Fisie* VI, a, 10, *dativus* vel *ocre Fisi* VI, a, 10 sq. vel *ocre Fisei* VI, b, 23., localis vel *ocrem Fisiem* VI, b, 46. vel *ocre Fisie* VI, b, 26. 36., *accusativus* vel *ocrem Fisim* VI, b, 49. 51. vel *ocre Fisim* VI, b, 41. vel *ocrem Fisi* VI, a, 12. vel *ocre Fisi* VI, a, 31. 33. vel *ocre Fisiei* VI, b, 29. (ap. Grut. *Fisei*); *ablativus* vel *ocriper Fis(e)iu* VI, b, 43. vel *ocreper Fisiu* VI, b, 34 sq., *ehrípeř Fiseiu* IV, b, 5. 8. vel *ehrípe Fiseiu* IV, b, 12. Sic in plurali numero legitur *Φρατρεσπεř Atiesies, ahtespeř eikFasatis*, II, 23 sq. vel *Φρατρεσπε Atiesiu, ahtespeř eikFasatis* II, 28 sq., ut *tetape IuaFiva* II, 24. Ne quis miretur, quod *τρεφιπεř* ibidem scriptum legatur, etsi in calamitatibus supra recensitis *tursitu, tremitu, hondu holtu* cet. legimus, monendum est, ablativos omnium fere declinationum dupliciter scribi. Sic *mani* VI, a, 24. pro *manu*, ut *αρπατρατι Φρατρε Atiesiu* III, a, 12. pro *arbitratu* Fratrum Atiersiorum legitur. In quinta declinatione et *ři* et *reper* scribi, supra jam vidimus; de reliquarum quoque declinationum formis alibi sermo fuit, atque saepius etiam sermo erit: nunc ad pluralem numerum trium priorum declinationum (nam de ceteris nihil fere legitur nisi *πίνεFase(ϛ)* s. *prinuatur* et *prinuatir*) progredi liceat. Quia vero nullum nomen exstat, quod per omnes casus flectatur, paradigmata quaedam fingam exemplis probanda.

	III.	II.	I.
Nom.	*Φρατρεř.*	*Atiesiař.*	*ařnasiař.*
Gen.	*Φρατρε(μ).*	*Atiesie(μ).*	*ařnasiařε(μ).*
Dat.	*Φρατρες.*	*Atiesiař.*	*ařnasiař.*
Acc.	*Φρατρες.*	*Atiesiuϛ.*	*ařnasiaϛ.*
Abl.	*Φρατρεσπερ.*	*Atiesies.*	*ařnasies.*

Quibus accedunt casus instrumentales

τρε(φ)	*βερφ, σιφ.*	*Fitlaφ τερφφ.*	*Fitlaφ, πεřκα.*
buf	*tr(e)if, si(f).*	*vitlu*	*toru.*	*vitla, porca.*

30. Pro *Φρατρεř* III, a, 22., cui *foner, pacrer* VI, a, 61. respondent, *Φρατερ* *) exaratum est, pro *Atiesiař* vero Latinis literis *Atiersior* scribendum esset, sicut *serehitor* legitur VI, b, 15. et *arsmor dersecor subator* in precibus. Horum nominum genitivus *Φρατρε Atiesie* III, a, 12. cet. scriptum est *Fratrom Atiersio* VII, b, 1 sq., dativus vero *Fratrus Atiersier* VII, b, 1. et *Atiersir* VII, b, 3. III, b, 8. et 13 sq. Ablativum supra jam legi-

*) Sic etiam II, 4 sq. in genitivo singularis numeri *ařiες Fανις Φρατερ* pro plurali *ařιας πανιες Φρατρεμ* II, 10. legitur.

mus, sed accusativus nusquam legitur; exempla tamen accusativi sunt *aFες ανξαματες* IV, b, 1. et *aveis aseriater* VI, b, 1. Addita illis adjectiva *πεδναιες, πεσναες* ad primam declinationem, in qua saepius *e* pro *a* scribitur, referenda esse, ex *aFεφ* (*avif* VI, a, 48) *πεδναιαφ, πεστναιαφ* IV, a, 10 sq. intelligitur. Legitur autem *στδεϟζλας φικλας σεφαφιας* V, a, 41., ut in nominativo *anclar* VI, b, 16., in genitivo *σεστεντασιαδε εδνασιαδε* II, 2 sq. *μενξαδε ζεδσιαδε* V, a, 16. et *pracopracatarum* VI, b, 12. Dativum pluralis numeri a genitivo singularis vix discerni posse, in superiore particula §. 9. monui, ubi tamen *Sehmenier dequrier* tanquam genitivum, et *Σεμενιες τεκεδιες* V, b, 1. tanquam dativum interpretatus sum. Non minus facile permutantur accusativus et ablativus pluralis: quum enim IV, b, 2. accusativo *aFες* apponantur adjectiva *πεδναιες, πεσναες*, etiam praepositiones *πδε* et *πες* cum accusativis *Fεδες τδεπλανες, τεσενακες, Feϟιες*, constructae videri possent, etsi Latinis literis *ver(e)ir treblan(e)ir, tesenocir, vehier*, scriptum est, nisi eadem adjectiva ablativo *verisco* VI, b, 19 sqq. apposita legerentur.

31. Etsi *r* et *s* literae in fine nominum saepe permutantur, idem tamen non fit, ubi ablativo pluralis praepositio *co* subjungitur: hinc *τεδμνέσκε* IV, a, 19. pro singulari *termnuco* VI, a, 55., ut *εσενέσκε* III, a, 11. pro *esisco esoneir seveir* VI, b, 18., exaratum est. Sic *pesondrisco* VI, a, 40. legitur, quanquam *com prinuatir peracris sacris* VI, a, 56; eodemque modo supra *Φδατδεσπεδ Ατιεδιες, αϟτεσπεδ εικFασατις*, scriptum vidimus, quanquam *nerus, `sihitir, an`sihitir; Jovies, hostatir, anhostatir*, dativos in precibus, pro ablativis singularis *nerf, `sihitu, an`sihitu; Jovie, hostatu, anhostatu*. Nomen *nerf* quidem singulare exemplum esse videtur ablativi singularis numeri in *f* exeuntis: alias enim *fe* vel *φεμ* scribitur, ut *Fαπεφεμ αFιεχλεφε* IV, a, 14. pro *vapefe avieclu* VI, a, 51; sed si *Fεδεφε τδεπλανε* IV, a, 9. sive *verofe treblano* VI, a, 47. pro pluralis numeri forma *verisco treblanir* legitur, quidni nomina quaedam in *φ* sive *f* exeuntia, ut *σεδεφ* IV, b, 34. sive *sorso(f)* VI, a, 38. pro *σεδεμ* IV, b, 28. 31. sive *sorsom* VI, a, 24. et *σεδε* V, a, 8., ad singularem numerum referenda esse putemus? Revera *Trahaf Sahate* VII, a, 41. pro *Τδα Σατε* IV, a, 31. singularis est, ut *Traf Sahatam* et *Traha Sahata* VII, a, 39. *Traha Sahatam* VII, a, 44 sq. pro *Τδα Σαϟτα* et *Σαταμε* IV, a, 35. 38. Sic *nerf* in singulari numero poni potuit, etiamsi additi in precibus ablativi *arsmo, v(e)iro, pequo, castruo, fri(f)* ad pluralem numerum referendi videntur; cf. §. 15 sq. et 21. *Nerf* tamen in plurali quoque numero dici potuisse, nomen *τεφ* IV, a, 41. docet, quod, quum in loco simili VII, a, 46. *dur* legatur, pro *τεδφ* scriptum est, neque magis differt a *τεδες* IV, a, 20., quam numerale *τδεφ* a *τδες* II, 18. *Τεφ* etiam ablativum fuisse numeralis *τεFα* h. e. *duo*, e composito *desenduf* pro *duodecim* VII, b, 2. intelligitur: praeterea *τεφ* et *τδεφ* s. *τριφ* sibi respondebant, ut *τεFα* et *τριια* II, 32. 34. I, 2., *τεFες* et *τδις* II, 18 sq. E numeralibus cardinalibus nihil amplius legitur in Iguvinis tabulis.

32. Sunt autem duo prònomina demonstrativa *erur* et *esur*, cf. §. 8., quorum tam multae flexiones leguntur, ut eas cum adjectivo *totur* sic conjungere libeat, ut, quae in tabulis ipsis scriptae sint, mutatis typis distinguantur.

Singularis.

	Masculinum.			Femininum.			Neutrum.		
Nom.	totur,	erur,	esur.	tota,	era,	esa.	toto(m),	ero(m),	eso(m).
Gen.	toter,	*erer*,	eser.	*totar*,	*erar*,	esar.	toter,	erer,	eser.
Dat.	tote,	ere,	ese.	*tote*,	ere,	ese.	tote,	ere,	ese.
Loc.	toto(me),	ero(me),	*eso(me)*.	*tota(me)*,	era(me),	esa(me).	toto(me),	ero(me),	*eso(me)*.
Acc.	toto(m),	ero(m),	eso(m).	*tota(m)*,	era(m),	esa(m).	toto(m),	ero(m),	*eso(m)*.
Abl.	totu,	eru,	*esu*.	*tota*,	era,	*esa*.	totu,	eru,	*esu*.

Pluralis.

Nom.	totor,	eror,	esor.	totar,	erar,	esar.	tote,	ere,	ese.
Gen.	toto(m),	*ero(m)*,	eso(m).	totaru(m),	eraru(m),	esaru(m).	toto(m),	ero(m),	eso(m).
Dat.	toter,	erer,	eser.	toter,	erer,	eser.	toter,	erer,	eser.
Acc.	totos,	eros,	esos.	totas,	eras,	esas.	tote,	ere,	ese.
Abl.	totir,	erir,	esir.	toter,	erer,	eser.	totir,	erir,	*esir*.
Instr.	toto(f),	ero(f),	eso(f).	tota(f),	era(f),	esa(f).	toto(f),	ero(f),	*eso(f)*.

Nominativus singularis numeri nusquam quidem legitur, sed exempla ejus praeter nomina supra jam laudata sunt nomen masculinum *Claverniur* III, b, 8. et femininum *Θεια* III, a, 23. b, 1. Neutrius generis nominativus e verbis compositis, ut *screhto est* VII, b, 3. *vaseto(m) est* cet. cognoscitur; sed pro *esom* plerumque *eso* VI, a, 6. sive *εσθ* III, a, 14. vel *esoc* VI, a, 25. sive *εσεκ* III, a, 1. scribitur. In plurali numero *e* pro *a* scribendum putavi, quia VI, a, 62 sq. et VII, a, 51. *este* pro *ista* legitur, sicut *ιφε* V, b, 12. 13. s. *ife* VI, a, 39. 40., quanquam *τθFα τεφρα* V, a, 27. II, 32. 34. et *τρια τεφρα* II, 21, sicut *salva* VII, a, 17. 31., scriptum est. Reliquos casus neutrum genus sine dubio cum masculino communes habuit. Dativus per tria genera sibi similis fuisse videtur, etsi non negem, in plurali numero *ir* quoque pro *er* scribi potuisse: nam et in genitivo singularis *erir* VI, b, 31. pro *erer*, sicut in ablativo pluralis *isir* VII, a, 20. 34. pro *esir*, scriptum est. Ablativum singularis supra §. 8. *esu*, *esa*, *esu* cum composito *totaper* scriptum legimus; sed *εφε ρι* pro *ea re* III, a, 4. positum est, ut *tote(me) Iovinem* VI, b, 26. 36. 46., etsi *totam Tarsinatem trifo* VI, a, 58. sive *τθτα Ταρινατε τριφθ* IV, a, 16. legitur. Pro *esome esono* VI, a, 47. *εσθμεκ εσθνθ* IV, a, 8., sed I, 29 sq. *εσθκθ εσθνθ*, et V, a, 2. *εστε εσθνθ* scriptum est, atque *esme pople* VI, a, 55. post ablativum *esu poplu*, cui *esmei stahmei* VI, b, 5. 18. respondet. Pro *εθ ναρατε* V, b, 8. (cf. *eso naratu* VI, b, 22) plenius exaratum est *εθ εσθμ εσθ ναρατε* V, a, 2., cui *eo iso* VI, b, 28. respondet: ceterum pronominis sine consonante media

hae flexiones leguntur; *eam* VI, a, 16. 24. et *eaf* VII, a, 52. sive *eaφ* IV, a, 42. Instrumentalis *eaeφ* V, a, 40. legitur: *esisco* VI, b, 18. ante *esoneir seveir* scriptum esse, non magis est mirandum, quam *τετας* IV, a, 2. et 5. pro genitivo *totar*; sed legitur etiam *este esoso* VI, b, 56 sq., ut *este persclo* VI, b, 1. sive *εστε περσκλεμ* IV, b, 1., at *esto tudero* VI, b, 15. et 16., ut *eso tuderato* VI, b, 8. et *eso tremnu* VI, b, 2. 16. Maxime incertae autem sunt flexiones genitivi et accusativi pluralis numeri, quia exempla desunt idonea.

33. Quoniam ista pronomina primae secundaeque nominum declinationibus respondent, iis tertiae quoque declinationis adjectiva addere liceat, *fons*, *pacer* et *peracnis* s. *peracris*, cum aliis quibusdam vocabulis, quorum flexiones in tabulis Iguvinis leguntur.

Singularis.

Nom.	*fo(n)s*,	*pacer*,	peracnis s. peracris. Neutr. *verfale* VI, b, 8.
Gen.	*foner*,	pacrer,	peracner. cf. *ocrer peihaner* VI, b, 8. 19.
Dat.	fone,	pacre,	peracne. cf. *Fαφιανε* IV, b, 21. s. *Vofione* VI, a, 19. *σεFακνε* I, 23.
Loc.	fonem(e),	pacrem(e),	*peracnem*(e). cf. *ruseme* VII, a, 8. 23.
Acc.	fone(m),	pacre(m),	*peracne(m)*. cf. *σακρε*, *σεFακνε* V, a, 21. b, 8, 10. *σεFακνι*, 25 sqq.
Abl.	fone,	pacre,	*peracne* s. *peracr(e)i*. cf. *σακρε* II, 30. *πανε* s. *pone* IV, b, 9. VI, b, 19 cet.

Pluralis.

Nom.	*foner*,	*pacrer*,	peracner. Neutr. vid. accus.
Gen.	fonio(m),	pacrio(m),	*peracnio(m)*. cf. *σακρεε πεφακνεα* III, a, 6. et Instr.
Dat.	fonus,	pacrus,	peracnis. cf. *σεFακνις* I, 25. V, a, 36.
Acc.	fones,	pacres,	peracnes. Neutr. *σακρε σεFακνα* II, 22.
Abl.	fonus,	pacrus,	peracnis s. *peracris*. cf. *sacris* VI, a, 52. 56. *καρνας* I, 7.
Instr.	*fone(f)*,	pacre(f),	peracne(f). cf. *σακρεφ* IV, b, 19 sq. s. *sacra* VI, a, 18. *σεFακνεφ* I, 22.

Notandum *peracrio* VII, a, 51. pro *πεφακρε(φ)* IV, a, 40.

His adjungam flexiones quasdam nominum *bos*, *sus*, *ovis*:

Acc. sing.	*βεμ πεφακνε* V, a, 5. *σιμ* s. *σι πεφακνε σεFακνε* V, b, 1. 7 sq. *εFεμ σεFακνι* II, 26.
Abl. »	*bue peracr(e)i* VI, b, 25 cet. *εFε πεφακνεμ* V, a, 10. *σακρε εFεμ* II, 8 sqq. *εFεμ πεφαεμ* II, 31. *εFικεμ* II, 28.
Gen. plur.	*buo peracnio* VI, b, 54.
Abl. »	*βεφ* IV, b, 2. 11. 21. s. *buf* VI, b, 22. a, 1. 19. *αιφ* IV, b, 7. 15. s. *si(f)* VI, b, 58. a, 3. *εFεφ* IV, a, 1. s. *ovi* VI, a, 43.

De vocativo praeter ea, quae in precibus explicandis supra dicta sunt, nihil est, quod addatur: cetera notatu digna in sequenti videbimus particula.

Emendanda: Pag. 5, v. 7. a fine leg. subeco. — Pag. 13, v. 13. a fine vetir. — Pag. 21, v. 2. *alßr.* — Pag. 24, v. 19. *declinationis.*

RUDIMENTA
LINGUAE UMBRICAE

EX INSCRIPTIONIBUS ANTIQUIS ENODATA.

PARTICULA V.

QUARTAM IGUVINAM TABULAM EXPONENS.

SCRIPSIT

Dr. G. F. GROTEFEND
LYCEI HANNOVERANI DIRECTOR.

Est quadam prodire tenus, si non datur ultra. *Horat.*

HANNOVERAE MDCCCXXXVII.
IN LIBRARIA AULICA HAHNII.

Praefatio.

Peractis illis, quaecumque mihi praemittenda videbantur Iguvinarum tabularum interpretationibus, antiquissimam omnium, quartam scilicet tabulam, nunc exponere conor, quippe qua simul plurimas Umbricorum nominum verborumve, quae quidem ad nostram aetatem pervenerunt, flexiones discimus. Quo facilius autem omne illius tabulae argumentum perspiceretur, commentario, quo singula probarem, interlinearem versionem praemittendam putavi, singulisque sectionibus argumenta brevissimis verbis praescripsi. In versione vero ea verba potius elegi, quae Umbricis essent simillima, quam quae stilus bene Latinus posceret, quippe quum Umbrica illustrare mallem, quam bene Latine scribere. Nomina propria, quorum similia apud Romanos scriptores non leguntur, non mutata plerumque reddidi, et, ne, quod mihi ipsi placeret, alios quoque probare cogerem, ne *Fidium* quidem *Sancum* sive *Sancium*, quae nomina in inscriptionibus Romanis et Veronensibus leguntur, pro *Fiso San`sio* vel *Martem Gradivum* pro *Marte Grabovio* scribendum putavi. Quod si fecissem, etiam *arx Fidia* pro *monte Fisio*, et *Jupiter* vel *Faunus Gradivus* pro *Jove* vel *Vofione Grabovio* scribendum mihi fuisset, qui ne *Iguvinam* quidem *urbem* in *Iguvium* verti, ne nominis genus mutaretur, vel damnaretur aliorum sententia, qui in verbis

secundae tabulae

Φρατρȣσπε(ρ) Ατιιεριε(ς), αϝτισπερ εικϝασατις;
τȣταπε(ρ) Ιιȣϝινα, τρεφιπερ Ιιȣϝινα;

totam Iguvinam a *tribu Iguvina* non magis differre censeant, quam inclitos rerum sacrarum arbitros a Fratribus Atiersiis. Ne tamen versio mea eadem obscuritate laboraret, qua ipsum idioma Umbricum, mutavi interdum nomina, ut *Tadinatem* tribum pro *Tarsinate* dicerem, atque etiam *Fontinalia* et *Robigalia* sacra adoptarem, etsi haec mihi nondum magis probata sunt, quam *Sementiva*, quae pro *Traha Sahata* prius acceperam. Si qua verba communia mutanda videbantur, ea semper eligere studui, quorum vel flexio vel constructio tam similis esset Umbricis, ut vitaretur nimia verborum mutatio. Sic pro *ȣστεντȣ* neque *obstineto* neque *ostendito* scripsi, sed *immolato*, ut non solum clarior fieret vera vis verbi, sed simul indicaretur, constructum cum eo nomen *αρϝια* sive *αρϝιȣ* non pro accusativo neutrius generis, sed, sicut Latinum *arviga*, pro ablativo feminini generis esse accipiendum. Haud raro quidem errasse me non negem; sed haec sunt delicta, quibus ignosci velim tanquam maculis, quas aut incuria fudit, aut humana parum cavit natura.

Particula V.

Quartam Iguvinam tabulam exponens.

Versio verbalis.

Sectio prima. De auguriis in lustro capiendis.

IV, b, 1 sq. *Εςτε πεϱσκλȣμ αϜες ανξεϱιατες ενετȣ, πεϱναιες, πȣσναες.*
Isto in lustro aves auguriales indagato, priores, posteriores.

De primo sacrificio.

IV, b, 2 sq. *Πϱε Ϝεϱες τϱεπλανες ΙȣϜε ΚϱαπȣϜι τϱε βȣφ φετȣ:*
Ante ferias treblanas Jovi Grabovio tribus bubus facito:

IV, b, 3 sq. *αϱϜια ȣστεντȣ; ϜατȣϜα φεϱινε φειτȣ; Ϝεϱις Ϝινȣ, Ϝεϱι πȣνι,*
arviga immolato; fatua ferina facito; vel vino, vel pane,

IV, b, 5 sq. *ȣκϱιπερ Φισιȣ, τȣταπεϱ ΙκȣϜινα φειτȣ; σεϜȣμ κȣτεφ πεσνιμȣ αϱεπες αϱϜες.*
pro monte Fisio, pro tota Iguvina facito; cum veneratione caute precator pro ardore arvigae.

Sectio secunda. De secundo sacrificio.

IV, b, 7 sq. *Πȣς Ϝεϱες τϱεπλανες τϱεφ σιφ κȣμιαφ φειτȣ Τϱεβε ΙȣϜιε,*
Post ferias treblanas tribus suibus scrofis facito Trebae Joviae,

IV, b, 8 sq. *ȣκϱιπεϱ Φισιȣ, τȣταπεϱ ΙκȣϜινα: σȣπα σȣμτȣ; αϱϜια ȣστεντȣ;*
pro monte Fisio, pro tota Iguvina: sulfure sulfurato; arviga immolato;

IV, b, 9 sq. *πȣνι φετȣ; κȣτεφ πεσνιμȣ αϱεπες αϱϜες.*
pane facito; caute precator pro ardore arvigae.

Sectio tertia. De tertio sacrificio.

IV, b, 11 sq. *Πϱε Ϝεϱες τεσενακες τϱε βȣφ φετȣ, Μαϱτε ΚϱαπȣϜι φετȣ,*
Ante ferias tesenacas tribus bubus facito, Marti Grabovio facito,

IV, b, 12 sq. *ȣκϱιπε Φισιȣ, τȣταπεϱ ΙκȣϜινα: αϱϜιȣ ȣστεντȣ; ϜατȣϜα φεϱινε φετȣ;*
pro monte Fisio, pro tota Iguvina: arviga immolato; fatua ferina facito;

IV, b, 13 sq. *πȣνι φετȣ; κȣτεφ πεσνιμȣ αϱπες αϱϜες.*
pane facito; caute precator pro ardore arvigae.

Sectio quarta. De quarto sacrificio.

IV, b, 15 sq. *Πȣς Fεϱες τεσενακες τϱεφ σιφ φελιȣφ φετȣ Φισε Σαζι,*
Post ferias tesenacas tribus suibus verribus facito Fiso San'sio,

IV, b, 16 sq. *ȣκϱιπεϱ Φισιȣ, τȣταπεϱ ΙκȣFινα: πȣνι φετȣ; σȣπα σȣμτȣ; αϱFιȣ ȣστεντȣ;*
pro monte Fisio, pro tota Iguvina: pane facito; sulfure sulfurato; arviga immolato;

IV, b, 17 sq. *μεφα, Fεστιζα ȣστετȣ; ΦιιȣFι φετȣ, ȣκϱιπερ Φισιȣ φετȣ;*
mazam, exta porricito; Fisovio facito, pro monte Fisio facito:

IV, b, 19 sq. *καπιϱ πȣϱτιταφ, σακϱεφ; ετϱαφ πȣϱτιταφ, ετϱαφ σακϱεφ,*
capide propinata, sacri; altera propinata, altera sacri,

IV, b, 20. *τȣταπεϱ ΙκȣFινα: κȣτεφ πεσνιμȣ αϱεπες αϱFες.*
pro tota Iguvina: caute precator pro ardore arvigae.

Sectio quinta. De quinto sacrificio.

IV, b, 21 sq. *Πϱε Fεϱες FεFιιες τϱεφ βȣφ καλεϱȣφ φετȣ Fȣφιȣνε ΚϱαπȣFι,*
Ante ferias vehias tribus bubus candidis facito Vofioni Grabovio,

IV, b, 22 sq. *ȣκϱιπεϱ Φισιȣ, τȣταπεϱ ΙκȣFινα: FατȣFα φεϱινε φετȣ; Fεϱι Fινȣ, Fεϱι πȣνι;*
pro monte Fisio, pro tota Iguvina: fatua ferina facito; vel vino, vel pane;

IV, b, 24. *αϱFιȣ ȣστεντȣ; κȣτεφ πεσνιμȣ αϱεπες αϱFες.*
arviga immolato; caute precator pro ardore arvigae.

Sectio sexta. De sexto sacrificio.

IV, b, 25. *Πȣς Fεϱες FεFιιες τϱεφ Fαπιναφ φετȣ Τεφϱε ΙȣFιε,*
Post ferias vehias tribus agnabus facito Tefrae Joviae,

IV, b, 26. *ȣκϱιπεϱ Φισιȣ, τȣταπεϱ ΙκȣFινα: πȣστε Ασιανε φετȣ; ξεϱεφ φετȣ*
pro monte Fisio, pro tota Iguvina: bitumine Asiano facito; verbenis facito;

IV, b, 27 sq. *πελσανα φετȣ; αϱFια ȣστεντȣ; πȣνι φετȣ; ταζεξ πεσνιμȣ αϱιπεϱ αϱFις.*
balsamo facito; arviga immolato; pane facito; tacens precator pro ardore arvigae.

De purgationibus post sacrificium istud instituendis.

IV, b, 28 sq. *Απι Fαβινα πȣϱτιιȣς, σȣϱȣμ πεσȣντϱȣ φετȣ.*
Quum agnabus peregeris, sociam purgationem facito.

IV, b, 29. *Εσμικ Fεστιζαμ πϱεFε φικτȣ; Τεφϱι ΙȣFι φετȣ,*
In ea exta prius porricito; Tefrae Joviae facito,

IV, b, 29 sq. *ȣκϱιπεϱ Φισιȣ, τȣταπεϱ ΙκȣFινα: τεστϱȣκȣ πεϱι καπιϱε πεϱȣμ φειτȣ.*
pro monte Fisio, pro tota Iguvina: ad dextram lustrum capide cum precibus facito.

IV, b, 31 sq. *Απι εϱελ πȣϱτιιȣς, ενȣκ σȣϱȣμ πεσȣντϱȣμ φειτȣ σταφλτιFȣ.*
Quum incantationem peregeris, inde sociam purgationem facito stabulativam.

IV, b, 32 sq. *Εσμικ Fεστιζα φικτȣ; ȣκϱιπεϱ Φισιȣ, τȣπαπεϱ ΙκȣFινα φειτȣ:*
In ea exta porricito; pro monte Fisio, pro tota Iguvina facito:

IV, b, 33 sq. *νεϱτϱȣκȣ πεϱι καπιϱε πεϱȣμ φειτȣ; πȣνι φειτȣ. Απι σȣϱȣφ πȣϱτιιȣς,*
ad sinistram lustrum capide cum precibus facito; pane facito. Quum pro sociis peregeris,

IV, b, 34 sq. *ενȣκ Ϝαπιναϱȣ εϱȣς τιτȣ; ξεϱεφ κȣμȣλτȣ; ξεϱεφ κȣματς πεσνιμȣ.*
tum agnarum incantationes dicito; verbenis cumulato; verbenis tacite precator.

Sectio septima. De septimo sacrificio.

IV, a, 1 sq. *Ϝȣκȣκȣμ ΙȣϜιȣ, πȣνε ȣϜεφ φȣϱφαθ, τϱεφ Ϝιτλȣφ τȣϱȣφ Μαϱτε Ϝȣϱιε φετȣ,*
Cum foco Jovio, postquam ovibus februarint, tribus vitulis tauris Marti Horsio facito,

IV, a, 2 sq. *πȣπλȣπεϱ τȣτας ΙιȣϜινας, τȣταπεϱ ΙκȣϜινα: ϜατȣϜα φεϱινε φετȣ;*
pro populo totius Iguvinae, pro tota Iguvina: fatua ferina facito;

IV, a, 3 sq. *πȣνι φετȣ; αϱϜια ȣστεντȣ; κȣτεπ πεσνιμȣ αϱεπες αϱϜες.*
pane facito; arviga immolato; caute precator pro ardore arvigae.

De octavo sacrificio.

IV, a, 4 sq. *Ϝȣκȣκȣμ Κȣϱετιες τϱεφ Ϝιτλȣπ τȣϱȣπ Ϝȣντε Ζεϱφι φειτȣ,*
Cum foco Curitis tribus vitulis tauris Hondo Serfio facito,

IV, a, 5 sq. *πȣπλȣπεϱ τȣτας ΙιȣϜινας, τȣταπεϱ ΙιȣϜινα: ϜατȣϜα φεϱινε φετȣ; αϱϜια ȣστεντȣ;*
pro populo totius Iguvinae, pro tota Iguvina: fatua ferina facito; arviga immolato;

IV, a, 6 sq. *τενξιτιμ αϱϜειτȣ; Ϝεϱις Ϝινȣ, Ϝεϱις πȣνι φειτȣ; κȣτεφ πεϱσνιμȣ αϱιπες αϱϜις.*
testitium afferto; vel vino, vel pane facito; caute precator pro ardore arvigae.

De ritibus in malo omine repetendis.

IV, a, 7 sq. *Ινȣκ ȣκαϱ πιϜαξ φȣστ. ΣϜεπȣ εσȣμεκ εσȣνȣ αντεϱ Ϝακαξε Ϝαζετȣμισε,*
Inde mons piandus fuerit. Si qua in hoc omen inter vacantia cessans sit,

IV, a, 8 sq. *αϜιφ αξεϱιατȣ; Ϝεϱȣφε τϱεπλανȣ κȣϜεϱτȣ; ϱεστεφ εσȣνȣ φειτȣ.*
ex avibus servato; ferias treblanas instaurato; repostis omen facito.

Sectio octava. De suffimentis ad populi expiationem instituendis.

IV a, 10 sq. *Πȣνε πȣπλȣμ αφεϱȣμ Ϝεϱιες, αϜεφ ανξεϱιατȣ ετȣ, πεϱναιαφ, πȣστναιαφ.*
Postquam populo lustrando satisfeceris, ex avibus augurium capito, prioribus, posterioribus.

IV, a, 11 sq. *Πȣνε κȣϜȣϱτȣς, κϱενκατϱȣμ Ϝατȣ: ενȣμεκ πιϱ αϜτιμεμ εντεντȣ.*
Postquam compleveris, circulationem habeto: inde piamen cum ovatione intendito.

IV a, 12 sq. *Πȣνε πιϱ εντελȣς αϜτιμεμ, ενȣμεκ στεπλατȣ παϱφαμ τεσϜαμ;*
Postquam piamen intenderis cum ovatione, inde firmato parra dextera;

IV, a, 13 sq. *τεφε τȣτε ΙκȣϜινε Ϝαπεφεμ αϜιεκλȣφε κȣμπιφιατȣ;*
feliciter toti Iguvinae, favente avium augurio, combinato;

IV, a, 14 sq. *Ϝεα αϜιεκλα εσȣνȣμε ετȣ; πϱινȣϜατȣ ετȣτȣ; πεϱκαφ Ϝαβετȣτȣ πȣνιζατε.*
boni ominis auguria capito; suffimenta agitote; lituis servatote puniceati.

IV, a, 15 sq. *Πȣνε μενες ακεϱȣνιαμεμ, ενȣμεκ ετȣϱ σταμȣ τȣτα Ταϱινατε τϱιφȣ:*
Postquam operatus eris de acerra, inde paeanem instituito per totam Tadinatem tribum:

IV, a, 17. *Ταϱινατε, Τȣϱσκȣμ, ΝαϜαϱκȣμ νȣμεμ, Ιαπȣξκȣμ τȣμεμ.*
Tadinati, Tuderti, Naharti nomine, Japygico nomine.

IV, a, 18. *ΣFεπις Ϝαβε πȣϱτατȣλȣ, πȣε μεϱς εστ, φειτȣ: ȣϱȣ, πεϱε μεϱς εςτ.*
Si quis habet sacratum aliquid, ubi salutare est, facito: urat, prout salutare est.

IV, a, 19 sq. *Πȣνε πϱινȣFατȣς σταϜεϱεν τεϱμνεσκȣ, ενȣμεκ αϱμανȣ κατεϱαμȣ ΙκȣFινȣ:*
Postquam suffimenta egerint cum flammis, inde placitam (dicito) expiationem Iguvinorum:

IV, a, 20 sq. *ενȣμεκ απϱετȣ τȣϱες ετ πȣϱε. Πȣνι αμπϱεφȣȣς, πεϱσνιμȣ:*
inde cremato cum turibus et igne. Postquam cremaveris, precator:

IV, a, 21 sq. *ενȣμεκ ετατȣ ΙκȣFινȣς: τϱιιȣπεϱ αμπϱεϜτȣ, τϱιιȣπεϱ πεσνιμȣ, τϱιιȣπεϱ ετατȣ ΙκȣFινȣς:*
inde paeane canito Iguvinos: ter cremato, ter precator, ter paeane canito Iguvinos:

IV, a, 22 sq. *ενȣμεκ πϱινȣFατȣς ζιμȣ ετȣτȣ. ΕϱαFοντ Fεα ζιμȣ ετȣτȣ πϱινȣFατȣς.*
inde suffimenta cum thymo agitote. Ita bene cum thymo agitote suffimenta.

Sectio nona. De nono sacrificio.

IV, a, 24. *Φȣντλεϱε τϱιφ απϱȣφ ϱȣφϱȣ ȣτε πειȣ φειτȣ Ζεϱφε Μαϱτι:*
In Fontinalibus tribus apris rubris aut fuscis facito `Serfo Martio:

IV, a, 25 sq. *FατȣFȣ φεϱιμε φετȣ; αϱFιȣ ȣστεντȣ; πȣνι φετȣ; ταζεξ πεσνιμȣ αϱεπε αϱFες.*
fatua ferina facito; arviga immolato; pane facito; tacens precator pro ardore arvigae.

Sectio decima. De decimo sacrificio.

IV, a, 27 sq. *Ῥȣπινιε τϱε πȣϱκα ϱȣφϱα ȣτε πεια φετȣ Πϱεστατε Ζεϱφιε Ζεϱφε Μαϱτιες:*
In Robigalibus tribus porcabus rubris aut fuscis facito Prestatae `Serfiae `Serfi Martii:

IV, a, 28 sq. *πεϱαια φειτȣ; αϱFιȣ ȣστεντȣ; καπι σακϱα αιτȣ, Fεσκλȣ Fετȣ, ατϱȣ, αλφȣ;*
purgatoriis facito; arviga immolato; capide sacra libato, vasculo pleno, atro, albo;

IV, a, 29 sq. *πȣνι φετȣ; ταζεξ πεσνιμȣ αϱεπεϱ αϱFες.*
pane facito; tacens precator pro ardore arvigae.

Sectio undecima. De undecimo sacrificio.

IV, a, 31. *Τϱα Σατε τϱεφ Fιτλαφ φειτȣ Τȣσε Ζεϱφιε Ζεϱφε Μαϱτιες:*
Cum lacte saccato tribus vitulabus facito Tursae `Serfiae `Serfi Martii:

IV, a, 32 sq. *πεϱαια φειτȣ; αϱFιȣ ȣστετȣ; πȣνι φετȣ; ταζεξ πεσνιμȣ αϱεπεϱ αϱFες.*
purgatoriis facito; arviga immolato; pane facito; tacens precator pro ardore arvigae.

De ritibus purgatoriis per ista sacrificia observandis.

IV, a, 33 sq. *Πȣνε πȣϱτινζȣς, καϱετȣ. Πȣφε απϱȣφ φακȣϱεντ, πȣξε εϱȣς τεϱα:*
Postquam consecraveris, caedito. Ex quo apris fecerint, ex eo incantationes dicas:

IV, a, 34 sq. *απε εϱȣς τεϱȣστ, πȣστϱȣ κȣπιφιατȣ. Ῥȣπιναμε εϱȣς τεϱα:*
quum incantationes dixeris, bitumine auspicator. Robigalibus incantationes dicas:

IV, a, 35 sq. *ενε Τϱα ΣαϜτα κȣπιφιαια εϱȣς τεϱα. Ενȣ Ῥȣπιναμε πȣστϱȣ κȣFεϱτȣ αντακϱε;*
inde cum lacte saccato auspicans incantationes dicas. Inde in Robigalibus bitumine cumulato acervatim;

IV, a, 37. *κϐματε πεσνιμϐ: ενϐ καπι σακρα αιτϐ, Fεσκλϐ Fετϐ.*
tacite precator: inde capide sacra libato, vasculo pleno.

IV, a, 38 sq. *Ενϐ Σαταμε κϐFερτϐ αντακρε; κϐματε πεσνιμϐ: ενϐ εσϐνϐ: πϐρτιτϐ φϐστ.*
Inde cum lacte saccato cumulato acervatim; tacite precator: inde omen: rite peractum sit.

Sectio duodecima. De duodecimo sacrificio.

IV, a, 40. *Πϐστερτιϐ, πανε πϐπλϐ ατερα φϐστ, ιFεκα περακρε τϐσετϐ:*
Vice tertia, quando populo indictum fuerit, juvencas sacres cremato:

IV, a, 41. *σϐπερ κϐμνε αρφερτϐρ πρινϐFατϐ τϐφ τϐσετϐτϐ.*
super secundo omine suffimenta cum turibus crematote.

IV, a, 42 sq. *Ϝετρα φϐρϐ Σεϝμενιαρ Ϝατετϐ; εαφ ιFεκα τρε ακερϐνιε φετϐ Τϐσε ΙϐFιε:*
Posthac debita Semoniis facitote; illis juvencabus tribus cum acerra facito Tursae Joviae:

IV, a, 43 sq. *αρFιϐ ϐστετϐ; πϐνι φετϐ; περαια φετϐ; ταζεξ πεσνιμϐ αρεπε αρFες.*
arviga immolato; pane facito; purgatoriis facito; tacens precator pro ardore arvigae.

Ratihabitio quaestoritia.

IV, a, 45. *ΚFεστρετιε ϐσαιε σFεσϐ FϐFζις τιτιστε τειες.*
Quaestoritia approbatione suetum vobis dicate diis.

Rerum verborumque explicatio.

1. Initium hujus tabulae et in secunda particula §. 20. et in tertia §. 16. jam sic explicatum legitur, ut nihil addendum videatur. De sacrificiis quoque nonnisi pauca illustranda restant, quibus generalia quaedam praemittere liceat. Quemadmodum tria semper distinguuntur in illis versibus, quos in tertia particula §. 17. inter se comparavi, et, quantum fieri a me potuit, illustravi, qua occasione, quibus victimis, cui numini sacra faciunda sint; sic ex variis rebus, quae in sacrificiis fiunt, tres sunt omnibus illis communes, arvigae immolatio, panis oblatio et tacita precatio pro ardore arvigae. Haec tria tamen, in quovis sacrificio necessaria, non eodem semper ordine leguntur: in quarta quidem tabula tacitae preces, quae secundam ea, quae in secunda particula §. 21. monui, caute et compressis labris fiebant, extremo semper loco praecipiuntur, sed panis oblatio in quarto sacrificio primum locum obtinet, atque in quinto septimoque sacrificio etiam arvigae immolationi anteponitur. Multo magis ordo turbatur in sexta septimaque tabulis, in quibus panis oblatio non modo ante arvigae immolationem VII, a, 4. 7. 41 sq., sed extremo quoque loco VII, a, 54. ponitur; tacitae preces autem VI, b, 55. ante cetera omnia praecipiuntur. Hic verbis *tases persnimu* semel additur vocabulum *sevom*, quod IV, b, 5. ante *κϐτεφ πεσνιμϐ* scriptum est; nusquam vero in sexta septimaque tabulis adduntur verba *αρεπερ αρFες*, quae in quarta tabula omnium sacrificiorum praecepta claudunt, atque ad omen illud spectant, quo Cyrene apud Virgilium G. IV, 386. animum suum firmabat, quoque cessante IV, a, 7 sqq. sacrorum instauratio praecipitur. *Sevom* in secunda particula

§. 21 extr. recte interpretatus esse mihi videor *cum veneratione*, sed *αḍεπεḍ αḍFες* melius *pro ardore* quam *pro ustione arvigae* vertitur, quia etiam secundum Virgilii eclogam VIII, 105. in flammis tremulis faustum omen quaerebatur. Ceterum tacitas preces pro ardore arvigae diversas esse ab illis precibus, quas in superiore particula interpretatus sum, docet praeceptum illud *tases persnimu sevom* VI, b, 55 sq. post preces triplices in feriis treblanis praescriptas, ad quas VI, b, 59. post praeceptum *tases persnimu* hisce verbis respicitur: *surur naratu puse pre verir treblanir.*

2. Etiam *arviga*, quam Paulus Diaconus ex Festo interpretatur hostiam, cujus adhaerentia inspiciebantur exta, differt a victimis in quovis sacrificio praescriptis; etsi autem nescio, cur in quarta tabula pro *arvio fetu* semper *αḍFιυ* s. *αḍFια υστε(ν)τυ*, sicut IV, b, 18. *Fεστιζα υστετυ* pro *Fεστιζα(μ) φικτυ* IV, b, 29 et 32. scriptum sit, Festi tamen interpretatio arvigae, quum de extispicina nihil reperiam in Iguvinis tabulis, mihi non arridet: *arvigam* potius ex apposita *fatua ferina* in omnibus sacrificiis, in quibus neque *υαπα υαμτυ*, neque *πυτις Λσιανε φετυ*, neque *πεḍαια φε(ι)τυ* legitur, ovem februationis causa libatam interpretor. Nam

Poscit ovem fatum. Verbenas improba carpsit,

Quas pia dis ruris ferre solebat anus. Ovid. F. I, 381 sq. cf. Virg. G. IV, 646. Virgilius Aen. XII, 170. etiam porcae, quae in foedere jungendo caedi solebat (Aen. VIII, 641), intonsam bidentem addidit; et quia idem l. l. cecinit:

Dant fruges manibus salsas, et tempora ferro

Summa notant pecudum, paterisque altaria libant:

arvigae oppositam puto fatuam ferinam tanquam carnem insulsam, praesertim quum Varro L. L. V, 19. §. 98. scripserit: »*Aries*, quod eum dicebant *ἀρήν* veteres, nostri *arviga*, hinc »*arvignus*. Haec sunt, quarum in sacrificiis exta in olla, non in veru cocuntur, quas et »Accius scribit et in pontificiis libris videmus«. *Panis* vero, quem Horatius Epist. I, 10, 11. libis et mellitis placentis opponit, apud Umbros, quibus deerant omnia vocabula ab litera *l* incipientia, inter liba referendus videtur, etsi non alia solum liborum nomina in tabulis Iguvinis leguntur, sed *ife* quoque liba dicuntur VI, a, 39 et 40. V, b, 12 et 13. Id tamen mirandum est, quod in primo, quinto, octavo sacrificio, sive in sacris, quae Jovi et Vofioni Grabovio et Hondo Serfio fiunt, pro simplici pane *vel vino vel pane* (cf. Partic. III, §. 3.) legatur. Praeterea in octavo sacrificio additur *τενξιτιμ αḍFειτυ*, quod secundum ea, quae in particula secunda §. 35 sq. monui, ad panem *testitium* s. *testuatium* refero, de quo videndi sunt Cato R. R. 74. et Varro L. L. V, 22. §. 106. Aliud libi genus in quarto sacrificio IV, b, 17. *μεφα* dicitur, h. e. *maza*, eique additur *Fεστιζα*, de qua nunc pluribus verbis mihi dicendum est.

3. Nomen *Fεστιζα* s. *vestisia* derivandum est ab illo verbo, cujus participium

vestis s. *vesteis* VI, a, 6. 25. et b, 22. ante preces cum verbis *eso*(*c*) *persnimu* s. *naratu* constructum legitur. Quum preces illae non ad mala averruncanda, sed ad oblatas res cum votis dicandas fiant, verbum illud non tam *victimandi*, sicut imperativum *Fεστιζε* V, a, 4. in particula tertia §. 15. interpretatus sum, quam *libandi* vim habuisse puto, nec scio an *vestio* et *Fεστιζω* ab ἑστιάω Graecorum, unde Ephesi rex sacrorum, epulo, ἱστιάτωρ dicebatur, sicut *Vestae* nomen ab ἑστίᾳ, deduci possit. Hinc *vestisia*, quod VI, a, 6. inter *eso persnimu* et *vestis* legitur, libamen designat, sicut V, a, 34 sq. *καπιρ̣ε Ϝεντε ΙεFιε Fεστικατε* verti potest: capide Hondae Joviae libato. Quia vero pro *Fεστιζα*(*μ*) *φικτε* IV, b, 29. 32. sive *vestisia fetu* IV, b, 18. *Fεστιζα εστετε*, sicut paullo antea *αρ̣Fιε εστεντε*, scriptum est, *exta* praecipue intelligenda sunt, quae secundum Varronem R. R. I, 29 extr. deis cum dabant, *porricere* dicebant Romani, vel *θυηλαὶ* Hom. Jl. IX, 220. s. *ἄργματα* Od. XIV, 446: imo, quum *carsome vestisier* VI, b, 13 sq. non aliter quam *caede victimae* vertere sciam, ipsa victima *vestisia* dicta esse videtur. Quemadmodum autem V, a, 34 sq. *καπιρ̣ε Ϝεντε ΙεFιε Fεστικατε Πετρ̣ενιαπερ*[*τ*] *νατινε Φρ̣ατρ̣ε Ατιιερ̣ιε* scriptum est, sic IV, b, 18. legimus: *Fεστιζα εστετε*; *ΦιιεFι. φετε, εκρ̣ιπερ Φισιε φετε καπιρ̣*. *Capis* s. *capida* s. *capedo*, deminutive *capula*, *capidula*, *capeduncula*, *caprunculum* quoque, si recte legitur apud Festum, sicut *capita* et *capitulia* de vasculis agnoscit Jo. Lydus de magistr. Rom. I, 46. p. 78., secundum Arruntium apud Priscianum VI, p. 708. ed. Putsch. vasis genus est pontificalis, unde Decius Mus apud Livium X, 7. inter insignia pontificalia atque auguralia refert, si pontifex conspiciatur cum capide, capite velato victimam caedens, augur cum lituo, augurium ex arce capiens: cf. Cic. de rep. apud Non. Marc. s. v. *Samium*. *Samias* dixerat Laelius, tanquam testeas, capedines sive capedunculas in illa aureola oratiuncula, ad quam Cicero N. D. III, 17. respicit: unde Varro L. L. V, 26. §. 121.: »Minores capulae, a capiendo »(dictae, vid. Paul. Diac. s. v. *Capis*), quod ansatae, ut prehendi possent, i. e. capi. Harum »figuras in vasis sacris ligneas ac fictilis antiquas etiam nunc videmus (cf. de vita pop. R. »l. I. apud Non. Marc. s. v. *Armillum*),« atque Cicero in Parad. II.: »Quid? a Numa »Pompilio? minusne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles urnulas fuisse, quam »filicatas aliorum pateras arbitramur?« Numae Pompilio capidas cum jure sacerdotum tribuit etiam Lucilius IX, apud Prisc. pag. 708. in hexametro: »Hinc ancilia ab hoc, api»ces capidasque repertas«.

4. *Καπιρ̣* ablativus singularis est pro *καπιρ̣ε* IV, b, 33. scriptus, ut *καπι* IV, a, 29. 37. pro *capif* VII, a, 39. 45: nam pluralis in *ες* desinit, ut I, 5 sq. *καπιρ̣ες Πεεμενε, Fεσενε περ̣τεFιτε* h. e. capidibus Pomonae et Feroniae libato. Si *περ̣τεFιτε*, pro *pudrovitu* VI, b, 56. scriptum, a *podruhpei* VI, b, 11. h. e. *προςτροπῇ* derivandum est, *καπιρ̣ περ̣τιταφ* IV, b, 19. *capide propinata* verti potest, etsi *περ̣τιταφ* plerumque idem fere significat quod *σακρ̣εφ*. Pro *σακρ̣εφ*, quod per ablativum tertiae declinationis *sacri* reddendum

putavi, aliis in locis, ut IV, a, 29. 37. *σακρα* scriptum est; *ετραφ* vero Umbros pro *altera* dixisse, quemadmodum Romani *iterum* pro *alterum* dicebant, atque apud Homerum *ἕτερος* vel alterum Jl. XXIV, 528. 598. vel alterutrum Jl. V, 258. 288., *ἕτεροι* vel alteros Jl. XII, 93. vel alterutros Jl. XX, 210. significat, sexta tabula docet, ubi VI, a, 18. *capif purdita dupla aitu, sacra dupla aitu* legitur. *Αιτȣ* IV, a, 37. mihi cum *αιȣ* V, a, 4., quod *εὐχὴν* significat, cognatum esse videtur, quum non solum VI, a, 25. *capirso subotu*, h. e. cum capide supplicato, sed etiam VI, a, 24. *capirse perso osatu*, h. e. cum capide preces orato, scriptum sit, quocum conferre licet Homeri versus Jl. XXIII, 196. *πολλὰ δὲ καὶ σπένδων χρυσέῳ δέπαϊ λιτάνευεν* et Jl. XXIV, 287. *σπεῖσον Διῒ πατρὶ καὶ εὔχεο* cet. Sic apud Virgilium G. IV, 381. Cyrene: *Oceano libemus*, ait; simul ipsa precatur. Notandum est autem, quod, quum in sexta tabula *mefa spefa Fisovina* VI, a, 9 et 14. *ocriper Fisiu, totaper Ijovina* sacrum fiat, in quarta exta cum maza Fisovi *pro monte Fisio* porriciantur, cum capide libetur *pro tota Iguvina;* in septima contra tabula VII, a, 37. exta et maza spissa dentur Fisovi Sansio *pro populo totius Iguvinae, pro tota Iguvina.* Pro monte Fisio et tota Iguvina in sexta tabula sex priora sacrificia fiunt, ut in septima tabula sex posteriora sacrificia pro populo totius Iguvinae, pro tota Iguvina; sed in quarta tabula quatuor postremis sacrificiis nihil ejusmodi additum est, et sicut verbo *purdito fust*, VI, a, 42. h. e. rite sacrificatum sit, quod etiam IV, a, 39. ante duodecimum sacrificium legitur, sex priora sacrificia secernuntur a reliquis, sic post octavum sacrificium IV, a, 7. legimus: *ινȣκ ȣκαρ πιϝαξ φȣστ*, quod mihi *inde mons piandus erit* vertendum videtur, quia VI, a, 46 sq. *eno ocar pihos fust* scriptum est, cujus genitivus VI, b, 19. *ocrer pihaner* legitur. Quemadmodum ibidem genitivus *popler anferener* additus est, sic IV, a, 10. legitur *πȣνε πȣπλȣμ αφερȣμ ϝεριες* et VI, a, 48. *pone poplo afero heries*, post quod verba *αϝεφ ανξεριατȣ ετȣ, περναιαφ, πȣστναιαφ* vel *avif aseriato etu, sururo stiplatu, pusi ocrer pihaner* cet. aliorum sacrificiorum ad populi expiationem spectantium initium indicant.

5. Quatuor extrema sacrificia ad populi expiationem maxime spectare, praeter alia infra demonstranda preces docent, quae in sexta septimaque tabulis ad mala averruncanda fiunt; atque ex his quartum fit, *πανε πȣπλȣ ατερα φȣστ* IV, a, 40. sive *pane poplo andirsa fust* VII, a, 46. h. e. quando populo indictum fuerit. His enim verbis cum iis comparatis, quae modo laudavi, non solum *πȣνε* et *πανε* eaedem fere conjunctiones, sed etiam *πȣπλȣμ* et *πȣπλȣ* iidem casus locales agnoscuntur. Hinc *ατερα* nomen substantivum esse videtur, indictionem designans, et quemadmodum *ατερα* pro *andirsa* scriptum est, sic *αφερȣμ* s. *afero* pro *anferom*, quod, quia *anferener* eandem fere vim habuisse videtur, quam *pihaner*, lustrando vertendum putavi. Hinc *inferum* vinum scripsit Paulus Diaconus pro vino *inferio* in libandi formula apud Catonem R. R. 132. 134. *Jupiter! macte vino*

inferio esto, cf. Serv. ad Virg. A. IX, 641., qua secundum Trebatium apud Arnob. contr. gent. VII, pag. 236. ed. Elmenh. lustrabatur quasi tota vindemia, »ne vinum omne omnino, »quod in cellis atque apothecis esset conditum, esse sacrum inciperet et ex usibus eripe»retur humanis. *Addito* ergo, inquit Trebatius, *hoc verbo*, *solum erat*, *quod inferretur*, »*sacrum*, *nec religione obligabatur ceterum*«. *Ϝεϱιες satisfeceris* esse vertendum, facile probabitur ex iis, quae in particula III, §. 3. monui; sed in populi expiatione, ad quam spectant sequentia verba IV, a, 12. *πιϱ αϜτιμεμ εντεντȣ*, h. e. piamen cum ovatione intendito, maximi momenti fuisse *πϱινȣϜατȣς* sive suffimenta, verba ante nonum sacrificium IV, a, 23. repetita docent: *εϱαϜȣντ Ϝεα ζιμȣ ετȣτȣ πϱινȣϜατȣς*, pro quibus in fine sextae tabulae scriptum est: *erafont via pora benuso*. In his *εϱαϜȣντ* et *erafont* adverbia sunt a pronomine *erur* derivata atque Latinis adverbiis *ita* et *itaque* respondentia: hinc autem praeceptum *Ϝεα ετȣτȣ πϱινȣϜατȣς*, s. *bene agitote suffimenta*, enuntiationi *via pora benuso*, s. *bene igni operati eritis*, respondet. *Benuso* enim secundam personam pluralis numeri esse, singulari *benust* VI, a, 53. s. *βενȣς* V, b, 16. respondentem, quemadmodum *covortuso* VI, a, 64. singulari *covortus* VII, a, 39. s. *κȣϜȣϱτȣς* IV, a, 11. respondet, verborum contextus indicat: cur autem hoc verbum *operati fueritis* vertam, sequentia docebunt.

6. *Πένω* s. *πένομαι* apud Homerum atque Hesiodum non solum *laborandi*, sed saepius etiam *perficiendi* vim habet. Sic in Jl. I, 318., ubi sermo est de peracto sacrificio, quo Graeci lustrabantur, nidorque hostiarum cum fumo in coelum abibat, legitur: *ὣς οἱ μὲν τὰ πένοντο κατὰ στρατόν*, h. e. sic hi ea sedulo peragebant in castris. Idem significabat Umbricum verbum *beno*, unde *μενες* quoque IV, a, 15. pro *benust* VI, a, 53. derivandum est: hinc imperativus *ahavendu* VII, a, 27. vel *prevendu* VII, a, 11., quem in superiore particula §. 24. cum Latinis imperativis *subvenito* et *supervenito* vel Graecis *ἀμφίβαινε* et *περίβαινε* comparavi, potius cum imperativis *ἀμφιπένου* et *περιπένου* comparandus est. Nam ut apud Arnobium adv. gent. IV. legimus: »Flora, illa genitrix et sancta, — *bene curat*, ut arva florescant; sic Homerus Jl. XVI, 28. cecinit: *τοὺς μέν τ' ἰητροὶ πολυφάρμακοι ἀμφιπένονται, ἕλκε' ἀκειάμενοι*, h. e. atque hos quidem medici, multis medicamentis usi, curant vulnera sanantes. Ut igitur *erafont via pora benuso* idem significet, quod *εϱαϜȣντ Ϝεα ζιμȣ ετȣτȣ πϱινȣϜατȣς* IV, a, 23., *pora* pro *πȣϱε* IV, a, 20., h. e. igne, scriptum putandum est; *πϱινȣϜατȣς* vero suffimenta designare atque *ετȣτȣ* imperativum pluralis numeri pro singulari *ετȣ* s. *agito* esse, jam in secunda particula §. 31 sq. docui. *Ζιμȣ* quum *'simo* scriptum sit VI, a, 65 et VII, a, 1., casus localis est nominis, idem fere significantis, quod *dur* VI, a, 50. *Dur* autem, VII, a, 46. pro *τȣφ* IV, a, 41. scriptum, e casu instrumentali *τȣϱφ* abbreviatum est atque *turibus* vertendum, quemadmodum IV, a, 20. *τȣϱες ετ πȣϱε*, h. e. turibus et igne, pro *com prinuatir peracris sacris* VI, a, 56. legitur. Hinc *'simo* mihi pro thymo vel thymiamate positum videtur: erat enim thymiama, *θύματα*

πάγκαρπα apud Sophocl. Electr. 627., genus suffimenti odorati ex variis aromatibus compositum, quod ad suffitus incendebatur. Romani scriptores plerumque tus et odores conjungunt. Sed omnibus odoribus praeferebatur secundum Plinium H. N. XII, 25 (54) balsamum, uni terrarum Judaeae concessum, quod voce *πελσανα* IV, b, 27. designari, jam in secunda particula §. 23. monui, ubi simul alia purgatoria (*πεδαια*), ut *σεπα* (sulfur), *πεστε Λσιανε* (bitumen Asianum) et *ξερε* (verbenae s. sagmina) illustrata sunt. Secundum Plinium H. N. XXII, 2 extr. enim verbenae vel sagmina (utroque nomine idem significatur gramen ex arce cum sua terra evulsum) in remediis publicis fuere, h. e. vel ornandis deorum, quos placatos volebant, aris, vel lustrandis ac purgandis domibus, unde venefica apud Virgilium Ecl. VIII, 65 sqq. praecipit:

Verbenas adole pinguis et mascula tura:
Conjugis ut magicis sanos avertere sacris
Experiar sensus. — — —

7. Ne repetam, quae ex superioribus hujus operis particulis jam satis nota sunt, omissis omnibus, quae in sex primis sacrificiis memorantur, ad lustrationem post sextum sacrificium instituendam statim progredior. In hac tres sunt periodi, quarum protasis ab iisdem verbis *απε* s. *απι—πεδτιεσ* incipit, apodosis contra particulis *εσμικ* vel *ενεκ*. Revera quidem IV, a, 34. *πεδτιτιεσ* exaratum est in tabula; sed quia VI, a, 23 et 38. *purdinsus* scriptum legitur, ut IV, a, 33. *πεδτινζεσ*, in illa scriptione mihi erratum esse videtur, ut IV, b, 32. in *σταφλτιεF* pro *σταφλτιFε*, *Fεστιζαα* pro *Fεστιζαμ*, *εκδιπεδ* pro *εκδιπεδ*, *IκεFινπα* pro *IκεFινα*. *Απε* s. *απι πεδτιεσ* proprie, ut *πενε πεδτινζεσ* IV, a, 33., *postquam consecraveris* significat; sed etiam, ut *πεδτιτε φεστ* IV, a, 39., *quum peregeris* verti potest, quoniam inserti ablativi *Γαβινα(φ)*, *εδελ(ε)*, *σεδεφ*, ad antecedentia respiciunt. Quod pro *Γαβινα* s. *Γαπιναφ* IV, b, 25. Latine *agnabus* scripserim, nemo mirabitur, qui hoc legerit apud Sosipatrum Charisium p. 39. ed. Putsch.: »Dativus et ablativus »per *is* exeunt, ut ... *tabulis:* nisi quod nonnunquam ratio ista auctoritate vel necessitate »corrumpitur: veluti quum dicitur *his deabus et libertabus filiabusque:* quod jurisperiti »instituerunt, ambiguitatis secernendae scilicet gratia, ob quam multa sordide ab auctori»bus dicta videntur habere rationem. Namque Gellius in secundo: *Deabus*, inquit, *suppli»cans*; et in eodem: *Multitudo puerorum jam erat ex raptabus*; et in tertio: *Capite cum »aliis pauvabus consilium*; et in quinto: *Puellabus*; et in septimo: *Pro duabus pudicabus*: »quae, ut dixi, sexus ostendendi causa defendi possunt. At quum nulla causa cogente quid »tale dicitur, tunc nimirum confitendum est de errore, ut idem Gellius in nonagesimo »septimo: *Portabus*, et mox, *oleabus*, et Plautus in Curculione IV, 2, 20. *hibus*, et Ennius »in Protreptico: *Pannibus*: quae notanda videntur«. Plura hujus generis exempla proferre possem, sed ista satis probant, apud antiquos Romanos, qui secundum Paulum s. v. *calim*

etiam *nis* pro *nobis* dicebant, duas ablativi pluralis species in usu fuisse, sicut apud Umbros τϐ(ῤ)φ et τϐῤες pro *turibus*, *bus*que terminationem ortam esse e Graeca φι, addita *s* litera, quae pluralem numerum indicare solebat. Nam *bus* pro *bis* esse positum, cognoscitur e *nobis* et *vobis*, quibus dativi singularis numeri *tibi* et *sibi* sic respondent, ut duales Graecorum νώ et σφώ Latinorum pluralibus *nos* et *vos*, vel accusativi singularis in *am*, *em*, *im*, *om*, *um* pro αν, ην, ιν, ον, υν, exeuntes accusativis pluralis, qui in *a(n)s*, *e(n)s*, *i(n)s*, *o(n)s*, *u(n)s* desinunt. Umbri autem *r* pro *s* ponentes etiam in nominativo pluralis *anclar* et *arsmor*, ut φῤατῤεῤ pro *fratres*, dixerunt.

8. *Εῤελ* pro εῤεζλε I, 17. 19. scriptum videtur, quod, sicut πϐτιφελε V, b, 25. ablativi casus locum obtinet ejus nominis, cujus accusativus pluralis VI, a, 25. *erus* scribitur. Quod quidem nomen, si ad πεῤϐμ antecedens respicit, preces designat: unde VI, a, 37 sqq. *persnimu puse sorsu* et *erus dirstu* synonyma esse videntur. Sed sicut apud Graecos εὐχαὶ, λιταὶ, ἀραὶ trium diversarum precum nomina fuerunt, sic non omnes preces *erus* dici potuisse, inde colligo, quod I, 27 sqq. legitur:

εῤϐς ταζεξ τεῤτϐ, ινϐμεκ κϐμαλτϐ, αῤκανι κανετϐ, κϐματες πεῤσνιϝμϐ.

erus tacens dicito, inde cumulato, arcane canito, tacite precator.

Quemadmodum hic κανετϐ ad ea carmina referendum est, quorum Virgilius Ecl. VIII, 67 sqq. meminit; sic εῤϐς τεῤτϐ ad ἀρὰς sive incantationes expiatorias. Hinc VI, a, 25. *perstico erus ditu* legitur, ubi *perstico* pro *persico*, h. e. cum lustratione et purgatione, scriptum videtur: refertur enim ad *persi(n)* s. lustrationem in verbis quartae tabulae πεῤι καπιῤϐ πεῤϐμ φειτϐ, h. e. lustrum capide cum precibus facito, memoratam. Notandum autem est, quod in quarta tabula haec sibi primum respondeant:

IV, b, 28. απε ϝαβινα πϐτιιϐς, σϐῤϐμ πεσϐντῤϐ φετϐ:

IV, b, 31. απι εῤελ πϐτιιϐς, ενϐκ σϐῤϐμ πεσϐντῤϐμ φειτϐ σταφλτιFϐ:

deinde vero dicatur IV, b, 34. απι σϐῤϐφ πϐτιιϐς, ενϐκ ϝαπιναῤϐ εῤϐς τιτϐ. — Quod si πεῤϐ καπιῤϐ πεῤϐμ φειτϐ et εῤελ s. εῤϐς τιτϐ synonyma sunt, agnarum incantationes ter dicendae fuerunt, et ante, et post duo σϐῤα πεσϐντῤα, quorum alterum σταφλτιFϐ(μ) s. stabulativum vocatur. In sexta tabula VI, a, 40. *pesondro(m) staflare* opponitur *pesondro sorsalem(e)*, sicut paulo supra *vestisiam staflarem* oppositam legimus *vestisiar sorsalir*, h. e. exta stabularia extis socialibus. In his tamen plura notanda sunt: primum enim IV, b, 34. απι σϐῤϐφ πϐτιιϐς scriptum est, sicut VI, a, 37. *puse sorsu*; sed VI, a, 40. *porse pesondrisco habus* legitur, sicut VI, a, 37. *ape pesondro purdinsus*, quasi *sorsum* et *persondrum* synonyma sint. At in singulari numero *sorsum* simpliciter dicitur *persondrom* illud, quod *stabulari* opponitur. Est igitur *sorsum* adjectivum pro *sorsali*, ut apud Romanos *socium* pro *sociali*, positum: etsi enim IV, b, 31. πεσϐντῤϐμ σταφλτιFϐ(μ) etiam σϐῤϐμ dicitur, in sexta tamen tabula *pesondro(m) sorsom* VI, a, 24. et *pesondrom staflare* VI,

a, 47. eodem modo distinguuntur, quo VI, a, 39 sq. *pesondrom sorsale* atque *pesondrom staflare.*

9. *Persondrom* a *persi* derivatum sine dubio purgationis genus significat, quod *sorsom* dicitur, quatenus pro *sociis operum* fit; inter socios operum vero Cato R. R. c. 141. non pastores solum, sed pecua quoque refert, quemadmodum etiam in *sorsu persondru, Tefrali pihaclu* VI, a, 32. et 34. preces pro *viro, pequo*, fiunt. Itaque *πεσȣντρȣμ σταφλτιFȣ(μ)* etiam *σȣρȣμ* dici potuit, quanquam in illo *νερτρȣκȣ* fit lustratio, quae *τεστρȣκȣ* fit in *σȣρȣμ πεσȣντρȣ. Νερτρȣμ* pro sinistro quasi *σνερτρȣ* dixisse Umbros, jam in secunda particula §. 24. monui: hinc *νερτρȣκȣ*, ut *τεστρȣκȣ*, adverbium est cum praepositione *κȣ(μ)* compositum. Ceterum lustrationes plerumque fiebant circumlatione taedae vel aquae vel sulfuris vel victimae circa eos, qui expiabantur, Virg. A. VI, 229. atque in agris urbeque lustrandis circumagebantur suovitaurilia, Cat. R. R. 141. Virg. G. I, 345. Lucan. I, 605., unde *ambarvales* et *amburbiales* hostiae dicuntur apud Festum et Servium ad Virg. Ecl. III, 77. V, 75. Etiam in adorando dexteram ad osculum referebant, totumque corpus circumagebant, quod in laevum fecisse Galli religiosius credebant, Plin. H. N. XXVIII, 2 (5). Suet. Vitell. 2. Nihilo minus corporis circumactio a sinistra in dextram *dextrationem* vocat Solinus c. 45 (47) a med. atque apud Plautum Curcul. I, 1, 70. Phaedromo, *quo me vortam, nescio*, dicenti Palinurus respondet: »Si deos salutas, *dextrovorsum* censeo«. Quomodo autem in quarta nostra tabula *τεστρȣκȣ* et *νερτρȣκȣ* intelligendum sit, sexta tabula docet, in qua post *capirse perso osatu*, h. e. cum capide preces orato, VI, a, 24 sq. legitur: *eam mani nertru tenitu*, h. e. eam manu sinistra teneto, etsi paullo antea *destruco persi fetu*, h. e. ad dextram lustrum facito, scriptum est. *Τεστρȣκȣ* et *νερτρȣκȣ* igitur adverbia, etsi cum praepositione *κȣμ* composita sunt, *dextrorsus* tamen et *sinistrorsus* significant, breviataque *κȣ* in his pariter differt ab *κȣμ* in *Fȣκȣκȣμ*, h. e. cum foco, IV, a, 1 & 4., atque a litera *κ*, casibus localibus pronominum *esur* et *enur* addita, *εσμικ* IV, b, 29 & 32. pro *εσȣμεκ* IV, a, 8., et *ενȣκ* IV, b, 36. s. *ινȣκ* IV, a, 7. pro *ενȣμεκ* IV, a, 11. cet. s. *ινȣμκ* I, 23., quorum adverbiorum hoc nonnisi apodosin protasi, illud vero novam enuntiationem antecedentibus addit. *ΠρεFε* quidem sic verti, quasi adverbium sit; sed quia III, a, 18 sqq. *πρεFερ, τȣπλερ, τριπλερ*, sibi opponuntur, adjectivum esse mihi videtur, ad *Fεστιζαμ* referendum.

10. In praeceptis de septimo et octavo sacrificio nihil amplius obscurum est, nisi subjunctivus *φȣρφαϑ* pro *furfant* VI, a, 43., quem in tertia persona pluralis numeri positum ab eodem verbo deduco, cujus imperativus *efurfatu* VI, a, 17. et VII, a, 38. legitur, et fortasse idem significat, quod *φεφȣρε φετȣ* V, a, 4. h. e. *februa facito* s. *februato.* Quam varia fuerint Romanorum *februa*, Ovidius cecinit Fast. II, 19 sqq. eadem fere in fine addens, quae Paulus Diac. s. v. Februarius e Festo excerpsit: »Quaecumque denique

»purgamenti causa in quibuscumque sacrificiis adhibentur, *februa* appellantur: id vero, »quod purgatur, dicitur *februatum*«. cf. Censorin. D. N. 22. Augustin. C. D. VII, 7. Sabinos quidem, Varro L. L. VI, §. 13. refert, purgamentum *februum* dixisse; sed quum Laurentius Lydus de mense Februario testetur ex Anysio quodam, *Februum* deum, qui lustrationum potens credebatur secundum Macrobium S. I, 13., deum inferum sive Plutonem secundum Isidorum Origg. V, 33, 4. Tuscorum lingua esse vocatum, februandi verbum equidem Umbris attribuo, et quod post sacra Tefrae Joviae, quam deam Palem esse interpretatus sum, *ovibus* februarint, ad ejusmodi ovium lustrationem refero, qualem Ovidius F. IV, 731. in Parilibus sic descripsit:

I, pete virginea, populus, suffimen ab ara:
Vesta dabit; Vestae munere purus eris.
Sanguis equi suffimen erit vitulique favilla:
Tertia res durae culmen inane fabae.
Pastor, oves saturas ad prima crepuscula lustra:
Unda prius spargat, virgaque verrat humum.
Frondibus et fixis decorentur ovilia ramis,
Et tegat ornatas longa corona fores.
Caerulei fiant vivo de sulfure fumi,
Tactaque fumanti sulfure balet ovis.

Quemadmodum his versibus *staflare persondrom* descriptum legimus, sic *sorsale* Fast. IV, 725 sqq.

Certe ego de vitulo cinerem stipulasque fabales
Saepe tuli plena februa casta manu.
Certe ego transilui positas ter in ordine flammas,
Udaque roratas laurea misit aquas.

11. Hos versus eo libentius laudavi, quia non solum monstrant, quale fuerit *staflare* et *sorsale persondrom*, quibus ovibus februatum sit, sed etiam *Tefram Joviam* Palem intelligendam esse probant. Quid enim similius invenias ritibus sexti sacrificii *πεστε Ασιανε φετε, ξερεφ φετε, πελσανα φετε, αφFια εστεντε; πενι φετε, ταζεξ πεσνιμε αφιπεφ αφFις*, quam hos versus Fast. IV, 741 sqq.

Ure maris rores, taedamque, herbasque Sabinas,
Et crepet in mediis laurus adusta focis;
Libaque de milio milii fiscella sequatur:
Rustica praecipue est hoc dea laeta cibo.
Adde dapes mulctramque suas: dapibusque resectis
Silvicolam tepido lacte precare Palen.

Pro *ξεϱεφ* hic leguntur herbae Sabinae, de quibus Plinius H. N. XXIV, 11. §. 61.: »Herba Sabina, brathy appellata a Graecis — a multis in suffitus pro ture assumitur«; cf. Virgil. Cul. 402. Ovid. F. I, 343. Prop. IV, 3, 58. In sequentibus vero apud Ovidium precibus inter multa illis, quae in septima tabula praecipiuntur, similia hi quoque versus leguntur:

Tu, dea, pro nobis fontes fontanaque placa
Numina; tu sparsos per nemus omne deos.

Hinc *Φανταλεϱε* in nono sacrificio de Fontinalibus accipere minime dubitavi, quod sola causa fuit, quod *Ρεπινιε* IV, a, 27. Robigalia designare putaverim: *Τϱα Σατε* vero IV, a, 31. s. *Traha Sahatu*, VII, a, 5 et 39., quia lac saccatum apud Umbros sic dici potuit, pro Sementivis feriis accipere (vid. Partic. III, §. 22.) non amplius audeo. Etiam *φαϱε Σεhμενιαϱ hατετε* IV, a, 42. pro foro Semoniae sacro accipere jam dubito, quia res sacra potius quam locus sacer posci videtur: nam verbis quoque *Fακακαμ IαFια* et *Fακακαμ Καϱετιες* IV, a, 1 et 4. s. cum foco Jovio et cum foco Curitis non tam aram quam sacra in ara facienda designata existimo. Praeterea *hατετε* numerus pluralis imperativi mihi esse videtur, ut *τεσετετε* antecedens, pro *haβετετε* scriptus, ut IV, a, 11. *κϱενκατϱεμ hατε* pro *κϱικατϱε haβετε* V, b, 27 sqq. exaratum est; tum *Σεhμενιαϱ* dativus pluralis est, *Semonias* autem Penates interpretor, quos Virgilius quoque Aen. IX, 259 sq. cum Vesta s. *Tursa Jovia* conjunxit; *foro(m)* igitur *φόϱον* s. debita sacra.

12. Reliquis omnibus, quae in ipsis sacrificiorum praeceptis leguntur, jam satis illustratis in superioribus particulis, nunc mihi explicanda sunt, quae post octavum sacrificium IV, a, 8. adjiciuntur. Quum autem primum eorum vocabulum *σFεπε* mihi non differre videatur a *sepu*, quod Volsca inscriptio Velitris reperta exhibet, cujus nihil adhuc praeter initium: *Deve Declune statom*, h. e. Divae Declunae sacrum, et finem: *Ec se cosuties Ma. Catafanies medix sisti atiens*, h. e. ex se consumptis Mam. Catafanius meddix sisti jussit (addicens), in tertia particula §. 11. interpretatus sum, reliqua ejusdem inscriptionis praemittere liceat.

Sepis atahus pis velestrom facia esaristrom sebim, asif vesclis vinu arpatitu;
Siquis privatus piamen voluntarium faciat focaria veneratione, in aris vasculis vino libato;
sepis toticu covehriu, sepu ferom: pihom estu.
siquis magistratus cumulet, si qua feria: pium esto.

Si quis dubitet de Volscorum, inter Oscos et Latinos quasi mediorum, origine ex gente Umbrica, convinci poterit hac inscriptione prorsus fere Umbrica, licet in nonnullis Oscorum, in aliis Latinorum linguae propiore. Sicut in inscriptione Lerpirii *duir dertier dierir* h. e. *duins derties dieris* pro *dedit dicatis Diris* positum invenimus, sic in Volsca *cosuties* pro *consumptis* et *atiens* pro *addixit* scriptum est. Sed propius etiam ad Umbrici

sermonis indolem accedunt reliqua, in quibus, quia Paulinus a S. Bartolomaeo in dissertatione sua de Latini sermonis origine (Rom. 1802.) cum Lanzio consentit, *pis s. piamen* pro *dis s. diis* legendum, *velestrom* vero non pro Velitrarum Volsco nomine accipiendum, sed *voluntarium* interpretandum est, quippe quod a *velle* derivatum esse videtur, sicut Latini *sequestrum* a *sequi* deduxisse dicuntur. *Pis velestrom* igitur est piamen voluntarium, quod *atahus facia esaristrom sebim*, h. e. privatus faciat focaria veneratione, oppositum illi, quod *toticu covehriu ferom*, h. e. magistratus cumulet in feria s. ritu sollenni. Opponitur enim *atahus s. ἄταγος* magistratui s. *ταγῷ*, qui *toticu(s) s. τϑFτιχς* in Oscis inscriptionibus dicitur.

13. *Sepis* etiam Osci pro *siquis* dixerunt, unde *sepu*, ad *ferom* si refertur pro *Fεϱϑφε* IV, a, 9 s. *verofe* VI, a, 47 positum, casus localis est; *sebim* vero, perperam in duo vocabula divisum, respondet Umbrico *σεFϑμ* IV, b, 5. s. *sevom* VI, b, 56., quocum *esaristrom*, ab *εξαϱια*, quod I, 27. *ἐσχαρίδα* s. foculum designat, derivandum, in casu locali constructum est. Focaria veneratio, qualem Livius intellexit, II, 12, sub fin. de Scaevola scribens: »Dextram accenso ad sacrificium foculo injicit«, in Volsca inscriptione circumscripta est verbis *asif vesclis vinu arpatitu*, quorum *arpatitu* solum in Iguvinis tabulis non legitur. Neque tamen dubito, quin hoc vocabulum, ex praepositione *ar* pro *ad* et participio *patitu* pro *potato* compositum, idem significet, quod *libato* apud Romanos: vinum enim libari solebat *patĕris*, quae mihi ad *ποτῆρας* referendae videntur, sicut *κρατῆρες craterae* dicebantur. Ipse Varro L. L. V, 26, §. 122. pateras ad pocula refert, licet ab eo, quod pateant, dictas existimet. Pro poculis in nostra inscriptione *vesclis* legimus, quibus vascula designantur in Iguvinis tabulis. An *asif vinu* cum *ανζιφ Fινϑ* V, a, 25. comparandum sit, in dubium vocari potest, quia VI, a, 50. *aso* ab *onse* distinguitur et aram designare videtur. Apud Romanos quoque *aras* primum *asas* dictas Macrobius S. III, 2. e Varronis divinarum libro V. testatur, quod esset necessarium a sacrificantibus eas teneri (cf. Serv. ad Virg. A. IV, 219), ansis autem teneri solere vasa. Quod si *pihom estu* vertamus *pium esto*, inscriptio similis est veteri illi Romanae apud Pignor. symbolic. epist. n. 30.: »Siquis hic »hostia sacrum faxit, quod magmentum nec protollat, idcirco tamen probe factum esto«, h. e. ut Sigonius de antiq. jur. provinc. II, 6. a med. interpretatur, si ita sacrum fecerit, ut exta pinguia et aucta non proferat, nihil tamen triste portendat, cf. Grut. p. CCXXIX, col. 2. Orell. 2489 sq. *Facia* pro *faciat* dixerunt Volsci, quemadmodum Umbri *si* pro *sit*: ergo *covehriu* quoque pro *cumulet*, ut *stahu* pro *stet* legitur in fine ejus inscriptionis, quam primam feci in inscriptionibus minoribus primae particulae. *Ασαμα καϑFεϱτα* V, a, 39. significare *in ara cumulato*, jam in secunda particula §. 34. extr. monui.

14. In quarta quidem tabula IV, a, 9. *Fεϱϑφε τϱεβλανϑ καϑFεϱτϑ* verti *ferias treblanas instaurato*; sed si *Fεϱϑφε* non differt a *ferom* in Volsca inscriptione, ad quod,

quia *sepu* post *sepis* repetitum pronominis indefiniti locum obtinet, *covehris* supplendum est, vertendum proprie fuit *feriarum treblanarum, ritu* (iterum) *cumulato.* Ad instaurationem autem sacrorum spectat ablativus ϱεστεφ pro *resitis s. repositis*, de cujus usu apud Virgilium videas Wagneri Quaest. XXXXI. ad Virg. G. III, 527. Sic Troes Aen. VII, 146., postquam Aeneas vina reponi mensis jusserat, v. 134.

Certatim instaurant epulas, atque omine magno
Crateras laeti statuunt, et vina coronant.

Hic quidem propter laetum augurium instaurantur epulae, sed propter dirum omen Aen. III, 231. et quia tunc pulchrum fuit, ut Statii verbis utar Theb. II, 88.

Instaurare diem, festasque reponere mensas,

in quarta quoque tabula praecipitur ϱεστεφ εσενθ φειτθ h. e. repostis omen facito, σFεπθ Faζετθμισε h. e. si quo cessatum sit. Sententia hujus loci clara mihi videtur, fluctuat vero singulorum verborum interpretatio. Faζετθμισε quidem, quia VI, a, 47. *vasetome fust* scribitur, cum subjunctivo σε pro *si(t)* compositum agnoscitur; sed ignoratur, cur non *vasetom fust s.* Faζετθμ σι exaratum sit, quemadmodum in precibus *vasetom est* pro *vacatum est* scribi solet. An *vasetome* casus localis est, ut *esome* pro εσθμεκ (*in hoc*)? ut *in vacato* scriptum sit pro *cessans!* Tum si πιFαξ φεστ s. *pihos fust* recte explicatur *piandus fuerit*, αντεϱ Faκαξε s. *ander vacose* interpretandum videri possit *inter vacanda.* At εκαϱ πιFαξ s. *ocar pihos* in genitivo VI, a, 48. *ocrer pihaner*, non *ocrer pihoser* scribitur: hinc αντεϱ Faκαξε verti *inter vacantia*, quemadmodum in Sabin. ep. I. sub fin. Ulyxes ad Penelopen scripsit:

Forsitan ante dapes *interque vacantia vina*, h. e. nondum in mensam illata,
Ultoris pharetris utile tempus erit.

Svepo s. σFεπθ Graecae conjunctioni εἴπου (si quā) respondere potest; σFεπις certe IV, a, 18. pro *siquis* est positum; εσενθ vero s. *esono* significare αἴσιόν τι s. secundum omen, jam in altera particula §. 33. monui. Tali omine igitur cessante, ut sacra instaurarentur, auguria quoque repetenda erant; quod vero omen intelligendum sit, discimus e Virgil. G. IV, 386., ubi Cyrene

Ter liquido ardentem perfudit nectare Vestam:
Ter flamma ad summum tecti subjecta reluxit.

Conferantur, quae supra §. 1. sub fin. dixi.

15. Pro αFιφ αξεϱιατθ paullo post αFεφ ανξεϱιατθ ετθ legitur; αξεϱιατθ autem s. *aseriatu* VI, a, 47. non eodem modo explicandum esse, quo ανξεϱιατε s. *aseriato* VI, a, 48. ante ετθ, sed *aseriatu* pro imperativo, *aseriato* pro accusativo accipiendum, ut αξεϱιατθ tamen idem significet, quod ανξεϱιατθ ετθ, h. e. *augurium capito*, in secunda particula §. 20. monui. Quod autem idem bis praecipiatur, mirari possemus, nisi verba πανε

πεπλεμ αφερεμ Ϝερίες jam supra §. 4 sq. explicata indicarent, de novis ritibus hic agi. Hinc etiam *πενε κεFερτες* non ad instauranda sacra vel ad verba *Ϝερεφε τερεπλανε κεFερτε* refero, sed, ut Caesar B. C. III, 46. *his rebus completis* scripsit, *postquam compleveris* verto. Illa enim, quae proxime sequuntur, etsi paullo post ad auguria sermo redit, ad alios tamen sacrorum ritus spectant, quos ut recte intelligamus, similia quaedam e quinta tabula proferre liceat, ubi V, b, 27 sqq. sic scriptum legimus:

Πενε ανπενες, κρικατρε τεστρε εεξε Ϝαβετε: απε απελες, μεφε ατεντε.

Απε περτεFιες, τεστρε εεξε Ϝαβετε κρικατρε; αρFιε εστετε, πενι φετε.

In his protasin *πενε ανπενες*, h. e. postquam operatus eris, vel *απε περτεFιες*, h. e. quum consecraveris, excipit eadem fere apodosis, quae in quarta tabula paullo aliter scripta est *κρενκατρεμ Ϝατε, ενεμεκ πιρ̀ αϜτιμεμ εντεντε*, et VI, a, 49. *crincatro hatu destramescapla, anovihimu, pir endendu. Κρενκατρεμ Ϝατε* igitur scriptum est pro *κρικατρε(μ) Ϝαβετε*, h. e. circulationem habeto sive pompam in orbem ducito, quae quidem cum ovatione (*αϜτιμεμ* s. *εεξε*, h. e. *εὐασμῷ* s. *ἰυγμῶ*, *ἰύξει*) ad dextram fiebat. *Anovihimu* imperativum jam in secunda hujus operis particula §. 31. *ova*, *jubila*, interpretatus sum; quia vero casus localis *αϜτιμεμ* cum *πιρ̀ εντεντε* s. piamen intendito (*munera supplex tende*, *petens pacem*, apud Virg. G. IV, 534 sq. *ἔπαιρε δὴ σὺ θύμαθ' ἡ παροῦσά μοι Πάγκαρπ', ἄνακτι τῷδ' ὅπως λυτηρίους Εὐχὰς ἀνάσχω δειμάτων ὧν νῦν ἔχω* apud Sophocl. El. 634 sqq. unde corrigendum est, quod in particula II, §. 30. scripsi) constructum est, circulationem illam non tam more Graecorum interpretor, apud quos *κύκλιοι χοροὶ* circum Bacchi aram celebrari solebant, quam more Romanorum, quorum sacrum amburbium ad Urbem lustrandam quotannis factum Lucanus I, 592 sqq. descripsit. Nam in hoc quoque, ut in ambarvali sacro, carmina cantata esse, Vopiscus testatur in Aurelian. c. 20.

16. Quemadmodum V, b, 27. tam *απελες*, quam *ανπενες*, ab imperativo *απεντε* II, 27. s. *αμπεντε* II, 23. deducitur, sic *εντελες* ab *εντεντε*; imperativus *στεπλατε* vero s. *stiplatu* pro *firmato* positum est, quemadmodum Symmachus I, 11. scripsit: »Sponsionem »*stipulat*, h. e. firmat, affectio«. Quemadmodum porro apud Virgilium G. IV, 386. Cyrene omine firmat animum, sic in nostra tabula piamen firmatur auguriis: haec enim indicari nominibus *παρφαμ τεσFαμ* in casu locali positis, versus in initio sextae tabulae docet:

Parfa, curnase, dersva; peiqu, peica, merstu.

In hoc versu *dersva* et *merstu* adjectiva esse, quorum illud et ad *parfa* et ad *curnase*, hoc et ad *peiqu* et ad *peica*, appositum sit, cognoscitur ex sequentibus: *parfa dersva*, *curnaco dersva; peico mersto*, *peica mersta:* eodemque modo Plautus Asinar. II, 1, 11 sq. scripsit:

Impetritum, inauguratum'st: quovis admittunt aves.
Picus, cornix est ab *laeva;* corvus, parra ab *dextera.*

Nam eos, qui hoc loco *porro* legunt, refellit Prudentius in Symmach. II, 570 sqq. quaerens:

Cur Cremerae in campis *cornice* vel oscine *parra*
Nemo deûm monuit perituros Marte sinistra
Ter centum Fabios, vix stirpe superstite in uno?

Quemadmodum hic cornice vel oscine parra *sinistra* triste, sic apud Plautum corvo et parra *ab dextera* laetum datur augurium; Umbrorumque *παῤφαμ τεσFαμ* esse Plauti parram dexteram, in dubium vocari nequit. Quia secundum Ciceronem de div. II, 38. aliis a laeva, aliis a dextra datum est avibus, ut ratum auspicium facere possint, in Iguvinis tabulis, ut apud Plautum, duae aves dextrae, duae laevae vocantur, etsi in nominibus avium differentia quaedam agnoscitur. Supra quidem dextram manum apud Umbros *destram*, non *dersvam s. desvam* (*taishwo* apud Ulfilam), sinistram *nertram*, non *merstam*, appellatam vidimus; sed Umbri inter *dersvom* et *destrom*, interque *merstom* et *nertrom* sic distinxisse videntur, ut Graeci antiqui inter *δεξιὸν* atque *δεξιτερὸν*, interque *λαιὸν s. σκαιὸν* atque *ἀριστερὸν*, quum apud Homerum Od. XXIV, 311 sq. *οἱ ἐσθλοὶ ὄρνιθες* non *δεξιτεροὶ*, sed *δεξιοὶ* vocentur, cf. Jl. XXIV, 294. 312. 320. Od. XV, 160. 164. 525. 531.

17. Graecorum augures septentrionem versus spectasse, ex Hom. Jl. XII, 239 sq. intelligimus; sed Romanum augurem Cicero de div. I, 17. ad meridiem spectantem constitisse dixit. Hinc idem de div. II, 36. alia aliis sinistra fuisse scripsit, ut quaedam essent etiam contraria: ipse Plautus Aulul. IV, 3. sibi contradicit scribendo:

Non temere est, quod *corvus* cantat mihi nunc *ab laeva manu:*
Semel radebat pedibus terram, et voce crocibat sua.
Continuo meum cor coepit artem facere ludicram.

Non igitur mirandum est, quod in Iguvinis tabulis *parfa, curnase, dersva; peiqu, peica, merstu*, laetum fiat augurium, apud Plautum contra in Asinaria dicatur: *picus, cornix est ab laeva; corvus, parra ab dextera.* Etsi enim Cicero de div. I, 39. cum Plauto consentit, quaerendo: cur a dextra *corvus*, a sinistra *cornix* faciat ratum? Horatius tamen C. III, 27. in illo carmine, cujus initium est: »Impios *parrae* recinentis omen ducat«, v. 9 sqq. cecinit:

Antequam stantis repetat paludes
Imbrium divina avis (*cornix*) imminentem,
Oscinem *corvum* prece suscitabo
Solis ab ortu.
Sis licet felix, ubicumque mavis,
Et memor nostri, Galatea, vivas:
Teque nec laevus vetet ire *picus*,
Nec vaga *cornix.*

Ibi laevus picus cum vaga cornice triste facit augurium, oscen corvus vero suscitatur solis ab ortu, h. e. a parte sinistra auguris, Romanorum more meridiem spectantis, ut triste

cornicis augurium laetum reddat: neque haec differentia inde potest explicari, quod Servius ad Virg. A. IV, 462. annotavit, oscines bonas praepetes (alites) malas fuisse et contra, quum in hoc quoque non consentiant populi. Nostris majoribus dextera meliora visa esse, Grimmius in Germanorum mythologia p. 657 sq. monuit; nihilo secius in Appendice pag. XXXVIII. legitur: »Dum iter aliquod faciunt, si cornicula ex sinistra eorum in dexteram »illis cantaverit vel volaverit (cf. Virg. Ecl. IX, 14 sq.), inde se sperant habere pro»sperum iter«.

18. Bene Cicero de div. II, 39., quum dixit: »Nobis sinistra videntur, Grajis et »barbaris dextra, meliora«, addidit: »quanquam haud ignoro, quae bona sint, sinistra nos »dicere, etiamsi dextra sint; sed certe nostri sinistrum nominaverunt, externique dextrum, »quia plerumque melius id videbatur«. Umbros quoque, ut Romanos, sinistra dixisse bona, e verbis *mersta(f) avei(f), mersta(f) angla(f)* VI, b, 3 sq. intelligitur, in quibus oscines *aves*, alites vero *anglae* s. aquilae dici videntur. Secundum Festum: »*Oscines* aves App. »Claudius esse ait, quae ore canentes faciant auspicium, ut corvus, cornix, noctua; *alites*, »quae alis ac volatu, ut buteo, sanqualis, aquila, immissulus, vulturius: picus autem Mar»tius Feroniusque et parra et in oscinibus et in alitibus habentur«. Idem Festus tamen scripsit: *Oscinum* tripudium est, quod oris cantu significat quid portendi, cum cecinit corvus, cornix, noctua, parra, picus«; atque Horatius l. l. cum pico vagam cornicem conjunxit, de noctua tanquam nocturna avi prorsus tacuit. Inter *alites* distinguebantur etiam *praepetes* s. *οἰωνοὶ τανυπτέρυγες* Hom. Jl. XII, 237. et *inferae*, Gell. N. A. VI, 6. et Serv. ad Virg. A. III, 359. quarum *praepetes* easdem esse puto, quas App. Claudius alites dixit, *inferas* vero aves, quae et in oscinibus et in alitibus habebantur. In Iguvinis tabulis contra distinguuntur aves *pernaiar* et *postnaiar* s. priores et posteriores, quod discrimen equidem, quum loci ratione habita dexterae et sinistrae aves distinguantur, propter auguriorum combinationes ad tempus referendum puto. Ceterum fallitur Lutatius, qui ad lib. III. Thebaidos annotavit, infelices aves dici feminino genere, felices masculino: in Iguvinis certe tabulis *picus* et *pica* pari sunt honore. Illa pica autem, quum corvi locum obtineat, cujus Prudentius pariter ac Plautus et Horatius meminit, fortasse non est *pica varia*, garrulitate sua infamis, sed *pica glandaria* Plinii s. *corvus caryocatactes* Linnaei, *κίσσα* Graecorum. Imperativum *κεμπιφιατε* IV, a, 14. jam in secunda particula §. 33., ut *τεφε τετε ΙκεFινε* §. 34., explicare conatus sum. An *Fεα*, quod in superiore particula §. 24., sicut supra §. 5., cum Graeco adverbio *εὖ* comparavi, tanquam neutrum pluralis numeri ad *αFιεκλα* referendum sit, dijudicare nescio; *αFιεκλα* vero avium auguria interpretor, ut *Fαπεφεμ αFιεκλεφε favente avium augurio*, atque si *αFιεκλα ετε augurium capito* significat, *Fεα εσενεμε bona omine* explicari potest.

19. *ΠϕινεFατε* s. *prinuatur* suffimenta designare in secunda particula §. 31.

probavi; sed si quaeritur, cur verba cum hoc nomine constructa, ut imperativi *ετετα* IV, a, 23. et *τασετετα* IV, a, 41. et subjunctivus *σταɬεϱεν(τ)* IV, a, 15., in plurali numero legantur, hoc mihi indicare videtur, *suffimenta* non ab uno homine, sed ab omni populo agi: atque nescio, an *ετατα*, *ɬαβετατα* cet. pro tertia quoque persona pluralis numeri accipienda sint, sicut *σταɬεϱεν(τ)*. Pluralis quidem numeri est etiam nominativus *πανιζατε* s. *ponisiater* VI, a, 51. pro *puniceati* s. *purpurati;* sed quare omnes e populo, tanquam augures purpura induti, *πεϱκαφ* h. e. lituis de coelo servare debuerint, equidem non dispicio. Num plures augures intelligendi sunt, quia in sequentibus tota Tadinas tribus in quatuor nomina dividitur? Sequitur tamen singularis numerus *πανε μενες* pro *ape benust* VI, a, 52 sq., quod supra §. 6. jam interpretatus sum, et *ετανϱ σταɬμα*, pro quo VI, a, 53. *etur stahmu*, VI, a, 55. *ehetur stahamu* scriptum est. Si *σταɬμα* imperativus est verbi deponentis *ἵστασθαι*, *ehetur*, sicut *prinuatur*, pro accusativo pluralis numeri in quarta declinatione accipiendum est, et sicut *ehiato* VII, b, 2, pro quo V, b, 8. 11. *εFειετα* legitur, ovatus s. ovationes significat, ita ut *ετανϱ σταɬμα*, sicut *εFειετα* (*σεFαχνι*) *ναϱατα*, verti possit *παιᾶνα ἵστασο* s. paeanem sacrum dicito. Sic Homerus de Graecis cecinit Il. I, 472 sq.

Οἱ δὲ πανημέριοι μολπῇ θεὸν ἱλάσκοντο,
Καλὸν ἀείδοντες παιήονα, κοῦροι Ἀχαιῶν.

Quemadmodum paean iste differt ab *ἰυγμῷ*, sic *ετανϱ* ab *αɬτιμεμ*, et imperativus *ehetur stahamu* ab *anovihimu* VI, a, 49. Ceterum *αɬτιμεμ* eandem flexionem habet, quam *ακεϱανιαμεμ*, pro quo IV, a, 43. *ακεϱενιε* legitur: differt autem *νανμεμ* eo, quod prima *n* litera in nomine radicalis est. Verumtamen terminationem *μεμ* non magis diversam puto a terminatione *m*, quam *φεμ* a *φε* in verbis *Fαπεφεμ αFιεχλαφε* IV, a, 14. Est igitur *ακεϱενιαμεμ* casus localis nominis *ακεϱενια*, quod, quum ad *πϱινανFατα* s. suffimenta referendum sit, turificationem de acerra designare videtur. Sic etiam Aeneas apud Virg. A. V, 744 sq.

Pergameumque Larem et canae penetralia Vestae
Farre pio et plena supplex veneratur *acerra.*

20. Verbis *σFεπις Fαβε* VI, a, 55. additur *esme pople*, h. e. in hoc populo, unde dubitari nequit, *σFεπις ɬαβε*, etsi VI, a, 54. *sopir habe* exaratum est, *si quis habet* esse vertendum; *πανϱτατανλα* vero VI, a, 55. duobus verbis *portatu ulo* redditur, quorum hoc *ullum* s. *aliquid* significare potest, illud vel portatum vel idem fere quod *πανϱιτα* IV, a, 39., h. e. consecratum diisque dicatum. *ɬαβε* fortasse indicativus est, *ανϱ* vero, cum *πανϱε μεϱς εστ* h. e. *prout salutare est* (cf. particula IV, §. 14.), sicut imperativus *φειτα* cum *πανα μεϱς εστ* h. e. *ubi* s. *quando salutare est*, conjungendum, subjunctivus *urat:* nam Latinis quoque literis VI, a, 55. *uru* scriptum legitur. *Σταɬεϱεν* pro *σταɬεϱεντ* s.

stiterint scriptum esse, imperativus *stahitu* VI, a, 56. docet; τεῤμνεσκȣ vero, pro quo VI, a, 53. 55. 57. singularis *termnuco* legitur, secundum ea, quae in tertia particula §. 24. dixi, *cum flammis* vertendum est. Pro αῤμανȣ κατεῤαμȣ apud Dempsterum quidem VI, a, 56. *arimahamo caterahamo* scriptum est, sed Gruterus *armahamo* exhibuit: quia vero apud utrumque *deitu* antecedit, verba illa pro accusativis accipienda sunt, ab imperativo *deitu* s. *dicito* dependentibus. Hinc αῤμανȣ κατεῤαμȣ rectius scriptum et ἄρμενον καθαρμὸν s. gratam expiationem designari puto: ετατȣ vero IV, a, 21., ante quod VI, a, 63. idem imperativus *deitu* suppletur, sicut ετȣῤ IV, a, 16. paeanem sive potius παιανισμὸν significare videtur. *IκȣFινȣ* IV, a, 20. sicut *pihaclo* VI, b, 54. pro genitivo pluralis numeri accipi posset, nisi VI, a, 56. *Iovinur* scriptum esset, sicut VI, a, 63. *Ijovinur*, pro quo IV, a, 21 et 22. *IκȣFινȣς* exaratum legitur. Num igitur cum imperativo *expiatorium carmen* et *paeanem dicito* accusativus est constructus, quasi simplex verbum esset positum παιάνιζε? Reliqua jam supra §. 5 et in secunda particula §. 31 sq. satis illustrata sunt, ut ad ea progredi possim, quae post undecimum sacrificium adduntur. Ex illo loco vero, quem saepius jam laudavi, Virg. G. IV, 379., ad verba απῤετȣ τȣῤες ετ πȣῤε conferre liceat dictionem: »Panchaeis adolescunt ignibus arae«. Quemadmodum ibi libatio cum precibus sequitur, sic in nostra tabula praecipitur: τῤιιȣπεῤ αμπρεϝτȣ, τῤιιȣπεῤ πεσνιμȣ, τῤιιȣπεῤ ετατȣ *IκȣFινȣς*.

21. In ritibus purgatoriis per nonum et decimum et undecimum sacrificium observandis duo prima vocabula πȣνε πȣῤτινζȣς pro απε πȣῤτιιȣς nobis jam nota sunt; tertium vero καῤετȣ imperativum ut Latinorum *caedito* interpretor. Sequentia ad ritus per tria modo dicta sacrificia observandos spectare, triplex docet verborum εῤȣς τεῤα, h. e. *incantationes dicas*, repetitio post verba πȣφε απῤȣφ φακȣῤεντ scil. Φȣντλεῤε, Ῥȣπιναμε, Τῤα Σαϝτα: in his autem tria vocabula dupliciter scripta leguntur, quae bene distinguenda sunt. Primum πȣφε et πȣξε, quorum illud idem casus instrumentalis pronominis relativi esse videtur, qui απῤȣφ, hoc alias *sicut* significat, hoc loco correlata sunt, quasi πȣξε *eousque* s. *per totum illud tempus*, atque πȣφε *quando* s. *ex quo* interpretandum sit. Deinde τεῤα praesens, τεῤȣστ praeteritum tempus subjunctivi est, κȣπιφιατȣ imperativus *combinato*, κȣπιφιαια adjectivum ad Τῤα Σαϝτα tralatum, eodem tamen modo, ut combinatione secunda designentur auspicia, interpretandum. *Ενε* et ενȣ pro ενεμ et ενȣμ casu locali posita sunt pronominis *enur*, et *inde* significant: notandum autem, quod πȣστῤȣ, bis cum Ῥȣπιναμε conjunctum, post Τῤα Σαϝτα et, quod idem significat, Σαταμε, omissum sit. Praeterea post Ῥȣπιναμε πȣστρȣ κȣFεῤτȣ αντακῤε, κȣματε πεσνιμȣ, legitur: ενȣ καπι σακῤα αιτȣ, Fεσκλȣ Fετȣ; sed post Σαταμε κȣFεῤτȣ cet. ενȣ εσȣνȣ, quae quid significent, supra jam expositum est. Πȣστεῤτιȣ facile agnoscitur e πȣστ et τεῤτιȣ s. *post* et *tertio* compositum; at πανε ατεῤα φȣστ s. *pane andirsa fust* VII, a, 46. non

confundendum est cum *απε τερσοτ* IV, a, 34., etsi *πανε* idem quod *πσνε* significare videtur, sed vertendum *quando populo indictum fuerit* s. potius *res indicta fuerit*, quia *ατερα* in feminino genere scriptum est. *Ϝατρα* s. *hondra* adverbium est, ut *ενε* s. *ενσ*, *posthac* significans: reliqua jam satis illustrata sunt. Cur in ratihabitione quaestoritia, in margine quintae tabulae repetita, *τιτισατε* pro *τιτε* s. *dicate* exaratum sit, pariter ignoro, atque utrum *ϜσϜζιϛ vobis* an aliter interpretandum sit: *σϜεσσ(μ)* tamen pro *sueto* dici potuisse puto, quemadmodum in inscriptione Lerpirii *farer* s. *fasis* pro *factis* positum invenimus, atque *σσαιε* audientiam s. approbationem interpretatus sum, quia *ose* in precibus pro *audias* legimus. *Τειεϛ* pro *deis* s. *diis* scriptum esse, ut in Scipionum monumentis *mieis* pro *meis*, minime dubito: Umbrica enim litera *τ* etiam pro *d* poni solebat.

22. Quamvis non omnia sic perspexerim, ut certa sit interpretatio, ex illis tamen, quae satis certe perspecta sunt, varias nominum verborumque flexiones addiscimus, quas nunc colligere liceat. De verbis quidem tam pauca leguntur, ut ne dici quidem possit, qualem flexionem prima persona pluralis numeri habuerit; conjugationem tamen quadruplicem fuisse, sicut apud Romanos, ex imperativis cognoscitur, ut *στεπλατσ*, *Ϝαβετσ*, *φικτσ* et *φειτσ* s. *φετσ*, *αιτσ*; *stahamu* s. *stahmu* VI, a, 53. 55., *sehemu* s. *semu* VI, a, 16. 36. *anovihimu* VI, a, 49. et *persnihimu* s. *persnimu*. Character vero conjugationis haud raro mutatur vel abjicitur, ut non solum *stahitu* et *stahituto* VI, a, 53. 56. pro *stahatu* cet. aut *habitu* et *habituto* VI, a, 4. 51. pro *Ϝαβετσ* V, b, 23. et *Ϝαβετατσ* IV, a, 15., sed etiam *comoltu* et *καμαλτσ* pro *cumulato*, *seritu* pro *servato*, et *covertu* pro *confercito* legatur: unde *arpatitu* quoque pro *appotato* in Volsca inscriptione scribi potuit. In participiis *dirsans* s. *dirsa(s)* III, b, 8. 11. 13. 16. pro *dicens*, *tases* s. *tasis* VI, a, 20. 23. et *ταζεξ* IV, a, 26. 30. 44. pro *tacens*, *atiens* pro *addicens* in Volsca inscriptione, *persnis* denique s. *pesnis* VI, a, 39 sqq. discernitur quidem quadruplex conjugatio; sed pro *πιϜαξ* IV, a, 7. etiam *pihas* VI, a, 47. scriptum est, ut *conegos* s. *conecos* VI, a, 5. 16. VII, a, 37. pro *καναικαξ* I, 15. 18. 20. s. *conicans* h. e. *κονίπτων* s. *κονιῶν*, atque in Lerpirii inscriptione *duir*, *for*, *fovfer*, *sirtir*, pro *duens*, *fovens*, *fovefaciens*, *sistens*, ut in precibus Umbricis *fos* s. *fons* pro *fovens*, legitur: imo *vesteis* VI, b, 22. pro *vestis* VI, a, 25. exaratum est. Hinc non mirandum, quod etiam *στατϜερεν* IV, a, 19. pro *staharent*, *haburent* contra VII, a, 52. pro *haberent*, ut *habus* VI, a, 40. pro *habiest* VI, a, 50. legatur, quodque terminatio praesentium temporum iisdem varietur vocalibus, quae in mediis quoque syllabis permutantur. Quemadmodum enim *pane* et *pafe* VII, a, 46. 52. pro *πσνε* et *πσφε*, vel *πρεϜαβια* III, a, 12. pro *πρεϜαβια* III, a, 4. et *καμαλτσ* I, 28. V, a, 9 sq. 41. pro *καμαλτσ* IV, b, 35. scriptum est, sic in Volsca inscriptione tam *covehriu* pro *conferciat* quam *facia* pro *faciat*, atque in inscriptione cippi inter Bastiam et Assisium reperti *stahu* pro *stet* legitur: eademque cum varietate in secunda persona *τερα* IV, a, 34 sqq. s. *dersa* VII, a, 43 sq. pro *dicas*, *Ϝαβια*

III, a, 17 sqq. pro *habeas*, et in precibus *ose* pro *audias*, sed in tertia persona ȣϱȣ IV, a, 18. s. *uru* VI, a, 55. pro *urat* exaratum est.

23. Quemadmodum in istis subjunctivis litera finalis abjecta est, sic etiam in indicativo IV, a, 18. *Ϝαβε* pro *habet* legitur, et IV, a, 8. *Ϝαζετȣμισε* s. *sit* pro *vasetome fust* s. *fuerit* VI, a, 47. Imo in praeteritis subjunctivi secunda et tertia persona adeo non solet distingui, ut in utraque persona litera *t* post *s* modo addatur, modo omittatur. Hinc VII, a, 43. *purdinsiust* scribi potuit pro *πȣϱτινζȣς* IV, a, 33., ut *pesnis fust* pro *pesnis fus* IV, a, 40 sq. et *αμπϱεφȣȣς* s. potius *αμπϱεφȣς* IV, a, 20 sq. pro plurali forma *ambrefurent* VI, a, 56. Quodsi accedunt ejusmodi literarum permutationes, ut *εντελȣς* imperativo *εντεντȣ* IV, a, 12. s. *entelus* VI, a, 50. imperativo *endendu* respondeat; quam maxima inde oritur verborum varietas. Sic *benust* VI, a, 53. pro *μενες* IV, a, 15. legitur, ut V, b, 27. tam *ανπενες* quam *απελȣς* pro *απελȣστ* III, a, 17. ab imperativo *απεντȣ* II, 27. s. *αμπεντȣ* II, 23. vel *ahavendu* VII, a, 27.: nec scio, an *πȣϱτȣϜιες* V, b, 28. idem verbum sit, atque *πȣϱτιιȣς* V, a, 9., pro quo etiam *πȣϱτιτιȣς* IV, b, 34. et *purdinsus* VI, a, 38. s. *purdinsiust* VII, a, 43. exaratum est. In Quaestoris ratihabitione *τιτιστε* pro *τιτε* legimus: at si *τιτε* in plurali numero pro singulari *τετȣ* V, b, 21. s. *τειτȣ* V, a, 26. s. *τεϱτȣ* V, a, 40. scriptum est, *Ϝεστιζε* quoque V, a, 4. pro *Ϝεστικατȣ* V, a, 37. scriptum videri potest, quemadmodum *pihaf(e)i* in precibus (partic. II, §. 17.) *fac ut pietur* interpretatus sum. Utrum *furfant* VII, a, 43. pro *φȣϱφαϑ* IV, a, 1. ab imperativo *efurfatu* VI, a, 17. et VII, a, 38. pro singulari numero subjunctivi accipiendum sit, an e pluralis numeri forma *furfarent* contractum, equidem dijudicare non ausim. Quicquid est, quod statuas, tertiam personam pluralis numeri in quovis tempore in *nt* desiisse, dubitari nequit, quia VI, b, 15. *porsei subra screhitor sent* pro *pusei subra screhto est* VII, b, 3. sic scriptum est, ut VI, a, 62. *ape este dersicurent* pro *ape este dersicust* VI, a, 63: nihilo secius VII, b, 4. *arfertur — motar sins* legitur pro singulari *μȣτȣ αϱφεϱτȣϱε σι* III, b, 6 sq. et quemadmodum supra literam *t* in *σταϜεϱεν* abjectam vidimus, sic e contrario litera *i* additur in *porsi — ostensendi* VI, b, 20. ab imperativo *ostendu*.

His si addideris *subocav suboco*, pro *supplicavi* et *supplico* secundamque personam pluralis numeri *covortuso, benuso*, VI, a, 64., cum imperativis in secunda particula §. 3. illustratis, quia prima persona pluralis numeri nusquam legitur, omnes habes verborum formas, ex quibus haec paradigmata constituere licet.

	Sum.		*Habeo.*		
Praesens indic.	subjunct.	Praet. subjunct.	Praes. indic.	subjunct.	Praet. subjunct.
S. 2. es.	*sis, sir, s(e)i.*	*fu(u)s.*	habe(s).	*habia(s).*	*habiest, habus.*
3. *est.*	*si(t).*	*fust.*	*habe(t).*	habia(t).	habiest.
P. 3. *sent, sendi.*	*sins.*	*furent.*	habent.	habiant.	*haburent.*

Praeteritum subjunctivi.

	ab imperativo *πεντȣ* s. *vendu.*	ab imperativo *κȣFεϱτȣ* s. *covertu.*
S. 2. et 3.	*benus, benust, μενες, πενες, πελȣς.*	*covortus, courtust, κȣFȣϱτȣς.*
P. 2.	*benuso.* 3. *βενȣϱεντ.* III, a, 25 sqq.	*covortuso.* —
	ab imperativis *αμπϱεϝτȣ, ambretuto,* s. *αμπαϱιτȣ* II, 14. *αμπαϱιϝμȣ* V, a, 42.	ab imperativis *persnihimu* s. *pe(r)snimu, persnihimumo* s. *pe(r)snimumo* VII, a, 47.
S. *αμπϱεφȣ(ȣ)ς.*	Pl. *ambrefurent.*	S. *pe(r)snis fus(t)* VI, a, 39. 40. 41. —

24. Dualem numerum, quippe quo nomina carent, in quibus etiam *duo τȣFα*, ut *tria τϱιια*, dicuntur, nemo quidem in verbis desiderabit; magis mirandum est, quod praeter deponentium formas, quales non solum in imperativis *stahamu, sehemu, anovihimu, persnihimu* et *persnihimumo*, sed in subjunctivis quoque *persnis fust, αμπϱεφȣȣς* et *ambrefurent*, agnoscimus, nihil exstet passivi generis, nisi periphrastica conjugatio. Quemadmodum enim in praeterito tempore dicebatur *πȣϱτιτȣ(μ) φȣστ* IV, a, 39., sic in verbis *ȣκαϱ πιϝαξ φȣστ* IV, a, 7. praesens tempus (*mons pietur*) circumscriptum puto; *pihaf(e)i* autem in precibus pro imperativo *fac, ut pietur*, activum est compositum, ut participium *fovfer* s. *fovfe(n)s* h. e. *fovefaciens* in Lerpirii inscriptione (Partic. IV, §. 12.). Hinc nullum verbum Umbricum praeter infinitivum, ut *far* pro *facere* III, b, 10. 15., in *r* exiret, nisi *r* pro *s* scribi esset solitum, ut *fons sir pacer sir* pro *fovens sis, pacatus sis* VI, a, 7. et *duir for fovfer* pro *dui(n)s fo(n)s fovfe(n)s* in Lerpirii inscriptione. In hac quidem inscriptione *s* litera tam frequenter in *r* transiit, ut etiam *sirtir* in fine ejus pro *sistens* positum putem; alias vero *s* neque in mediis vocibus, neque ante consonantem literam in *r* mutari solet: unde *erur* et *esur* diversa sunt pronomina, atque in praeteritis subjunctivi, etsi tertia persona pluralis in *rent* exit, nunquam tamen *urt, art, ert*, pro *ust, ast, est*, sive *ur, ar, er*, pro *us, as, es*, scriptum est. Ablativus pluralis, quotiescumque praepositio *co* postponitur, in *s* desinit, ut *τεϱμνεσκȣ* IV, a, 19; *εσȣνεσκȣ* III, a, 11; *pesondrisco* VI, a, 40., *verisco* VI, a, 44. 46. cet., unde VI, b, 18. *esisco esoneir seveir*, ut in sequentibus versibus *verisco treblanir, verisco tesonocir, verisco vehieir* exaratum est. Praepositio *αϱ* in compositis saepe *αϱ* scribitur, ut *αϱFειτȣ* IV, a, 6. pro *arsveitu* VI, a, 46.; sed *ετȣϱ* IV, a, 12. pro *etur* VI, a, 53. ob eam modo causam scriptum videtur, quia sequens verbum *σταμȣ* ab litera *σ* incipit. *S* pro *r*, si *αϱεπες* pro *αϱεπεϱ* et *ειτιπες* III, a, 2. 14. pro *ειτιπεϱ* exceperis, nonnisi in ejusmodi vocabulis invenitur, quae apud Romanos quoque antiquitus cum *s* dicebantur, ut *asa* VI, b, 9. pro *ara, ruseme* VII, a, 8 sq. 23. pro *ruri*. Ceterum Iguvinae tabulae in permutatione literarum *r* et *s* adeo differunt, ut in tertia tabula, sicut in Lerpirii inscriptione, nulla vox in *s* desinat, nisi *ειτιπες, σις, Fεπȣϱȣς, φϱατϱεκς, dirsans, homonus, Casilos*, in prima, secunda, quinta vero, sicut in Volsca et Cortonensi inscriptionibus, nulla in *r* exeat, nisi *ϝεϱτεϱ, φϱατεϱ, Iȣπατεϱ; ȣϝτȣϱ, αϱφεϱτȣϱ, τεϱκαντȣϱ;*

τριιυπερ, πιρ et praepositiones *περ, συπερ, αντερ*.

25. Isto discrimine tertiam tabulam agnosci novissimam, inde intelligitur, quod sexta septimaque tabulae, in quibus tamen nondum *πρεϝυβια* pro *πρεϝαβια* vel *Fεπυρυς* pro *vapersus*, licet *Prestote* pro *Πρεστατε*, *tesenocir* pro *τεσενακες*, *pihos* pro *πιϝαξ* et *vacose* pro *Fακαξε*, scribitur, eodem usu literae *r* differant a quarta tabula, quae, quia in *φυρφαϑ* litera *ϑ* adhuc utitur, ut prima in *πυρτυFιϑυ* I, 20., sed *IκυFινα* plerumque scribit pro *IιυFινα* II, 24. 30., omnium agnoscitur antiquissima. In quarta tabula praeter praepositiones *περ, αντερ, συπερ*, et substantiva *πιρ, αρφερτυρ, Σεϝμενιαρ*, nulla vox in *r*, in sexta vero septimaque tabulis, quatenus quartae respondent, praeter *aveis, erus, abrons, heries, purdinsus* et *pihos* pro *πιϝαξ, tases* pro *ταζεξ*, nulla in *s* desinit. At in aliis quoque eaedem tabulae differunt, ex quibus varia variis temporibus indoles sermonis Umbrici cognoscitur. Sic quarta tabula literas *r* et *s*, sexta septimaque vero *m, f, c* non raro abjiciunt, ut *υκριπε* IV, b, 12. pro *ocriper*, et *αρεπε* IV, a, 25. pro *αρεπες*, quod, ut sequenti voci *αρFες* similiter cadat, pro *αρεπερ* scribi solet; *πρινυFατυ* IV, a, 15. pro *πρινυFατυς* IV, a, 23. s. *prinuatur*, vel *IκυFινυ* IV, a, 20. pro *IκυFινυς* IV, a, 22. s. *Ijovinur*, et *πυνιζατε* IV, a, 15. pro *ponisiater* VI, a, 51. vel *κυματε* IV, a, 38. pro *comatir*; *persclo* VI, b, 1. pro *περσκλυμ, perso* VI, a, 24. 33. pro *περυμ, pesondro* VI, a, 24. pro *πεσυντρυμ, poplo afero* VI, a, 48. pro *πυπλυμ αφερυμ*, et *crincatro* VI, a, 49. pro *κρενκατρυμ; parfa desva* VI, a, 51. pro *παρφαμ τεσFαμ, nome* VI, a, 58. pro *νυμεμ*, et *vapefe avieclu* VI, a, 51. pro *Fαπεφεμ αFιεκλυφε*; *si comia trif* VI, b, 58. pro *τρεφ σιφ κυμιαφ*; *ovi, vitlu toru trif* VI, a, 43. pro *υFεφ, τρεφ Fιτλυφ τυρυφ*, et *purdita, sacra* VI, a, 18. pro *πυρτιταφ, σακρεφ; eno, esome* VI, a, 46 sq. pro *ινυκ, εσυμεκ* cet. Praeterea in sexta septimaque tabulis vel *n* geminatur, ut *ponne* VI, a, 43. pro *πυνε, ennom* VI, a, 51. pro *ενυμεκ*, vel *h* inter vocales geminatas inseritur, ut *Trahaf Sahate* VII, a, 41. pro *Τρα Σατε, persnihimu* VII, a, 45. pro *πεσνιμυ*. Interdum tamen contrarium quoque animadvertitur, ut *αμπρεϝτυ* IV, a, 21. pro *απρετυ* IV, a, 20. s. *ambretuto*, et *αμπρεφυυς* ibidem pro *ambrefus* s. *ambrefurent; enem* vel *enom Traha Sahatam* VII, a, 44 sq. pro *ενε Τρα Σαϝτα* vel *ενυ Σαταμε*.

26. Maxime memorabile videtur, quod dativus et ablativus casus, qui in quarta tabula in *e* et *a* exeunt, in sexta septimaque tabulis in *o* desinant, ut *Trebo* VI, b, 58. pro *Τρεβε, Fiso* VI, a, 3. pro *Φισε, arvio* pro *αρFια* et *vatuo* pro *FατυFα*. Verumtamen in sexta quoque tabula *este persclo* pro *esto persclome*, et *este esono* pro *esto esonome* VI, b, 1 et 56 sq. legitur, neque minus memorabilis est vocalium *i, e, ei* et *ie* permutatio. Quemadmodum enim VI, a, 19 sq. *herie* pro *ϝερι* s. *ϝερις* exaratum est, sic in dativo casu pro *KραπυFι* modo *Grabovei*, modo *Grabovie*, et in ablativo IV, a, 27. *Ῥυπινιε* pro *Rubine* scriptum legimus. Etsi in his *ιε* una syllaba pronuntiandum videtur, aliud tamen docet nominum ratio, quae ex praeceptis duodecim sacrificiorum collecta jam comparabimus.

I. *ΙȣFε Κϱαπȣ̄Fι τϱε βȣφ φετȣ: Juve Grabovei buf treif fetu.*
II. *Τϱεβε ΙȣFιε τϱεφ σιφ κȣμιαφ φειτȣ: Trebo Jovie si comia trif fetu.*
III. *Μαϱτε Κϱαπȣ̄Fι τϱε βȣφ φετȣ: Marte Crabovei buf trif fetu.*
IV. *Φισε Σαζι τϱεφ σιφ φελιȣφ φετȣ: Fiso Sansie sif filiu trif fetu.*
V. *Fȣφιȣνε Κϱαπȣ̄Fι τϱεφ βȣφ καλεϱȣφ φετȣ: Vofione Grabovie buf trif calersu fetu.*
VI. *Τεφϱε ΙȣFιε τϱεφ Ϝαπιναφ φετȣ: Tefrei Jovi habina trif fetu.*
VII. *Μαϱτε Ϝȣϱιε τϱεφ Fιτλȣφ τȣϱȣφ φετȣ: Marte Horse vitlu toru trif fetu.*
VIII. *Ϝȣντε Ζεϱφι τϱεφ Fιτλȣπ τȣϱȣπ φειτȣ: Honde `Serfi vitlu toru trif fetu.*
IX. *Ζεϱφε Μαϱτι τϱιφ απϱȣφ — φειτȣ: `Serfe Martie abrof trif — fetu.*
X. *Πϱεστατε Ζεϱφιε τϱε πȣϱκα — φετȣ: Prestote `Serfie porca trif — fetu.*
XI. *Τȣσε Ζεϱφιε τϱεφ Fιτλαφ φειτȣ: Turse `Serfie vitla trif feetu.*
XII. *Τȣσε ΙȣFιε ιFεκα τϱε φετȣ: Turse Jovie ivenga trif fetu.*

In his dativos nominum ob eam causam primo loco posui, quo magis perspiceretur duplex eorum ratio: in iis enim, quae Tuscis literis scripta sunt, prius quodque nomen in *e*, posterius in *i* vel *ie* exit; et in *ie* quidem desinunt dearum, in *i*, excepto *Ϝȣϱιε*, deorum nomina. Jam videamus causam.

27. Proprie quidem dativus singularis per omnia declinationum genera in *e* exibat, sed pro *ie* scribi poterat *i*: utrum per apocopen, an per contractionem, nos lateret, nisi *Grabovei* pro *Grabovie* scriptum doceret, *Κϱαπȣ̄Fι* extremam syllabam productam habere. Quamvis igitur pro *Τεφϱε ΙȣFιε* Latinis literis *Tefrei Jovi* scriptum sit, diversa tamen nominum est ratio: *Tefrei* enim est sola varietas pro *Τεφϱε*, ut *Trebo* s. *Trifei* secundum Gruterum pro *Τϱεβε*, et *Fiso* pro *Φισε*; sed *Jovi* contractum est e *Jovie*, ut *Σαζι* e *Sansie*, *Μαϱτι* e *Martie*, *Ζεϱφι* s. *`Serfi* e *Ζεϱφιε* s. *`Serfie*. *Jovi* pro *Jovie* diversum esse nomen a *Juve*, e diversa jam vocali primae syllabae discitur; neque dubitandum est, posterius quodque nomen, si masculinum est, in *iur*, si femininum, in *ia* desinere. *Grabovius* igitur, *Horsius* et *`Serfius* nobis scribendum est, ut *Martius* et *San`sius* s. *Sancius*, quod nomen inscriptio Veronensis apud Maffej. Mus. Ver. 90, 2. apud Orell. 1859. exhibet. Prius quodque nomen, si femininum est, in *a* solum exit, ut *Treba*, *Tefra*, *Tursa*, *Prestata* s. *Prestota*, etsi *Triviam* dixerunt Romani; si masculinum est secundae declinationis, in *us*, ut *Fisus* et *`Serfus*, etsi *Fidium* et *Silvium* dixere Romani: *Juve*, *Marte*, *Vofione* ad tertiam declinationem referenda esse videntur; *Fisovi* vero VI, a, 5. et *ΦιιȣFι* IV, b, 18. fortasse nomen adjectivum est, ut *Κϱαπȣ̄Fι* s. *Grabovei*. De ablativis illis, quos in praeceptis duodecim sacrificiorum supra collectis cum imperativo *φετȣ* constructos legimus, nihil est, quod amplius moneam; sed ut discamus, quam varie formentur et singularis et pluralis numeri ablativi, colligere liceat omnes alios, in quarta tabula cum *φετȣ* et similibus imperativis conjunctos.

IV, a, 5 sq. *FatvFa φερίνε* s. IV, a, 25. *FatvFa φερίμε*: VI, a, 45. *vatue ferine* s. VII, a, 4. *vatuo ferine.*
IV, b, 23. *Ferí Finv, Ferí πανι* s. IV, a, 6 sq. *Ferίε Finv, Ferίε πανι*: cf. VI, a, 19 sq. VI, a, 46.
IV, b, 26. *πvστε Ασιανε φετv* et IV, b, 9. *σvπα σvμτv*, pro *σvπα, πvστρα περστv* V, a, 32.
IV, b, 26 sq. *ξερεφ — πελσανα — αρFια* s. *αρFιv*: VI, a, 22. *serse — pelsana — arvio.*
IV, b, 30. *περί καπίρε περvμ φειτv*: VI, a, 24. *persi capirse perso osatu.*
IV, b, 28 sqq. *σvρvμ πεσvντρv(μ) φε(ι)τv σταφλτιFv*: VI, a, 24. 37. *pesondro sorsom fetu staflare.*
IV, a, 42 sq. *ακερvνιε φετv; περαια φετv*: VII, a, 52 sqq. *acersoniem fetu; persaea fetu.*
IV, a, 9. *φεστεφ εσvνv φειτv*; IV, a, 14. *αFιεκλα εσvνεμε ετv*: VI, a, 47. *reste esono feitu*; VI, a, 52. *aviecla esonome etuto.*

28. Quemadmodum in his pro *φε(ι)τv* alii quoque imperativi leguntur, sic non omnia vocabula pro ablativis sunt accipienda, quos, ut discernamus ab aliis casibus, per singulas declinationes recensebo. Ad primam declinationem referendos esse ablativos *FatvFa* s. *FatvFv*, *vatue* s. *vatuo ferine*, ut *αρFια* vel *αρFιv* s. *arviga*, saepius jam monui: ad eandem vero referendi sunt ablativi *πvστε Ασιανε* et *σvπα, πvστρα*, etsi VI, a, 5. *sopo, postro* et VII, a, 8. *supo, postro* pro *σvβρα* III, a, 20. legitur. Etiam *πελσανα* et *περαια* ablativi primae declinationis sunt, etsi *persaea* s. *persaia* VII, a, 7., quum VI, b, 58. et VI, a, 3. *persae* scriptum sit, ad pluralem numerum referendum esse videtur pro *persaiaf* s. *persaef*, ut *ξερεφ* s. *serse*, *φεστεφ* s. *reste*, et *σαχρεφ* IV, b, 18 sq. pro *σαχρα* IV, a, 29. *ΑFιεκλα*, quia cum *ετv* construitur, accusativus est, ut *ανξεριατε* IV, a, 10. s. *aseriato*, et quidem singularis fortasse numeri pro *αFιεκλαμ*, quia IV, a, 14. *Fαπεφεμ αFιεκλεφε* s. *vapefe avieclu*, ut IV, a, 9. *Fερvφε πρvπλανv* s. *verofe treblano*, legitur. *Ακερvνιε*, quia Latinis literis *acersoniem* scriptum est, casus localis esse videtur, etsi IV, a, 16. *ακερvνιαμεμ* quoque pro *acesoniame* exaratum est; *herie* vero pro *Ferί* s. *Ferίε* est conjunctio disjunctiva, cum ablativo secundae declinationis *vinu* et tertiae declinationis *posi* constructa. His nominibus similiter cadunt accusativi *εσvνv* et *περί*: illud enim in accusativo casu esse positum, ab locali *εσvναμε* diversum, docet *esono* in *o*, non in *u* desinens, unde *σvρvμ πεσvντρv(μ) σταφλτιFv* quoque, Latinis literis *pesondro sorsom* scriptum, accusativi esse videntur, quanquam casus localis *περvμ* s. *perso* similiter exit. *Περί καπίρε περvμ* s. *persi capirse perso*, si recte verti *lustrum capide cum precibus*, diversi casus ejusdem declinationis tertiae sunt. *Καπίρε* enim, Latinis literis *capirse* s. *capirso* VI, a, 24 sq., ablativum singularis numeri esse nominis *capis*, cujus instrumentalis IV, b, 19. a, 29. *καπίρ* vel *καπι*, VI, a, 18. VII, a, 39. *capif* scribitur, dubitari nequit; *περί περvμ φειτv* vero eodem modo interpretandum puto, quo *πίρ αFτιμεμ εντεντv* IV, a, 12., ubi *πίρ* est accusativus neutrius generis nominis *pir* s. *pis* VI, a, 50. 53., ut *περί* feminini generis nominis *pers* s. *pars* VII, b, 2., *αFτιμεμ* denique casus localis quartae declinationis, ut *περvμ* tertiae pro *περεμ* s. *prece.*

29. Quemadmodum instrumentalis nominis *capis* vel *capif* s. *καπι* vel *καπιϱ* scribitur, sic a nomine *tus* deducitur vel *τȣφ* IV, a, 41. vel *dur* VII, a, 46. Est autem iste instrumentalis discernendus ab ablativo pluralis numeri *καπιϱȣς* I, 5. et *τȣϱες* IV, a, 20., ut *abrof* VII, a, 3. pro *απϱȣφ* IV, a, 24. 33. ab *abrons* VII, a, 43. pro *aprugnis*. Quanquam ex utroque casu derivantur adverbia *κȣτεφ* et *κȣματ(ε)ς* s. *comatir* pro *ταζεξ* s. *tases*, h. e. *tacens*, atque *pufe abrons facurent* VII, a, 43. scribitur, sicut *πȣφε απϱȣφ φακȣϱεντ* IV, a, 33 sq.: cum praepositionibus tamen nonnisi is casus construitur, qui in *s* s. *r* exit, ut *πϱε (πȣς) Fεϱες τϱεπλανες, τεσενακες, Fεϝιιες* s. *pre(post) ver(e)ir treblan(e)ir, tesenocir, vehier*, et *com prinuatir peracris sacris* VI, a, 56., *Φϱατϱȣσπεϱ Ατιιεϱιε(ς), αϝτισπεϱ εικFασατις* II, 23 sq. 28 sq. et *τεϱμνεσκȣ* IV, a, 19. *esisco esoneir seveir, verisco treblanir, tesenocir, vehieir*, VI, b, 18 sqq. Ab accusativo pluralis iste ablativus diversis plerumque vocalibus distinguitur, ut *prinuatir* in quarta declinatione ab accusativo *prinuatur* VI, a, 50. 65. VII, a, 1. s. *πϱινȣFατȣ(ς)* IV, a, 15. 19. 23.: eodemque modo in singulari numero ablativus *mani* VI, a, 24. et *αϱπȣτϱατι* III, a, 12., ut *τϱεφιπεϱ* II, 25. 30., sed accusativus *κατεϱαμȣ* et *ετατȣ* IV, a, 20 sqq. s. *caterahamo* et *etato* VI, a, 56. 63. scribitur. Ex his intelligitur, *τȣτα Ταϱινατε τϱιφȣ* IV, a, 16. s. *totam Tarsinatem trifo* VI, a, 58. pro casu locali esse accipiendum, praesertim cum sequatur *Ταϱινατε, Τȣϱσκȣμ, Ναϝαϱκȣμ νȣμεμ: Ιαπȣξκȣμ νȣμεμ:* s. *Tarsinatem, Tuscom, Naharcom, Jabuscom nome*. Quemadmodum hic *nome* pro *nomem* s. *nomneme* scriptum esse videtur, sic IV, a, 35. *Τϱα Σαϝτα* pro *Σαταμε* v. 38. s. *Traha(m) Sahatam* VII, a, 44 sq. in casu locali positum est; sed *Τϱα Σατε* IV, a, 31. s. *Trahaf Sahate* in ablativo casu: eodemque modo *Ῥȣπινιε* IV, a, 27. s. *Rubine* VII, a, 6. distinguendum a casu locali *Ῥȣπιναμε* IV, a, 35 sq. s. *Rubiname* VII, a, 43 sq. Hinc etiam *Φȣντλεϱε* IV, a, 24. s. *Fondlire* VII, a, 3. compositum videtur ex ablativis *Fontili re*, quorum *re* unum exemplum est quintae declinationis, praeterquam quod *ϱι* legitur III, a, 4 sq. et *reper* h. e. *pro re* VII, b, 2.

RUDIMENTA
LINGUAE UMBRICAE

EX INSCRIPTIONIBUS ANTIQUIS ENODATA.

PARTICULA VI.

IGUVINARUM TABULARUM SEXTAM SEPTIMAMQUE ILLUSTRANS.

SCRIPSIT

Dr. G. F. GROTEFEND
LYCEI HANNOVERANI DIRECTOR.

Est quadam prodire tenus, si non datur ultra. *Horat.*

HANNOVERAE MDCCCXXXVIII.
IN LIBRARIA AULICA HAHNII.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Praefatio.

Expositis nominum verborumque Umbricorum flexionibus, nihil fere explicandum restat, nisi particularum usus, quem quidem jam saepius attigi, sed latius ostendere licet ex iis, quae in sexta septimaque tabulis quartae praeceptis addita sunt. His igitur illustrandis plurimam equidem dedi operam, qua si non omnia ad liquidum perduci potuerunt, minime est mirandum, quum et res, de quibus agitur, et verba, quibus res designantur, pari obscuritate laborent. Res enim pertinent ad auguriorum sacrorumque ritus, quos, quum omnes Romanorum libri rituales interierint, nemo scriptorum veterum satis docuit, vel, si quis Romanos ritus docuisset, vix satis intelligeremus Umbricos propter linguarum et morum quoque discrepantiam. De auguriis aliisque rebus sacris quam multa ipsi Romani non intellexerint, testes sunt Festus et Arnobius, quorum ille alites quidem, sanqualem et immissulum sive immussulum, quos augures Romanos magnae quaestionis habuisse Plinius H. N. X, 7. profitetur, interpretari conatus est, immussulum tamen quasi sanquali similiorem ab immissulo distinxisse videtur. Apud eundem legitur: »*Marspedis* sive sine *r* litera *Maspedis* in precatione so»litaurilium quid significet, ne Messalla quidem augur in explanatione auguriorum »reperire se potuisse ait;« apud Arnobium autem adversus gent. L. VII. »Quid

»sibi reliqua haec volunt magorum cohaerentia disciplinis? — quid, inquam, sibi »haec volunt? *apexabo, hirciae, silicernia, longabo?* quae sunt nomina et farci»minum genera, hirquino alia sanguine, comminutis alia inculcata pulmonibus? »— quid *fritilla*, quid *frumen*, quid *africia*, quid *gratilla, catumeum, conspo»lium, cubula?* ex quibus duo, quae prima sunt, pultum nomina, sed genere et »qualitate diversa, series vero, quae sequitur, liborum significantias continet, et »ipsis non est una eademque formatio. Non enim placet carnem *strebulam* nomi»nare, quae taurorum e coxendicibus demitur, *pulpamenta* non *assa*, quae in »verubus exta sunt, animata prius et torrefacta carbonibus, non *salsamina* deni»que, quae sunt una commixtio quadrimis copulata de frugibus, — non *magmenta*, non *augmina*, non mille species vel farciminum vel fritillarum, quibus nomina »indidistis obscura, vulgoque ut essent angustiora, fecistis.« Quae si Romanis obscura fuerunt, quid nobis eventurum speremus in explicandis Iguvinis tabulis, in quibus leguntur similia? Nihilo secius periculum aliquod faciendum est, ut saltim ea, quae intelligi possunt, enodemus.

Particula VI.

Iguvinarum tabularum sextam septimamque illustrans.

---

1. Illis, quae in quarta tabula continentur, sexta post prima statim verba, utrique tabulae communia, tres addit sectiones, ad auguria spectantes, quae antea mihi explicandae sunt, quam ceterarum versionem de sacrificiis adjiciam.

Versio verbalis.

Sectio prima.

VI, b, 1. *Este persclo aveis aseriater enetu:*
Isto in lustro aves auguriales indagato:

VI, b, 1. *parfa, curnase, dersva; peiqu, peica, merstu.*
parram, cornicem, dextras; picum, picam, sinistros.

VI, b, 1 sq. *Poei angla aseriato eest, eso tremnu serse*
Ubi ab aquila augurium datum est, in hoc termino secundam

VI, b, 2. *arsferture ehveltu stiplo aseriaia:*
conjuncturam evolvito lituo augurali:

VI, b, 2 sq. *parfa dersva, curnaco dersva; peico mersto,*
parra dextra, cornice dextra; pico sinistro,

VI, b, 3. *peica mersta; mersta awei, mersta angla.*
pica sinistra; sinistris avibus, sinistris aquilis.

VI, b, 3 sq. *Esona arfertur eso anstiplatu ef aserio:*
In auspicabili conjunctura id confirmato his auguriis:

VI, b, 4. *parfa dersva, curnaco dersva; peico mersto,*
parra dextra, cornice dextra; pico sinistro,

VI, b, 4 sq. *peica mersta; mersta aveif, merstaf anglaf.*
pica sinistra; sinistris avibus, sinistris aquilis.

VI, b, 5. *Esona mehe tote Ijoveine, esmei*
Auspicio prospero toti Iguvinae, in hoc

VI, b, 5. *stahmeï stahmeitei, sersi pirsi sesust,*
termino terminato, feliciter siquidem cesserit,

VI, b, 5 sq. *poi angla aseriato est, erse neip mugatu,*
ubi ab aquila augurium datum est, interim nec mussato,

VI, b, 6. *nep arsir andersistu, nersa courtust, porsi*
neque amicis intercedito, nisi compleveris, prout

VI, b, 6 sq. *angla aseriato fust: sve mateto fust,*
ab aquila augurium datum fuerit: si mussatum fuerit,

VI, b, 7. *ote pisi arsir andersesust, disler alinsust.*
aut siquidem amicis intercesseris, dictionibus secus erit.

Sectio secunda.

VI, b, 8. *Verfale pufe arsfertur trebeit ocrer pelhmer,*
Addictionem quando conjunctura tribuit arcis piandae,

VI, b, 8 sq. *erse stahmito eso tuderato est angluto hondomu,*
interim terminatum illud irritum est in bono aquilae augurio,

VI, b, 9. *porsei nesimei asa deveia est anglome:*
siquidem non simul omen acceptum est in aquilae augurio:

VI, b, 9 sq. *somo porsei nesimei vapersus aviehcleir est.*
item siquidem non simul favor est ex avium auspiciis.

VI, b, 10. *Eine angluto, somo vapefe aviehclu, todcome tuder:*
Sine aquilae augurio, item favente avium auspicio, prorsus irrita res (est):

VI, b, 10 sq. *angluto hondomu, asame deveia, todcome tuder,*
in bono aquilae augurio, omine accepto, prorsus irrita res (est),

VI, b, 11. *eine todceir tuderus sei podruhpei derits.*
nisi summis vitiis sit adoratione cautum.

Sectio tertia.

VI, b, 12. *Tuderor totcor vapersusto aviectir*
Summi vitii procuratio in avium auspiciis (fit)

VI, b, 12. *ebetrafe ooserclome, preseliafe nurpier vasirslome.*
prospero oscinum cantu, sollistumo pallorum tripudio.

VI, b, 13. *Smursime tettome Miletinar, tertiame pracopracatarum,*
Purpurea veste Mileti, tertia dibaphorum,

VI, b, 13 sq. *vapersusto aviectir carsome vestisier rendeme rufrer:*
procuratio in avium auspiciis (fit) in caede victimae colore rubrae:

VI, b, 14. *tettome Nonier, tettome Salier; carsome hoier, pertome padellar.*
veste Virginis (sanctae), veste Salii in caede hostiae, paratu patellae.

VI, b, 15. *Hondra esto tudero, porsei subra scrihitor sent, parfa dersva, curnaco dersva seritu:*
Dehinc isti vitio, sicut supra scripti sunt (ritus), parra dextra, cornice dextra caveto:

VI, b, 15 sq. *subra esto tudero peico mersto, peica mersta seritu.*
praeterea isti vitio pico sinistro, pica sinistra caveto.

VI, b, 16 sq. *Sve anclar procanurent, eso tremnu serse combifiatu,*
Si aquilae addixerint, in eo termino secunda combinato,

VI, b, 17. *arsferturo nomne carsitu: parfa dersva, curnaco dersva;*
conjuncturarum nomine caedito: parra dextra, cornice dextra;

VI, b, 17 sq. *peico mersto, peica meersta; mersta aveif, mersta ancla.*
pico sinistro, pica sinistra; sinistris avibus, sinistris aquilis.

VI, b, 18. *Eesona tefe tote Ijovine, esmei stahmei stahmitei,*
Auspicio prospero toti Iguvinae, hoc in termino terminato,

VI, b, 18 sq. *esisco esoneir seveir, popler anferener et ocrer pihaner,*
cum his auspiciis venerationis, populi lustrandi et arcis piandae,

VI, b, 19. *perca arsmatia habitu vasor verisco treblanir.*
lituo admissionem habeto ritus per ferias treblanas.

VI, b, 19 sq. *Porsi ocrer pehaner paca ostensendi, eo iso ostendu;*
Prout arcis piandae placamina offerenda sunt, id ipsum offerto;

VI, b, 20 sq. *pusi pir pureto, cehefi dia: surur verisco tesonocir, surur verisco vehieir.*
sicut piamen incensum, cremari jube sacra: tum per ferias tesenacas, tum per ferias vehias.

2. Accuratius in illis exponitur, quid in auguriis ante sacrificia expiatoria captandis observandum sit, et prima quidem sectio, si fides habetur iis, quae in secunda hujus operis particula §. 18 sq. monui, Saturniis composita est versibus, quorum primum ibidem §. 20., secundum in superioris particulae §. 15 sq. satis illustravi. Ut autem reliqua intelligamus, in memoriam revocanda sunt, quae in secundae particulae §. 33. de combinatis Umbrorum auguriis scripsi: nullum scilicet apud Umbros ratum fuisse auspicium, nisi ante minorum avium observationes ex aquilis (*anglaf*) captum esset augurium. Hinc verba *poei angla(f) aseriato(m) est*, h. e. ubi ex aquilis auguratum s. augurium captum est, ceteris praeceptis praemittuntur, quemadmodum Seneca N. Q. II, 32. quaerit: »Cur ergo »aquilae hic honor datus est, ut magnarum rerum faceret auspicia?« Nam apud Romanos quoque volatus aquilae, cujus signum post Marium perticae longae infixum legiones in agmine gestabant, vel vulturis secundum Plut. Q. R. 90. in auguriis habebatur omnium prosperrimus, quum Tusci contra summam esse vim fulminum judicarent. De his enim Seneca N. Q. II, 34. scripsit: »Quicquid alia portendunt, interventus fulminis tollit: quic-

»quid ab hoc portenditur, fixum est, nec alterius ostenti significatione minuitur: quicquid »exta, quicquid aves minabuntur, secundo fulmine abolebitur; quicquid fulmina denuntia»tum est, nec extis, nec ave contraria refellitur.« Umbri, neque fulmina coeli, neque exta animalium valde curantes, sed avium auguriis plurimum tribuentes, non quidem de aquila praedicabant, quod Tusci de fulmine; aquilam tamen quam maxime observabant eamque *anglam* sive *anclam*, h. e. Jovis ministram ex Sabinorum lingua, vocabant: nec scio an Romani, qui *augeratum* quoque secundum Priscianum pag. 554. ed. Putsch. pro *anseriato* s. *aseriato* dicebant, Horatii C. IV, 4, 1. ministrum fulminis alitem ab *ancla* potius quam, ut Festus putabat, ab *aquilo* colore *aquilam* nominarint.

3. Quemadmodum apud Romanos *augurata* res dicebatur, de qua rite captum erat augurium, sic apud Umbros *aseriato(m) est* pro *augurium captum est* scriptum videtur; ablativo *tremnu* vero τρεπόμενόν τι, sicut ablativo *termnu* in Cortonensis arae inscriptione (partic. III, §. 24) θερόμενόν τι, designari potuit, h. e. *terminus*, qui, sicut τέρμα Graecorum apud Dammium, a verbo τρέπειν per metathesin derivandus est. Termini enim non sunt, ut Varro L. L. V, 4. scripsit, qui propter limitare iter maxime *terantur*, sed fines agrorum, quos etiam nostrates *Wenden* dicunt. Quodsi *eso* pro *esome* positum putatur, *eso tremnu* vertendum est *in hoc termino*; postpositum vero adjectivum *serse*, quia non *eso serse tremnu*, sicut *esu sorsu persondru* VI, a, 28. 31. 35., legitur, ad sequens substantivum *arsferture* referendum mihi videtur, quod, quum ab imperativo *ehveltu* h. e. *evolvito* s. ἐξέλισσε dependeat, pro accusativo *arsferturem* in feminino genere primae declinationis accipiendum est. *Sersum* Umbros pro *felici* dixisse, jam in superioribus hujus operis particulis professus sum: quemadmodum enim *sorsu* pro *socio* dici solebat, sic *sersus* respondet Latino adjectivi *secundi* etymo. *Secus* quidem et *sequior* apud recentiores Romanos in malam partem usurpantur, sed *sequester*, ut *secundus*, in bonam partem semper sumitur. Hinc verba *poei angla aseriato eest, eso tremnu serse arsferture ehveltu* interpretor: *Ubi ab aquilis augurium datum est, in hoc rerum termino sive momento secundam conjuncturam* (e minorum avium addictione) *evolvito*. In sequentibus enim versibus non solum post verba *stiplo aseriaia* h. e. *stipula augurali*, quibus lituum designari puto, *aves* enumerantur cum *aquilis*, sed additur etiam, iisdem avibus et aquilis confirmandam esse felicem conjuncturam.

4. *Esona arfertur(e)* et *esona mehe* s. *tefe*, quod VI, b, 18. legitur, eodem modo interpretanda mihi videntur, quo Graecorum αἴσιος ὄρνις et αἰσία τύχη h. e. secundi ominis auspicium et eventus. Sunt autem nomina in casu locali posita, ut *se(r)so* adverbium VI, a, 51. pro τερσε IV, a, 13. scriptum, quod in secunda quidem particula §. 34. recte *feliciter* interpretatus esse mihi videor, sed minus probabili forsan conjectura cum verbo *sesust* h. e. (bene) *cesserit* comparavi. *Anstiplatu* est imperativus compositus, pro quo

simplex *stiplatu* s. *στεπλατȣ*, a *stipla* derivatus, VI, a, 51. et IV, a, 13. legitur. *Ef aserio* mihi pro *eof* s. *esof aseriof*, h. e. *his auguriis*, scriptum videtur, *esmei* vero VI, b, 5. pro *esme* s. *esame*, ut *stahmei stahmeitei* pro *στάθμῃ σταθμητῇ*, quibus adjectivum *sersi* additur cum clausula *pirsi sesust* h. e. siquidem successerit. *Erse* pro *interea* dictum accipio, sicut *nersa courtust* s. *covortus* verti potest *ni interea* s. *donec compleveris; arsir* contra dativus pluralis esse videtur ejus adjectivi, quod in precibus *ἄρσιον* s. benevolum significat. Hinc *neip mugatu nep arsir andersistu* interpretor: *neque mussato*, *neque amicis intercedito* sive *interloquitor*. Ad hoc praeceptum referenda est protasis *sve muieto* s. *mugato(m) fust*, *ote pi(r)si arsir andersesust*, pro quo perperam *andersesusp* legitur. Quemadmodum paullo antea *anseriato iust* pro *anseriato(m) fust* scriptum est, sic in fine primae sectionis *alinsust* ex *alinsiust* s. *alins fust* contractum esse videtur. Quodsi *alins* adverbio *aliter* s. *secus* respondet, *disler* vero dativus pluralis est nominis *τιζλȣμ* h. e. dictio; *disler alinsust*, sicut Romanorum augurum obnuntiatio *alio die* (*fiat*) Cic. Phil. II, 33., irrita dicit loquendo fieri auspicia. Hanc interpretationem confirmare videtur secunda sectio, in qua dicitur, quibus modis irrita fiant omnia, quemadmodum tertia sectio docet, quibus rata fiant.

5. Secundae sectionis initium non intelligitur, nisi *trebeit*, h. e. *tribuit*, praedicatum putes subjecti *arsfertur*, *verfale* vero s. *verbale* (scilicet *indicium*) objectum, unde dependeant genitivi *ocrer peihaner* s. *arcis piandae*. Tum *pufe* s. *quando* et *erse* s. *interim* sibi respondent, sicut Latinorum particulae *etsi* et *tamen*; *verbale* vero *indicium*, sicut *argutum* apud Ciceronem de divin. II, 2. s. adjutorium, quod certum aliquid eventurum indicat, opponitur *muto*. Quemadmodum enim Romani secundum Paulum Diaconum *muta* exta appellabant, ex quibus nihil divinationis animadvertebant (cf. Cic. ad Div. XVI, 10); sic in fine tertiae tabulae *μȣτȣ αϙφεϙτȣϙε σι*, et in fine septimae tabulae *arfertur motar sins*, h. e. conjuncturae *mutae* sint, legitur. Etiam *stahmito* s. terminatum atque fixum et *tuderato* s. vitiosum atque irritum, quasi *tuditatum* atque *obtusum*, eodem fere modo sibi opponuntur, quo *rumentum* et *silentium* apud Romanos. Quemadmodum enim secundum Ciceronem de divin. II, 34. et Festum s. v. *sinistrum* et *silentio surgere* in auspiciis *silentium* dicebatur, quod omni vitio careret; sic *rumentum* in Auguralibus significabat interruptionem auspicii: est autem *rumentum* a *rumando* dictum, unde *rumor* deducitur et *adrumavit*, h. e. rumorem fecit sive commurmuratus est apud Paulum Diaconum et Isidorum. Secundum Glossas veteres *adrumo* et *conrumo* idem significant, quod *φημίζω* s. vulgo, et *rumigerulus* idem quod *θρυλήτης*: hinc Festus in Naevii versu Saturnio: »Simul alius »aliunde *rumitant* inter se«, verbum *rumitant* interpretatur *rumigerant*, quemadmodum Nonius Marcellus ed. Mercer. pag. 167. in Plaut. Amphitr. II, 2, 46. *rumiferant* legit pro *rumificant*. In Iguvina tabula augurii vitium *tuder* vocatur, et magnum quidem *todcom*:

tuticum enim magnum summumve significasse, ex eo intelligitur, quod Samnii oppidum *Equus tuticus* in Itin. Hierosol. p. 610. *Equus magnus* dicitur, et apud Campanos summus magistratus teste Livio XXVI, 6. ad fin. *meddix tuticus* audiebat.

6. *Todcome* quidem in casu locali positum esse videtur, ut *anglome* pro *angluto hondomu*, quo bonum aquilae augurium significari puto; sed *todcome tuder* genitivo *tuderor totcor* in tertiae sectionis initio et dativo pluralis *todceir tuderus* sub finem secundae sectionis sic respondet, quasi *todcome* nominativi locum obtineat, ut *vasetome fust* VI, a, 47. pro *vasetom fust*. Ceterum omnia tam obscura sunt, ut, quid in fine secundae sectionis dicatur, enodari nequeat, nisi *seritu* pro *seritom* et *seritom sei* s. *servatum sit* pro *cautum sit* positum putemus, ut *podruhpei* ablativus sit ejus nominis, quod Graece προςτροπὴ scribitur. Sic enim VI, b, 56. *pudrovitu* pro imperativo *purdovitu* s. πȣῤτȣFιτȣ verbi προςτροπέω s. *adoro* legitur, et Romani quoque *po* dicebant pro πρὸς s. ποτὶ in *positus*, aut literam *t* sequenti consonae assimulabant in *possideo, polliceor*, cet.*) Quod si admittitur, *eine* inter *todcome tuder* et *todceir tuderus* Graecae particulae εἰ μὴ, *nisi*, respondet, atque ante *angluto* Latinae praepositioni *sine*: nam Festus quoque *nesi* pro *sine* positum dicit in lege dedicationis arae Dianae Aventinensis. Idem Festus Catonem *nemut* pro *nisi etiam* usum esse contendit, quod mihi ex *nesimut*, ut *ni* ex *nisi*, contractum esse videtur: *simut* autem pro *simul* dici potuit, quemadmodum *simitu* saepius apud Plautum legitur, et apud Nonium Marc. II, 814. e Lucilio. Hinc in Iguvina tabula *nesimei* post *porsei*, etsi vocales literae differunt a *somo* h. e. ἅμα s. ὁμοῦ, pro *non simul* scriptum interpretor. Quodsi *asa deveia* cum casu locali *asame deveia* pro ἀρᾷ *divia* h. e. *dia*, *divina* s. ominis acceptione, *vapersus aviehcleir* vero, quia *vapefe aviehclu* s. *avieclu* VI, a, 51. vel Fαπεφεμ αFιεκλȣφε IV, a, 14. *favente avium auspicio* significat, pro *favore ex avium auspiciis* accipitur, hic fere sensus secundae sectionis eruitur: »Licet avium addictio accesserit bono aquilae au»gurio, id tamen vitiosum est, nisi omen acceptum, summisque vitiis adoratione cautum sit.«

7. Jam in tertia sectione docemur, quibus rebus augurii vitium procuretur atque expietur: *vapersusto(m)* enim, a *vapersus* derivatum, est quasi *favoramentum* s. *procuratio vitii*, quam, si ad ablativum *avieclir* verbum *est* suppleatur, sequentes casus locales in *ome* desinentes indicant. Hi vero non solum ipsi tam varii sunt significatus, ut vix intelligatur eorum conjunctio, sed adjectiva quoque substantivis apposita et genere et casu tam

---

*) Ipsum *pomoerium*, quum Festo teste in commentario juris pontificalis *prosimurium* diceretur, si Livii I, 44. potius quam Gellii XIII, 14. et Plutarchi Rom. X, 4. definitionem spectamus, e praepositione ποτὶ pro πρὸς magis compositum, quam quasi *promurium*, ut Festus putavit, vel *postmoerium*, ut Varro L. L. V, 32, §. 143. voluit, dictum esse videtur, quanquam, teste Quintiliano Inst. orat. IX, 4, 39, *po' meridiem* dicebant antiqui, ipseque Cicero Or. 47. *pomeridianas* quadrigas, quam *postmeridianas*, libentius dixit.

differre videntur, ut nihil certi possit affirmari. Nihilo secius periculum interpretandi faciam, ut viam saltim aperiam acutioribus ad rectius explicandum. Quod ad diversas nominum flexiones in *ebetrafe ooserclome, presoliafe — vasirslome* attinet, monendum est, *fe* et *me*, pro quibus in quarta tabula etiam *φεμ* et *μεμ* legimus, eodem cum arbitrio, quo simplices consonantes *f* et *m*, et abjici et addi potuisse. Legimus enim IV, a, 9. *Fεϱεφε τϱεπλανα* et VI, a, 47. *verofe treblano* pro plurali *verisco treblanir* VI, a, 46. vel *ferom* in Volsca inscriptione; tum IV, a, 14. *Fαπεφεμ αFιεχλεφε* et VI, a, 51. *vapefe avieclu*, ut IV, a, 16. *αχεϱωνιαμεμ* et VI, a, 52 sq. *acesoniame hebetafe* pro *αχεϱονιε* IV, a, 43. vel *acersoniem* VII, a, 52. Quodsi syllabas *fe* et *me* abjiciamus, *ebetra oosercio* et *presolia vasirslo* non magis inter se differunt, quam *stiplo aseriaia* VI, b, 2. vel *noctu futura* apud Macrob. S. I, 4. et *hesterna noctu* apud Gell. VIII, 1. Tum vero *ooserclome* et *vasirslome* non neutrius generis, ut *vesclom* (*vasculum*), sed feminini, ut *arvio* pro *arvia* (*arviga*), putanda sunt, etsi *vasir'sla s. vasircla* Latinorum *vaticinio*, ut *oosercla* quasi *oscinio*, respondere videatur. *Tripudia* auguralia enim, ad quae hic respici videbimus, non sunt *terripavia*, ut Cicero censet de divin. II, 34., sed quasi *ἐκ τϱίποδος λεγόμενα* vaticinia, ut Festus oscinum tripudium dixit, quod Paulo Diacono est oscinum augurium.

8. Quam multiplex fuerit tripudium, dictum a sonando docet *sonivium tripudium*, quod secundum Plinium H. N. XV, 22. nuces cadendo faciebant in nuptiis, secundum Appium Pulchrum apud Festum puls pullo quadrupedive ex ore excidens, secundum Servium denique ad Virg. A. III, 90. arbor sponte radicibus cadens vel terra tremens. Sic *ebetra oosercla* mihi est *ἔφεδϱον* oscinum tripudium, quod secundum Festum oris cantu significat quid portendi, quum cecinit corvus, cornix, — parra, picus. Opponitur illi *ἕξεδϱος ὄϱνις*, quem Hesychius interpretatur *τὸν οὐκ αἴσιον οἰωνὸν, οὐκ εὔθετον ὀϱνιν, οὐκ ἐν δέοντι τὴν ἕδϱαν ἔχοντα* ad Aristoph. Aves v. 275. vel ad Sophoclis versum, quem Schol. ibi laudat, *ἐν δευτέϱᾳ Τυϱοῖ· Τίς ὄϱνις οὗτος ἕξεδϱον χώϱαν ἔχων;* Proprie quidem augures secundum Aristot. Hist. anim. l. IX. *δίεδϱα* s. dissidentia dicebant ea, quae mutuo sibi infesta erunt, et *σύνεδϱα* s. considentia, quae pacifica; sed *ἔφεδϱον* quoque dici potuisse subsidiarium augurium, nemo negabit, qui perpenderit, non illos solos, qui eventum quasi ex insidiis aucupabantur, verum subsidiarios etiam milites vocatos esse *ἐφέδϱους*. Apud Romanos omnes aves ex vetere augurum decreto tripudium facere potuerunt, *sollistimum* vero, h. e. si superlativos *sinistimum* et *dextimum* apud Prisc. p. 607 sq. Fest. et Non. Marc. comparare licet, maxime sollum et integrum, pulli, ad quos genitivum *surpier* eo magis refero, quod adjectivum *presolius* superlativo *sollistimus* aeque respondet, ac *praesolidus* apud Latinos superlativo *solidissimus*. Accedit, quod *surpier* a *νυφπενεϱ* et *νεμεϱ* III, a, 13. 17. 19. 21. non magis differat, quam *νεοπτης* apud Graecos a *νεοπτηνὸς* et *νεσσμὸς* pro *νεοσσός* (*pullus*). Haec igitur omnia bene inter se cohaerent; difficilius multo intel-

lectu sunt sequentia, quibus tamen ex iis, quae IV, a, 15. et VI, a, 51. leguntur, *πεῤκαφ Ϝαβετετε πενιζατε* s. *perca ponisiater habituto*, h. e. servate de coelo puniceati, lux quaedam aspergi posse videtur.

9. Si *Miletinam* pro Mileto, ut *Iguvinam* pro Iguvio, dicebant Umbri, verbis *smursime tettome Miletinar* purpurea vestis Mileti parata designatur, qua inducti sacerdotes victimabant. Laudat enim Virgilius G. III, 306 sq. Milesia vellera, Tyrios incocta rubores, ut G. IV, 334 sq. Milesia vellera, hyali saturo fucata colore. Itaque *smursime* non est cum Graeco adjectivo *σμύρνινος* s. *μύρσινος*, sed cum Latino *muriceus*, ut *tettome* cum *texto*, comparandum, ut designetur *fulgenti murice vestis* (Virg. A. IX, 614) vel *vestis Gaetulo murice tincta* (Horat. Epist. II, 2, 181. coll. Carm. II, 16, 36). Quia vero ejusmodi vestis *tertia pracopracatarum* dicitur, *smursime tettome* in feminino genere accipiendum videtur, ut *purpura texta* apud Martial. XI, epigr. 57. et *esaristrom sebim* s. *focaria veneratione* in inscriptione Volsca. Ceterum verba *tertiame pracopracatarum* addita puto, ut vestis auguralis designetur, quam Cicero ad Fam. II, 16. et ad Att. II, 9. *dibaphum* dicit, quia primum cocco, deinde purpura tingebatur. Quum enim antiqui Graeci tingendi notionem non exprimerent verbo *βάπτειν*, quod apud Homerum Od. IX, 392. *βαπτίζειν* (*immergere*) significat, sed verbo *ῥέζειν* s. *ῥάζειν*, aeolice *βράζειν*, etsi Homerus Il. IV, 141. *μιαίνειν* dicere maluit quam *ῥαίνειν*, quo verbo in aliis locis pro *βρέχειν* (*rigare, conspergere*) utitur; Umbri *bracatum* vocasse videntur, quod colore tinctum erat, *bracobracatam* igitur vel *pracopracatam* vestem bis murice tinctam. Sub *tertia* vero *pracopracatarum* equidem *trabeam* intelligo, cujus tria genera fuisse docet Suetonius in libro de vestimentis apud Servium ad Virg. A. VII, 612.: unum quod diis sacratum et totum purpureum fuit; alterum item purpureum, sed aliquid albi habens, quo reges utebantur; tertium augurum proprium, purpura et cocco mixtum. Sic satis quidem illustrata puto tabulae nostrae verba; sed quae de antiquo Graecorum usu verbi *ῥέζειν* dixi, fusius nunc evincere liceat, ut inde explicentur alia parum adhuc intellecta.

10. *Βράκεα* Sapphonis fr. 20. et Theocriti XXVIII, 11., quae Hesychius *ἱμάτια πολυτελῆ* interpretatur, non sunt Homeri *ῥάκεα ῥωγαλέα, ῥυπόωντα, κακῷ μεμορυγμένα καπνῷ* Od. XIII, 435., sed *ῥήγεα καλὰ, πορφύρεα, σιγαλόεντα*, Il. XXIV, 644. Od. IV, 297. VI, 38, cet. Haec autem *βαπτὰ ἱμάτια καὶ περιβόλαια* interpretatur Etymol. Gud., in quo simul bis legitur, quod Etymol. Magn. habet: *Ῥῆγος, τὸ πορφυροῦν περιβόλαιον· ῥέξαι* (non *ῥῆξαι*) *γὰρ τὸ βάψαι, καὶ οἷον μεταποιῆσαι. Ὅτι δὲ ῥαγεῖς* (apud Hesych. *ῥηγεῖς* vel *ῥογεῖς* et *ῥεγιστάς*) *ἔλεγον τοὺς βαφεῖς, καὶ ῥέγος τὸ βάμμα* (apud Hesych. etiam *ῥάμμα* et *ῥέγμα*), *σαφὲς Ἀνακρέων ποιεῖ· Ἁλιπόρφυρον ῥέγος· καὶ παρὰ Ἰβύκῳ· Ποικίλα ῥεγματα:* pro quibus in Orionis Thebani Etymologico sic scriptum est: *Ῥῆγος, τὸ βαπτὸν στρῶμα· ῥέξαι γὰρ τὸ βάψαι — καὶ ῥηγεῖς ἔλεγον τοὺς βαφεῖς οἱ παλαιοί.*

Ἐπίχαρμος Ὀδυσσεῖ· Ἀλλὰ καὶ ῥέζει τι χρῶμα, ἀντὶ τοῦ βάπτει. Ῥέγος οὖν ἐστὶ καὶ ῥῆγος, ὡς παρὰ τὸ ῥέζω ῥεξήνωρ καὶ ῥηξήνωρ. Hesychius vero scribens: Ῥήγεα, παλλία βαπτὰ, ὑπὸ Ῥωμαίων, unde in Gudiano quoque Etymologico corrigendum est: ἄλλοι δὲ ῥῆγος τὸ βαπτὸν παλλίον ἔλεγον, ejusdem fontis esse docet Latinorum *ricas* et *riculas*, *ricinos* s. *recinos*, *ricinia* s. *recinia*, de quibus, ut alia omittam, Paulus Diac.: »*Ricae* »et *riculae* vocantur parva *ricinia*, ut palliola ad usum capitis facta«; Non. Marc. XIV, 33. »*Ricinium*, quod nunc *Mafurtium* dicitur, palliolum femineum breve«. Etiam in Glossar. Isidori legitur: »*Mafortes*, operimentum capitum mulierum«; sed Servius ad Virg. A. I, 286. »Togas, ait, autem etiam feminas habuisse, cycladum et recini usus ostendit; *recinus* »autem dicitur ab eo, quod post tergum rejicitur: quod vulgo *Mavorte* dicunt«. *Mavortis* s. *Mavortii* nomen fortasse derivandum est a Martis herba, de qua Laurentius Lydus, pravus alioquin etymologus, in excerptis apud Roether. pag. 26. sic scripsit: Τραβαία δὲ εἴρηται ὡσανεὶ τρίβαφος· ἐκ τριῶν γὰρ ἀποτελεῖται χρωμάτων, πορφύρας, κόκκου, καὶ τῆς λεγομένης ἰσάτιδος βοτάνης, ἥτις ἐστιν Ἄρεος. Ceterum videantur, quae Nepos Cornelius de purpurae usu scripsit, apud Plinium H. N. IX, 39 (63).

11. Graecus augur, pallio candido velatus; Umber et Romanus, trabea purpurea amictus, captabat auguria: ejusdemque coloris vestis erat sacerdotis, qui caedebat victimam, quae et ipsa rubra dicitur in nostra tabula. *Carsome* enim *vestisier* vertendum esse *caede victimae*, ut καρετε IV, a, 33. *caedito*, jam in superiore particula §. 3. monui; *randeme* autem, a ῥάζω s. ῥαίνω derivatum, tincturam atque coloris inductionem designare potuit. Sed non in *victima* solum, colore rubra, verum etiam in *hostia* caedenda sacerdos indutus erat vestis purpureae specie. Aliter enim verba sequentia interpretari nescio. Quemadmodum genitivo *Salier* sacerdos Salius, sic genitivo *Noniar* mihi *Nonna* Hieronymi in epist. ad Eustoch. 22, c. 6. h. e. Νύμφη s. virgo Vestalis designari videtur, etsi in inscriptione Romana apud Orell. 2815. *nonna* pro nutrice accipitur, quemadmodum in inscriptione Pisaurensi apud Orell. 4670. masculino genere legitur: »D. M. S. Aureliae Ju»stinae alumnae ferunt *nonni* sui«. Apud Romanos quidem Vestales Suidas scripsit alba veste usas, nec floribus variegata, sed limbo tamen purpureo, unde Ambrosius Vestalium insignia praeter vittas dixit *purpuratarum vestium murices:* Saliis autem Plutarchus in Numa propter εὐγένειαν tunicam pictam vel purpuream, Virgilius A. VII, 187. trabeam tribuit. In sequentibus verbis *pertome padellar* paratus patellae facile agnoscitur, de quo Varro apud Non. Marc. ed. Merc. p. 544. scripsit: »Oportet bonum civem legibus parere »et deos colere, in patellam dare μικρὸν κρέας«. Hinc *hoiam* ὁσίην κρεάων interpretor, cujus hymnus Homer in Mercurium v. 130. meminit, vel ipsam *hostiam*, cum verbo *hostire* fortasse ab ὁσίη derivatum. Non enim audiendus est Ovidius, quum in Fastis I, 335 sq. canit:

Victima, quae dextra cecidit *victrice*, vocatur:

Hostibus a motis (ab *domitis*) *hostia* nomen habet.

Unde Servius ad Virg. A. I, 338: »*Hostiae* dicuntur sacrificia, quae ab his fiunt, qui in »hostem pergunt: *victimae* vero sacrificia, quae post victoriam fiunt«. Inter *victimam* sane atque *hostiam* idem discrimen fuisse puto, quod inter *vestisiam* atque *hoiam*, sed aliud quam vulgo putatur.

12. Etsi Virgilio in Georgicis II, 146. *maxima taurus victima* dicitur, Paulusque Diaconus e Festi libris excerpsit, *maximam hostiam* ovilli pecoris esse appellatam, non tamen e Plauti verbis in Pseudolo I, 3, 95.

Nolo victimas, agninis me extis placari volo,

colligi potest, *victimam* de magnis, *hostiam* de parvis animalibus dici. *Victima* potius, si quid recte intelligo, nonnisi sacrificandi, *hostia* piandi causa caedebatur. Certe apud Livium VIII, 10. *piaculum hostiâ caedi* scriptum est, sicut paullo post *suovetaurilibus piaculum fieri* et apud Ciceronem de legibus II, 22. *porco femina piaculum pati*. Quemadmodum secundum Paulum Diaconum Romani piacularia auspicia appellabant, quae sacrificantibus tristia portendebant, quum aut *hostia* ab ara effugisset (*effugia* dicta Servio ad Virg. A. II, 140.), aut percussa mugitum dedisset, aut in aliam partem corporis, quam oporteret, cecidisset: sic apud Varronem L. L. VI, 4. §. 30. praetor, imprudens die nefasto fatus, *piaculari hostia* facta piatur. Hinc hostiam antiqui secundum Paulum Diaconum *agoniam* vocabant, non ab agendo, sed ab agonibus s. ludis piaculi gratia celebratis: nec victimae, sed hostiae dicuntur *ambarvales*, *amburbiales*, *bidentes* (*duidentes*) et *ambidentes*, *caviares*, *praecidaneae* et *succidaneae*. Hostiis quoque, non victimis, piari solent prodigia apud Livium et Tacitum, atque humanis quoque hostiis, non victimis, litare fas habebant non modo Germani Tac. G. 9. aliique barbari Plin. H. N. VIII, 22., sed Romani etiam, et quidem sine sanguine fuso, Liv. XXII, 57. Trebatius quidem secundum Macrobium S. III, 5. (cf. Serv. ad Virg. A. III, 231. et IV, 56.) libro primo de religionibus docuerat, hostiarum genera esse duo: unum, in quo voluntas Dei per exta disquirebatur (*consultorium*); alterum, in quo sola anima Deo sacrabatur, unde etiam haruspices *animales* has hostias vocabant; sed utroque genere litabatur, quod significat sacrificio facto placare numen. Praeterea secundum Macrobium et Servium solutae fuerunt *hostiae*, quia piaculum erat in sacrificio aliquid esse religatum; *victima* vero apud Festum etiam vincta ad altare ducitur. *Hostia* diis solis sacra est; *victima* etiam hominibus victum praebet.

13. Redeo jam ad Iguvinam tabulam, ubi opposita sibi verba *hondra esto tudero — seritu*, et *subra esto tudero — seritu*, interjectis illis, quae supra leguntur, *parfa dersva*, *curnaco dersva*, et *peico mersto*, *peica mersta*, unde praemissa sunt verba *porsei subra screhitor sent* h. e. sicut supra scripti sunt, propriam faciunt periodum. In illa *subra* duplicem

sensum habet: quia enim *hondra*, ut jam in superiore particula §. 21. monui, *hinc s. dehinc* significat, *subra* illi oppositum *insuper s. praeterea* vertendum esse videtur. Porro *seritu* construitur quidem cum dativo *esto tudero*, ut supra cum plurali *todceir tuderus*, sed hoc loco imperativus est, non participium. *Screhitor sent* denique cur masculino genere scriptum sit, causa latet: equidem ad sequentes aves respici puto, inter quas praeter tres feminas picus mas quoque nominatur. Ceterum Umbri non accuratiores fuisse videntur in generis usu, quam antiqui Romani, de quibus Festus scripsit s. v. *Recto fronte:* »Antiquae id consuetudinis fuit, ut cum ait Ennius quoque *a stirpe supremo* (cf. Non. M. »III, 337.) et *Ilia dia nepos* (cf. Non. M. III, 147.) et *lupus feta* (cf. Serv. ad Virg. A. II, »335 atque Non. M. IV, 385.) et *nulla metus* (cf. Fest. s. v. *metus* et *corius* et *malo cruce*, »Non. M. III, 141. atque Quint. I, 6. 12.): etiam in commentariis sacrorum pontificalium »frequenter est *hic ovis* et *haec agnus* ac *porcus*, quae non ut vitia, sed ut antiquam con»suetudinem testantia debemus accipere«. *Procanurent* pro *procinuerint* s. addixerint scriptum esse, mirandum non est, quum etiam apud Sallustium in fragm. ex Hist. lib. I. (Diomed. ed. Putsch. p. 370. cf. Priscian. X, 7. p. 898. et Serv. ad Virg. G. II, 384.) *occanuere* legatur pro *occinuere* s. abdixere, imo apud Festum s. v. *rumentum:* »Si interim avis *cane»rit* pro *cecinerit*«. *Sve anclar procanurent, eso tremnu serse combifiatu*, sensu non differunt ab iis, quae v. 2. legimus: *poei angla aseriato est, eso tremnu serse arsferture ehveltu*; sed *nomne carsitu* s. *nomine caedito* non intelligitur, nisi *arsferturo* pro genitivo pluralis *arsferturom* positum putetur.

14. *Eesona tefe* jam antea interpretatus sum *αἰσία νύχη*, sed *esisco esoneir* cum his ominibus s. auspiciis vertendum videtur, ut *seveir* illius nominis, cujus localis *sevom* v. 56. legitur genitivus sit, sicut apposita illi nomina *popler anferener et ocrer pihaner*, quae jam in superiore particula §. 13. illustravi. Ad *perca arsmatia habitu* conferantur, quae in secunda particula §. 33. monui: *habere*, ut ἔχειν apud Graecos, verbum est latissimi usus, quod modo pro *facere* et *agere*, modo pro *offerre* et *praebere* ponitur, hoc autem loco *facere ut habeas* significat. *Vasor* genitivus esse mihi videtur nominis *vas*, quod in precibus *fas* s. licitum significat, et cum verbis *veriseo treblanir* constructus vertendus est, ut rite possint institui feriae treblanae. Cum his per adverbium *surur* conjunguntur verba *verisco tesonocir* et *verisco vehieir*, interjectis duabus enuntiationibus, quarum protases a conjunctionibus *porsi* et *pusi* incipiunt, apodoses autem imperativis *ostendu* pro *ostendo* quartae tabulae, et *ceheſi* pro *fac καλεσθαι*, ut *pihaſi* in precibus pro *fac piari*, clauduntur. Ab imperativo *ceheſi* dependet accusativus pluralis *dia*, h. e. sacra, quocum singularis *pir pureto*(*m*) quasi *πυρετόν* conjungitur; cum imperativo *ostendu* vero accusativus singularis *eo iso*, h. e. id ipsum, construitur, etsi pluralis antecedit *paca ostensendi* s. *ostene sent:* nam *paca* mihi neutrum plurale esse videtur nominis *pacum* pro *pacamen* s.

placamen. Quemadmodum *anferens* et *piha(n)s s. pihos* VI, a, 47., unde genitivi *enferener* et *pe(i)haner* derivandi sunt, pro *lustrandus* et *piandus* dicebatur; sic *ostens* pro *offerendus* et *ostene* pro *offerenda*. Nihilominus in sequentibus *vesteis*, ut *vestis* VI, a, 6 et 25., *victimans* vel *libans* interpretandum videtur. Ceterum quum in quarta jam particula post verba

VI, b, 22. *Pre vereir treblaneir Juve Garbovei buf treif fetu, eso naratu vesteis:*

Ante ferias treblanas Jovi Grabovio bubus tribus facito, hoc dicito victimans: preces sint expositae, ad finem statim prioris paginae sextae tabulae progredior.

15. Post triplices preces ad Jovem Grabovium haec alias pleraque illustrata leguntur:

VI, b, 55 sq. *Tases persnimu sevom; suror purdovitu s. pudrovitu;*

Tacens precator cum veneratione; tum adorato;

VI, b, 56. *proseseto naratu; prosesetir mefa spefa ficla arsveitu;*

prosecto dicito; prosectis mazam spissam in phiala addito;

VI, b, 56 sq. *arvio fetu; este esono heri vinu, heri poni fetu; vatuo ferine fetu.*

arviga facito; in isto auspicio vel vino, vel pane facito; fatua ferina facito.

VI, b, 58. *Post verir treblanir si comia trif fetu Trebo Jovie,*

Post ferias treblanas suibus scrofis tribus facito Trebae Joviae,

VI, b, 58 sq. *ocriper Fisiu, totaper Ijovina: persae fetu; arvio fetu; pone fetu; tases persnimu;*

pro monte Fisio, pro tota Iguvina: purgamine facito; arviga facito; pane facito; tacens precator;

VI, b, 59. *surur naratu, puse pre verir treblanir; prosesetir strusla ficla arsveitu.*

tum dicito, sicut ante ferias treblanas; prosectis struem in phiala addito.

VI, a, 1. *Pre verir tesenocir buf trif fetu Marte Grabovei, ocriper Fisiu, totaper Ijovina:*

Ante ferias tesenacas bubus tribus facito Marti Grabovio, pro monte Fisio, pro tota Iguvina:

VI, a, 1 sq. *arvio fetu; vatuo ferine fetu; poni fetu; tases persnimu;*

arviga facito; fatua ferina facito; pane facito; tacens precator;

VI, a, 2. *prosesetir farsio ficla arsveitu; surur naratu, puse pre verir treblanir.*

prosectis ferctum in phiala addito; tum dicito, sicut ante ferias treblanas.

VI, a, 3. *Post verir tesenocir sif filiu trif fetu Fiso Sansie, ocriper Fisiu, totaper Ijovina:*

Post ferias tesenacas suibus verribus tribus facito Fiso Sansio, pro monte Fisio, pro tota Iguvina:

VI, a, 3 sq. *poni feitu; persae fetu; arvio fetu; surur naratu, pusi pre verir treblanir;*

pane facito; purgamine facito; arviga facito; tum dicito, sicut ante ferias treblanas;

VI, a, 4 sq. *tases persnimu; mandraclo difue destre habitu; proseretir ficla strusla arsveitu.*

tacens precator; mandragoram duplicem dextrâ habeto; prosectis in phiala struem addito.

VI, a, 5. *Ape sopo postro peperscust, vestisia et mefa spefa scalsie conegos fetu:*

Postquam sulfure, bitumine, purgaveris, visceribus et maza spissa mola spargens facito:

VI, a, 5 sq. *Fisovi Sansi ocriper Fisiu, totaper Iovina, eso persnimu vestisia vestis.*

Fisovie Sansio pro monte Fisio, pro tota Iguvina, hoc precator viscera libans.

16. Tum sequuntur preces in quarta partictila jam expositae, interjectis paucis, quae non minus obscura sunt, quam nonnulla eorum, quae modo vertere conatus sum. Ex his ante omnia illustranda sunt verba VI, a, 4. *mandraclo difue destre habitu*, quorum primum V, b, 16. *μαντραχλα*, V, a, 19. *μαντραΓκλα* scriptum est, et inter purgamina referendum videtur. Hinc *mandraclo difue*, siquidem ea verba tanquam pro accusativis *mandraclo(m) difue(m)*, h. e. *διφυὴν* s. duplicis naturae, scripta, neque, ut *destre* scil. *mani*, in ablativo casu posita, conjungere licet, *mandragoram* herbam interpretor, quae duorum generum fuisse dicitur, et candida, quam marem, et nigra, quam feminam credebant secundum Plinium H. N. XXV, 94, 3. Hanc quidem Columella X, 19., quia radix ejus inferiorem hominis partem repraesentare dicitur, *semihominem* atque propter vires soporificas et usum ejus ad philtra *vesanum gramen* vocat. Verba *ape sopo, postro peperscust*, pro quibus VII, a, 8. *ape supo, postro pepescus* legitur, ad imperativum *persae fetu* VI, a, 3. respiciunt, pro quo IV, b, 17. *σεπα σεμτε* et IV, b, 26. *πεστε Ασιανε φετε*, V, a, 32. autem *σεπα, πεστρα περστε* scriptum est. Quia vero IV, b, 26. *ξερεφ φετε* additur, etiam verba *sopa purome efurfatu, subra spahmu*, ante *eno serse comoltu* VI, a, 17. similiter explicanda sunt. Pro iisdem VII, a, 38. *sopam* (in casu locali) *purome efurfatu, subra spahamu*, ut VI, a, 41. *subra 'spahatu*, legitur, quibus III, a, 20. *απε σεβρα σπαφε φεστ* respondet. Hinc ejusdem significationis esse puto verba *σεπα σπαντεα περτεντε* V, a, 30 sq., quemadmodum Virgilii verba G. IV, 230. »fumosque manu praetende sequaces«, ubi *manu* additur, ut ad *habitu* in nostra tabula *destre*. Haec omnia ad purgamina (*persae*) et lustrationem (*persclom s. pesclom*) spectare, jam ex imperativo *περστε* et subjunctivo *peperscust s. pepescus* cognoscitur; *postro* quoque s. *πεστε Ασιανε* bitumen, ut *sopo s. σεπα* sulfur designari, in particula II, §. 23. vidimus: sed sunt alia adhuc monenda.

17. *Sopo, postro*, quia V, a, 32. *σεπα, πεστρα*, ut VI, a, 17. *sopa*, IV, b, 26. *πεστε*, scribuntur, pro ablativis feminini generis accipio, ut *subra*, pro quo I, 3. *σεπρε* exaratum est. Hinc casus localis VII, a, 38. *sopam* pro *sopame*, accusativus vero V, a, 30. *σεπα* pro *σεπαμ* scribi potuit. Si appositum huic nomen *σπαντεα* idem significat, quod *σεφαφια* (*fumifica*) V, a, 22. 41., quemadmodum ab imperativo *spahamu* subjunctivus *σπαφε φεστ* derivatur: *spaho* respondet Latino verbo *suffio*, atque *subra* nomini *suffimen; subra spah(a)mu* autem s. *'spahatu* vertendum est *suffimine suffito*, ut *σεπα σεμτε sulfure sulfurato*. Porro si *exfir* secundum Paulum Diaconum antiquis Romanis purgamentum erat, ab *ἐκθύω* derivatum; pro suffimine (*ὑποθυμιάματι*) *suffir*, Umbrice *subra*, dici potuit, ut *sollifir*, Umbrice *sopa*, pro *sulfure*, Francogallice *soufre* (*Schwefel*). Vocalis *u* Graecae *υ* etiam in *purome* pro igni respondet: nam *sopa purome efurfatu* (pro simplici *furfatu*) vertendum esse *sulfure in igne februato*, dubitari nequit, praesertim quum ipsa *februa*, ut *febres*, per metathesin a *fervendo* dicta esse videantur. Sulfura cum taedis

vel undis fluvialibus quam maxime idonea esse habita ad lustrandum, Juvenalis II, 158. et Columella VIII, 5, 11. cum Tibullo I, 5, 11., Propertio IV, 8, 86. et Ovidio Met. VII, 261. testantur, recteque Ovidius F. II, 37. Graeciam principium moris hujus februandi fuisse cecinit, quum jam apud Homerum Od. XXII, 481. Ulyxes Eurycleae imperaverit:

Οἶσε θέειον, γρηΰ, κακῶν ἄκος, οἶσε δέ μοι πῦρ,
Ὄφρα θεειώσω μέγαρον. (cf. Iliad. XVI, 228 sq.)

In nostra vero tabula notandum mihi videtur, quod primum VI, a, 5. post verba *ape sopo, postro peperscust*, praecipiatur: *vestisia et mefa spefa scalsie conegos fetu;* deinde post preces factas atque incantationes VI, a, 17., ut VII, a, 38. coll. 8., iterum scribatur: *eno mefa, vestisia, sopo purome efurfatu, subra spahmu.* Postquam igitur jam prius sulfure et bitumine purgatum est, denuo sulfure februatur in *vestisia* et *mefa spefa*, h. e. visceribus et maza spissa, offerendis.

18. Quod ad verba *vestisia et mefa spefa scalsie conegos fetu* attinet, pro iis I, 14. *Fεστιζια, μεφα πυρτυπιτε σκαλζετα κυνικαξ* exaratum est. Est igitur *conegos* s. *conecos* VII, a, 37. participium *conicans* pro *κονίπτων* (*spargens*), unde secundum Paulum Diaconum *coniptum* dicebatur genus libaminis, quod ex farina conspersa faciebant. *Σκαλζετα* vero s. *scalsie* Romanorum mola salsa esse videtur, quasi *σκελετά:* mola enim s. farina, ut Servius ad Virg. Ecl. VIII, 82. annotavit, nihil aliud fuit apud antiquos, nisi far tostum, pinsitum molitumve et in pulverem redactum, atque, ut Plin. H. N. XVIII, 9. scripsit, quae sicca moluntur, plus farinae reddunt. Notandum autem est, quod primum pro visceribus VI, a, 6. et pane VI, a, 9., deinde pro maza spissa preces fiant, quum VI, a, 8 sq. legatur: *suront poni pesnimu, mefa spefa eso persnimu,* h. e. tum pro pane precator; pro maza spissa hoc precator; his precibus vero haec interposita sint:

VI, a, 10. *Fisovie San'sie! ditu ocre Fisi, tote Iovine, ocrer Fisie(r), totar Iovinar.*
Fisovie San'sie! dicito pro monte Fisio, pro tota Iguvina, montis Fisii, totius Iguvinae (nomine).

VI, a, 10 sq. *Dupursus, peturpursus fato fito, perne postne, sepse sarsite, vov se avie esone.*
Bifariam, quadrifariam, templo capto, antica et postica parte, sane sarteque, ex voto sint avium auspicia.

In primo versu nihil monendum est; nisi quod dativus *ocre Fisi* pro *ocriper Fisiu* cet. positum, et in genitivo *ocrer Fisie(r)* cet. dativus *nomne* omissum sit; alter versus vero, alliteratione sua insignis, non ita facilis est explicatu. Spectant autem *avie(r) esone* s. avium auspicia cum adverbiis *perne postne* ad auguria, quae ut *vov*(e) *se*(nt) s. ex voto sint, praecipitur. Hinc *fato fito* pro ablativis absolutis *fano ficto* s. *facto*, h. e. templo capto, accipio: effabantur enim templa augurum *dupursus, peturpursus*, h. e. bifariam et quadrifariam, dum et antica pars ad meridiem et postica ad septentrionem in sinistram ab oriente et dextram ab occasu dividebatur. Varr. L. L. VII, 2. §. 7. *Sepse sarsite*, a

σάφα et *sarciendo* derivata, respondere mihi videntur Latino *sane sarteque*, quod ex auguralibus libris Festus et Charisius apud Putsch. pag. 195 sq. laudarunt: *vov(e)* vero, cui *vovere* Latinorum respondet, ex Umbrico *Fεα s. via* deduci potest, sicut Graecorum εὔχεσθαι ex εὖ: optantur enim atque voventur, quae bene se habere putantur.

19. Post preces, jam in quarta particula §. 18 sqq. explicatas VI, a, 15 sqq., verba quaedam sequuntur, quae prius mihi illustranda sunt, quam versionem verbalem adjiciam. Ablativo *pesclu* adduntur ibi tres imperativi *semu*, *vesticatu*, *atripursatu*, quorum alter modo solus legitur, ut VII, a, 8 et 24., modo cum imperativo *ahatripursatu* conjungitur, ut VII, a, 23 et 36., modo omittitur, ut VI, a, 36., ubi post preces ad Tefram Joviam factas nihil scriptum est, nisi *persclu sehemu*, *atropusatu*. *Semu s. sehemu* imperativus ejus verbi mihi esse videtur, quod, si *sevom* et *seveir*, jam prius explicata, inde derivanda sunt, Graeco σέβεσθαι respondet; *a(ha)tripursatu* vero s. *atropusatu* est ex praepositione *aha s. ἀμφὶ* et *tripursatu*, h. e. *tripudiato s. tripodato*, ut in actis Fratrum Arvalium scriptum legitur, compositus. Quod autem ad imperativum *vesticatu* attinet, cujus praeteritum subjunctivi *vesticos* VI, a, 25. cum *vestisia* constructum est, in superioris particulae §. 3. verba *καπιρε Ηονπε ΙΒΡΙΒ Ρεστιχατε* V, a, 34 sq. *capide Hondae Joviae libato* interpretatus sum, quia capide fiebat libatio, cui non tam Liber, ut Ovidius F. III, 733. cecinit, quam Graecorum λοιβὴ Sabinorum Loebasio apud Serv. ad Virg. G. I, 7. nomen dedisse videtur. *Ape purdinsust* verti posse *postquam peregeris*, inde conjicere licet, quod, ut in fine secundae particulae notavi, *purditom fust*, praeceptis de sacrificiis additum, idem valet, ac si dicas: *rite peractum sit*. Sic *ape persondro purdinsus* legitur VI, a, 37 extr.; sed *eam(e)*, quum nihil antecedat, ad quod pronomen illud referatur, explicari nequit, nisi adverbialiter scriptum pro *sic s. ea ratione* putetur. *Erus ditu* ab *erus dirstu*, quod paullo post legitur, non diversum esse, ex simili loco VI, a, 38. *proseseto erus dirstu* cognoscitur: at mirandum est, quod participium *conegos s. conecos*, cum *scalseto vestisiar* construendum, inter *erus dirstu s. incantationes dicito* insertum sit. Ejus rei hanc esse causam puto, quod *scalseto* non sit accusativus a participio *conegos* dependens, sed localis, ut *proseseto*, cui genitivus *vestisiar* tanquam substantivo additur.

20. Quum cetera, quae sequuntur, jam alias satis illustrata sint, redire possumus ad versionem verbalem.

VI, a, 15 sq. *Pesclu semu, vesticatu, atripursatu. Ape eam purdinsust, proseseto erus ditu:* Lustratione venerator, libato, tripodato. Postquam ita peregeris, prosecto incantationes dicito:

VI, a, 16 sq. *eno scalseto vestisiar erus conegos dirstu:* inde farri tosto viscerum incantationes spargens dicito:

VI, a, 17. *eno mefa, vestisia; sopa purome efurfatu, subra spahmu: eno serse comoltu:* inde mazae, visceribus; sulfure in igne februato, suffimine suffito: inde verbenas cumulato:

VI, a, 17 sq. *comatir persnihimu; capif purdita dupla aitu, sacra dupla aitu.*
tacite precator; capide propinata dupla libato, sacra dupla libato.

VI, a, 19. *Pre verir vehier buf trif calersu fetu Vofione Grabovie,*
Ante ferias vehias bubus tribus candidis facito Vofioni Grabovio,

VI, a, 19 sq. *ocriper Fisiu, totaper Ijovina: vatuo ferine fetu; herie vinu, herie poni fetu;*
pro monte Fisio, pro tota Iguvina: fatua ferina facito; vel vino, vel pane facito;

VI, a, 20. *arvio fetu; tases persnimu; proseseter mefa spefa ficla arsveitu:*
arviga facito; tacens precator; prosectis mazam spissam in phiala addito:

VI, a, 20 sq. *suront naratu, pusi pre verir treblanir.*
praeterea dicito, sicut ante ferias treblanas.

VI, a, 22. *Post verir vehier habina trif fetu Tefrei Jovi,*
Post ferias vehias agnabus tribus facito Tefrae Joviae,

VI, a, 22. *ocriper Fisiu, totaper Ijovina: serse fetu, pelsana fetu;*
pro monte Fisio, pro tota Iguvina: verbenis facito, balsamo facito;

VI, a, 22 sq. *arvio feitu; poni fetu; tasis pesnimu; prosesetir strusla ficla arveitu:*
arviga facito; pane facito; tacens precator; prosectis struem in phiala addito;

VI, a, 23. *suront naratu, puse verisco treblanir.*
praeterea dicito, sicut in feriis treblanis.

VI, a, 23 sq. *Ape habina purdinsus, eront poi habina purdinsust,*
Postquam agnabus perfeceris, tum ubi agnabus perfeceris,

VI, a, 24. *destruco persi vestisia et pesondro sorsom fetu; capirse perso osatu;*
ad dextram lustrationem libatione et purgamine sociali facito; cum capide preces orato;

VI, a, 24 sq. *eam mani nertru tenitu. Arnipo vestisia vesticos, capirso subotu:*
eam manu sinistra teneto. Antequam libamine libaveris, cum capide supplicato:

VI, a, 25. *isec perstico erus ditu; esoc persnimu vestis.*
item cum lustratione incantationes dicito; hoc precator libans.

21. Extremum vocabulum *vestis* hoc loco *libans* vertendum putavi, etsi *vesteis* VI, b, 22. *victimans* interpretatus sum. Ibi enim, ut verba *esu bue peracr(e)i pihaclu* VI, b, 25. 28 sq. 33 sq. cet. docent, in bove mactando; hic contra, ut e verbis *esu sorsu persondru Tefrali pihaclu* VI, a, 28. 31. 35. intelligitur, in *pesondro persome* s. purgamine sociali, quocum VI, a, 24. *vestisia* s. libamen conjunctum legitur, preces fiunt, in quarta particula illustratae. Ad libationem enim spectant verba *capirse perso osatu*, h. e. cum capide preces orato, et *capirso subotu* s. *subohtu*, h. e. *subocatu* s. supplicato, VI, a, 24 et 25. Hinc etiam *arnipo vestisia vesticos* vertendum est *antequam libamine* libaveris: *arnipo* enim conjunctionem esse *antequam* cum subjunctivo construendam, verba *arnipo comatir pesnis fust* VI, a, 41. ante *comatir persnimu* docent. *Arnipo* igitur ex *ar* pro *ad* et *nipo* pro *nec-*

dum compositum esse, et proprie quidem *donec nondum* significare videtur. *Isec* adverbium est *item* significans; *esoc* vero pronomen neutrius generis pro *eso: perstico* denique pro *persi*co scriptum esse videtur, quod ex *persi* VI, a, 24. et praepositione *co* est compositum. *Destruco* VI, a, 24. ex eadem praepositione compositum adverbialiter usurpatur pro simplici *destru* scil. *mani*, ut *nertruco* VI, a, 37. pro *mani nertru* VI, a, 25. Utrumque adverbium eadem ratione, qua adjectiva *sorsom s. sorsale* et *staflare*, sibi opponuntur his locis:

VI, a, 24. *destruco* persi *vestisia et pesondro sorsom* fetu; capirse perso osatu.

VI, a, 37. *Pesondro staflare nertruco* persi fetu; *suront* capirse perso osatu.

VI, a, 38. enom *vestisiar sorsalir destruco* persi *persome* erus dirstu.

VI, a, 39. enom *vestisiam staflarem nertruco* persi, *sururont* eras dirstu.

In his locis ex *persondro* et *vestisia* sibi oppositis simul intelligitur, ad localem *vestisiam staflarem* et ablativum pluralis *vestisiar sorsalir* supplendum esse *fetu*, ut ad pesondro *sorsalem* et *staflare* in his locis:

VI, a, 39. enom *pesondro sorsalem* persome: pue persnis fust, ife endendu, pelsatu.

VI, a, 40. enom *pesondro staflarem* persome: pue pesnis fus, ife endendu, pelsatu.

22. *Persome*, quod VI, a, 38. cum *persi* sive lustratione conjungitur, ut *perso* VI, a, 24 et 37., preces designari, sequentia docent *pue pe(r)snis fus(t)*, h. e. postquam precatus fueris. *Ife* vero *liba* designare, abjecta litera initiali *l*, quam Umbri ignorarunt, inde colligo, quod V, b, 12 sq. post *ιφε φεϱτα* etiam *πϱοσεζετα ιφε αϱFειτα* scriptum est, sicut supra legimus et infra legemus:

VI, b, 56. a, 20. VII, a, 4. *prosesetir mefa spefa ficla arsveitu:*

VI, b, 59. a, 4 sq. 23. VII, a, 8. 42. 54. *prosesetir strusla ficla(m) ar(s)veitu:*

VI, a, 2. 44. *prosesetir fa(r)sio ficla arsveitu* cet.

VI, a, 46. *prosesetir tesedi ficla arsveitu.* In quovis enim sacrificio prosectis libum aliquod additur. Itaque *endendu* VI, a, 40. non *incendito* vertendum est, ut in secunda particula §. 30. conjeceram; sed *intendito* i. q. *φεϱτα* V, b, 12. sive *porrigito*: nam eadem significatione VI, a, 49 sq. *pir endendu* et *pufe pir entelust, ere fertu* scriptum legitur. *Pelsatu* imperativum esse pro *pelsana fetu* VI, a, 22., inde colligi potest, quod in fine prioris partis quintae tabulae legitur *πελσανς φατα:* nec scio, an eodem modo *sersitu* VI, a, 41. pro *serse fetu* VI, a, 22. scriptum sit. Quid vero verbis inter *pelsatu* et *sersitu* significetur, haud ita facile est enodandum. *Vaso* quidem, cujus ablativus pluralis *Fασες* I, 22. legitur, facile pro locali nominis *vas* agnoscitur, et sequentia quoque verba jam satis illustrata sunt; sed *andervomu* nescio utrum imperativus verbi an ablativus nominis sit. At si *porse pesondrisco habus* parenthesis est enuntiationis *enom vaso(m) serse* scil. *fetu*, atque *sersitu* idem significat, *andervomu*, quasi ex *intervallo*, pro adverbio *iterum* accipiendum esse videtur. Non minus difficile est explicatu vocabulum

pisher, inter *serse comoltu* s. *ξερερ κεμελτε* IV, b, 34 sq. insertum: utrum ablativus pluralis sit adjectivi cum *serse(f)* conjuncti, an genitivus singularis substantivi a *serse* dependentis. Equidem genitivum intelligo nominis *pis*, quasi *pissis*, atque *piaminis* interpretor.

23. Versio igitur verbalis post verba *persclu sehemu*, *atropusatu* VI, a, 36., jam supra versa *cum lustratione venerator*, *tripudiato*, haec est:

VI, a, 37. *Pesondro staflare nertruco persi fetu;*
Purgamine stabulari ad sinistram lustrationem facito;

VI, a, 37. *suront capirse perso osatu; suror persnimu, puse sorsu.*
tum capide preces orato; tum precator, sicut in sociali (purgamine).

VI, a, 37 sq. *Ape pesondro purdinsus, proseseto erus dirstu:*
Postquam purgamine perfeceris, in prosecto incantationes dicito:

VI, a, 38. *enom vestisiar sorsalir destruco persi; persome erus dirstu.*
inde libaminibus socialibus ad dextram lustrationem; cum precibus incantationes dicito.

VI, a, 38 sq. *Pue sorso purdinsus, enom vestisiam staflarem nertruco persi;*
Ubi sociali (purgamine) perfeceris, inde libamine stabulari ad sinistram lustrationem;

VI, a, 39. *sururont erus dirstu: enom pesondro sorsalem persome.*
tum incantationes dicito: inde in purgamine sociali precibus (facito).

VI, a, 39 sq. *Pue persnis fust, ife endendu, pelsatu: enom pesondro staflare persome.*
Ubi precatus fueris, liba offerto, balsamato: inde in purgamine stabulari precibus.

VI, a, 40 sq. *Pue pesnis fus, ife endendu, pelsatu: enom vaso, porse pesondrisco habus, serse:*
Ubi precatus fueris, liba offerto, balsamato: inde vase, prout in purgaminibus habueris, verbenis (facito):

VI, a, 41. *subra `spahatu; andervomu sersitu, arnipo comatir pesnis fust:*
suffimine suffito; iterum verbenis facito, antequam tacite precatus fueris:

VI, a, 41 sq. *serse pisher comoltu, serse comatir persnimu. Purdito fust.*
verbenis expiatoriis cumulato, verbenis tacite precator. Rite peractum sit.

VI, a, 43. *Vocucom Joviu, ponne ovi furfant, vitlu toru trif fetu,*
Cum foco Jovio, postquam ovibus februarint, vitulis tauris tribus facito,

VI, a, 43. *Marte Horse fetu popluper totar Ijovinar, totaper Ijovina:*
Marti Horsio facito pro populo totius Iguvinae, pro tota Iguvina:

VI, a, 43 sq. *vatuo ferine fetu; poni fetu; arvio fetu; tases persnimu:*
fatua ferina facito; pane facito; arviga facito; tacens precator:

VI, a, 44. *prosesetir fasio ficla arsveitu; suront naratu, puse verisco treblanir.*
prosectis ferctum in phiala addito; tum dicito, sicut per ferias treblanas.

VI, a, 45. *Vocucom Coredier vitlu toru trif fetu, Honde `Serfi fetu,*
Cum foco Curitis vitulis tauris tribus facito, Hondo `Serfio facito,

VI, a, 45 sq. *popluper totar Ijovinar, totaper Ijovina[r]: vatue ferine fetu; arvio fetu;*
pro populo totius Iguvinae, pro tota Iguvina: fatua ferina facito; arviga facito;
VI, a, 46. *heri vinu, heri poni fetu; tases persnimu:*
vel vino, vel pane facito; tacens precator:
VI, a, 46. *prosesetir tesedi ficla arsveitu; suront naratu, puse verisco treblanir.*
prosectis testitium in phiala addito; tum dicito, sicut per ferias treblanas.
VI, a, 46 sq. *Eno ocar pihos fust. Svepo esome esono ander vacose vasetome fust,*
Inde mons piandus fuerit. Si qua in hoc omen inter vacantia cessans fuerit,
VI, a, 47. *avif aseriatu; verofe treblano covertu; reste esono feitu.*
ex avibus servato; ferias treblanas instaurato; repostis omen facito.
VI, a, 48. *Pone poplo afero heries, avif aseriato etu; sururo stiplatu,*
Quando populo lustrando satisfeceris, ex avibus augurium capito; tum firmato,
VI, a, 48 sq. *pusi ocrer pihaner; sururont combifiatu; eriront tuderus avif seritu.*
sicut montis piandi (causa); tum combinato; hac in re vitiis ex avibus caveto.
VI, a, 49. *Ape angla combifian'siust, perca arsmatiam,* anovihimu;
Postquam aquila combinaveris (et) lituo addictionem, ovato;
VI, a, 49. *crincatro hatu destramescapla; anovihimu; pir endendu.*
circulationem habeto dextra parte; ovato; piamen porrigito.
VI, a, 49 sq. *Pone esonome ferar, pufe pir entelust, ere fertu:*
Quando cum omine feras, quum piamen intenderis, eo tempore (sacra) ferto:
VI, a, 50. *poe perca arsmatiam habiest, erihont aso destre onse fertu.*
ubi lituo addictionem habeas, eo tempore cum precibus dextrâ priva ferto.
VI, a, 50 sq. *Erucom prinuatur dur etuto; perca ponisiater habituto:*
Simul suffimenta ture datote; de coelo puniceati servatote:
VI, a, 51. *ennom stiplatu parfa desva, seso tote Ijovine; sururont combifiatu,*
inde firmato parra dextra, feliciter toti Iguvinae; praeterea combinato,
VI, a, 51 sq. *vapefe avieclu, neip amboliu prepa desva combifian'si.*
favente avium augurio, nec in ambiguo praepete dextra combinans sis.
VI, a, 52. *Ape desva combifiansiust, via aviecla esonome etuto com peracris sacris.*
Postquam dextra combinans fueris, boni ominis auguria capitote cum rebus sacris.
VI, a, 52 sq. *Ape acesoniame hebetafe benust, enom termnuco stahituto.*
Postquam fumigatione leni auspicatus eris, inde cum flamma operaminor.
VI, a, 53. *Poi percam arsmatiâ habiest, etur stahmu; eso etur stahmu:*
Ubi lituo addictionem habueris, paeanem instituito: ita paeanem instituito:
VI, a, 53 sq. *Pis est totar Tarsinater trifor, Tarsinater, Tuscer, Naharcer, Jabuscer nomner.*
Piamen est totius Tadinatis tribus, Tadinatis, Tudertis, Nahartis, Japygici nominis.

VI, a, 54. *Fetu, chesu poplu nosve ier, ehe esu poplu.*
Facito, sive in hoc populo separatim eas, sive in illo populo.
VI, a, 54 sq. *Sopir habe esme pople portatu ulo, pue mers est, fetu; uru, pirse mers est.*
Siquis habet in illis populis sacratum aliquid, ubi salutare est, facito; urat, prout salutare est.
VI, a, 55 sq. *Trioper chetur stahamu: ifont termnuco com prinuatir stahitu:*
Ter paeanem instituito: inde flamma cum suffimentis operator.
VI, a, 56. *eno deitu ar[i]mahamo caterahamo Iovinur: eno cum prinuatir,*
inde dicito placitam expiationem Iguvinorum: inde cum suffimentis,
VI, a, 56 sq. *peracris, sacris, ambretuto: ape ambrefurent, termnome benurent,*
castis, sacris, cremanto: postquam cremarint, flamma auspicati fuerint,
VI, a, 57. *termnuco com prinuatir eso persnimumo tasetur.*
in flamma cum suffimentis hoc precantor cum silentio.

24. Ne repetam, quae jam alias interpretatus sum, omitto omnia, quae ante *destramescapla* VI, a, 49. leguntur; hanc vocem autem, e *destrame* et *scapla* compositam, *in dextro latere* s. *dextra parte* interpretor: quidni enim in circulatione scapulis, ut in agendo manibus, dextra sinistrave pars potuit definiri? Multo difficilius dijudicandum videtur, utrum *anovihimu*, cui *αἰτιμεμ* IV, a, 12. respondet, ut *persnihimu*, pro imperativo, an, ut *andervomu* VI, a, 41., pro ablativo accipiendum sit: *esonome* vero in casu locali esse positum, dubitari nequit. *Ferar* jam in secunda particula §. 27. pro *feras* s. *φερεσαι* V, a, 26. scriptum conjeci, ne deesset subjunctivus a conjunctione *pone* dependens: quaeritur autem, quid ferendum sit. Legimus quidem *ere fertu*, ut *onse fertu* in sequentibus; sed *ere* mihi adverbium temporis videtur a pronomine *erur* derivatum, ut *erihont*, quod sequitur, et *erec* VII, b, 1. Hinc *sacra* in versione supplevi; pro *onse* vero, h. e. *unica*, Horatium S. II, 5, 10. sequutus *priva* scripsi, *aso* pro locali *asome* s. *asame* (*ἀρᾷ*), et *destre* pro ablativo adverbiali accipiens. *Erihont* equidem non magis compositum puto, quam *eriront* VI, a, 48. et *sururont* ibidem pro *sururo* vel *suront* VI, a, 46. pro *surur; erucom* contra ex ablativo pronominis *erur* et praepositione *com* esse compositum, facile concedas. Ex iis, quae proxime sequuntur, pleraque quidem jam in superiore particula exposui; nonnulla vero adhuc illustranda sunt, ut enuntiatio *neip amboliu prepa desva combifian si*, in qua *neip* Latino *nec*, *amboliu* Graeco *ἀμφιβόλῳ* respondet, *combifian si* vero pro *combifians si*, ut paullo post *combifiansiust* pro *combifians fust*, scriptum est. *Prepa desva*, quia *ape desva combifiansiust* dictum est, ut supra v. 49. *ape angla combifian siust*, aut pro *parfa desva* v. 51. aut, quod magis probo, pro Latinorum *praepete dextra* positum videtur; *acesoniame hebetafe* contra pro fumigatione *hebeti* sive *leni*, tam diversa a pauperis *parva* apud Ovidium Pont. IV, 8, 39. quam a procerum *tacita acerra* apud Persium II, 5.

25. Ad *termnuco stahituto* supplendum esse *com prinuatir*, e versu 55. intelligitur,

ubi *ehetur stahamu* antecedit, quemadmodum IV, a, 16. statim post *πενε μενες ακερδνιαμεμ* legitur *ενεμεκ ετεϙ σταμε*, et VI, a, 53. bis *etur stahmu, eso etur stahmu. E(he)tur sta(ha)mu* significare *ενδασμὸν s. παιᾶνα ἵστασο*, jam in superiore particula §. 19. monui; sed quid horum verborum repetitio sibi velit, dici vix potest, nisi verba *pis est totar Tarsinater trifor, Tarsinater, Tuscer, Naharcer, Jabuscer nomner*, pro ipso paeane accipiantur. Quemadmodum enim v. 57. ante preces legimus *eso persnimumo tasetur*, h. e. *hoc precaminor cum silentio:* sic ante paeanem illum scriptum est *eso etur stahmu*, quasi *eturstahmu* verbum sit compositum. In quarta tabula, paeanis verbis omissis, scriptum est *ετεϙ σταμε τετα Ταϙινατε τϙιφε* cet.; in sexta vero tabula paeani subjiciuntur verba *fetu, ehesu poplu nosve ier, ehe esu poplu.* In his *eh(e) esu poplu* bis positum est pro *sive in hoc, sive in illo populo:* est enim *ehe* Graeca conjunctio ἦέ, ut *nosve* Graecum adverbium *νόσφι*, et *ier* Graecus subjunctivus ἴῃς. Etsi haec verba Graecis similia sunt, sequentia tamen *sopir habe* pro *σFεπις ἔαβε* IV, a, 18. Latinis *si quis habet* magis respondent. Quomodo *esme pople* explicandum sit, nescio, nisi pro *esisme popler* h. e. *in illis populis* scriptum accipere velis. Quae sequuntur, jam in superiore, quemadmodum preces in quarta particula, illustrata sunt; sola vox *tasetur* VI, a, 57. explicatione quadam indiget. Eadem vox VII, a, 46. legitur, ubi inverso ordine scriptum est *eso tasetur persnihimumo*, sicut IV, b, 5 sq. *σεFεμ χετεφ πεσνιμε*, at VI, b, 55 sq. *tases persnimu sevom* exaratum videmus. Ex locis istis inter se comparatis primum intelligitur, *tasetur* cum imperativo pluralis numeri *persni(hi)mumo* construi, quemadmodum *tases s. tacens* cum singulari *persnimu;* deinde *tasetur* neque pro *tacetur*, neque pro *tacitus* scriptum accipi posse, sed, sicut *sevom*, in ablativo casu esse positum pro *tacitura* h. e. *silentio s. per tacitum.*

26. Etiam in iis, quae in fine sextae atque initio septimae tabulae inter preces scripta leguntur, nonnisi pauca verba explicanda adhuc restant, quorum difficillima intellectu sunt *dersicust* et *dersicurent* VI, a, 62 sq. Quis enim, si *πρσαιχδεντ* III, a, 26. 28. legat, verba *ape este dersicurent* non vertenda putet, *postquam exta dissecuerint!* At si reputemus, ista post preces factas legi, sicut post imperativum *deitu etato Ijovinur* h. e. *dicito paeanem in Iguvinos* verba *ape este dersicust*, verbum *dersico* non a *seco* compositum, sed ab adjectivo illo, cujus pluralis *dersecor* in precibus legitur, derivatum esse atque *submissa voce precari s. supplicare* vertendum intelligemus. *Este* igitur est neutrum plurale pronominis *iste*, atque pluralis *dersicurent* ad imperativum pluralis numeri *persnimumo* VI, a, 57., sicut singularis *dersicust* ad imperativum singularis numeri *deitu* VI, a, 63., respicit: unde *covortuso* quoque et *benuso*, quia haec verba ad pluralem *ambretuto* v. 63 sq. respiciunt, in plurali numero posita puto. Notandum tamen, quod inter tot pluralis numeri verba *deitu* semper in singulari numero scriptum sit. Praeterea quod in quarta tabula verbis *τϙιεπεϙ αμπδεΓτε, τϙιεπεϙ πεσνιμε, τϙιεπεϙ ετατε IκεFινες*, h. e. *ter cremato*

(*τυϱες ετ πυϱε, cum turibus et igne*), *ter precator, ter paeane canito Iguvinos*, praecipitur, in sexta tabula singulatim sic expositum est:

VI, a, 56. *Eno com prinuatir peracris sacris ambretuto*:

VI, a, 56 sq. *Ape ambrefurent, termnome benurent, termnuco com prinuatir eso persnimumo*:

VI, a, 62 sq. *Ape este dersicurent, eno deitu etato Ijovinur.*

VI, a, 63. *Ape este dersicust, duti ambretuto*:

VI, a, 63 sq. *Euront s.* potius *Suront ape termnome covortuso, sururont pesnimumo*:

VI, a, 64. *Sururont deitu etaians, deitu*: enom *tertim ambretuto* cet.

27. In his *deitu* post *etaians* repetitum, quia in postremo versu hujus tabulae nihil nisi *deitu etaias* scriptum est, operarum vitium esse videtur, ut *euront* paullo antea pro *suront* positum. Etiam pro *etaians*, quod accusativi *etato(m)* locum obtinet, postea rectius *etaias* exaratum videtur; quemadmodum *erafont* ibidem fortasse melius est, quam *εϱαϝυντ* IV, a, 23., pro quo in superiore nostra particula typographi vitio *εϱαϝυντ* expressum legitur. Pro *pora* tamen IV, a, 20. rectius *πυϱε* scriptum est: utrumque enim vocabulum idem significare, inde cognoscitur, quod *pora benuso* pro repetitis verbis *ζιμυ ετυτυ πϱινυϝατυς* IV, a, 23. scriptum sit, ut *τυϱες ετ πυϱε* IV, a, 20. pro *com prinuatir peracris sacris* VI, a, 56. Praeterea hoc loco *termnome benurent* post *ambrefurent* et ante *termnuco com prinuatir* legitur, sicut VI, a, 64. *ape termnome benuso* post *tertim ambretuto*. Quemadmodum autem ex imperativo pluralis numeri *ετυτυ* IV, a, 23. intelligitur, *benuso* quoque pro plurali numero esse accipiendum; sic ex verbis *ape termnome covortuso* post *duti ambretuto* VI, a, 63. sequitur, *benuso* pariter ac *covortuso* rem absolutam atque perfectam indicare. Verba igitur *erafont via pora benuso*, h. e. *ita bene igne absolveritis*, finem totius ritus indicant: est autem totus postremus versus sextae tabulae, quasi custos nostrorum typographorum, in initio septimae tabulae repetitus, ut indicaretur, septimam tabulam, quae quatuor reliqua sacrificia contineat, cum sexta esse conjungendam. Ceterum prior septimae tabulae pagina ad finem usque nihil fere continet, quod non jam alias illustratum sit vel facile intelligatur, ut *ruseme* (*ruri*) VII, a, 8. 23. et *superne adro trahvorfi andendu* (*superne atrum transversim imponito*) VII, a, 25. *Ruse* pro *rure* Romanos quoque dixisse, non solum *rustici* testantur, sed etiam *Rusina* pro *Rurina* apud August. C. D. IV, 8.; *trahvorfi* vero nescio an proprie significet *fac ut transvertatur*, sicut in precibus *pihafi* pro *fac pietur* scriptum est. Nam alias quoque e duobus imperativis unus adverbii locum obtinet, ut IV, a, 36 sq. *κυϝεϱτυ αντακϱε* pro *covertu, comoltu*, VII, a, 44 sq. positum legitur; *andendu* autem imperativus est verbi *ἀμφιτείνω*, quemadmodum supra imperativum verbi *εκτείνω endendu* legimus.

28. Jam omnia praeter preces in quarta particula exhibitas ad finem usque versione verbali absolvi poterunt.

VI, a, 62 sq. *Ape este dersicurent, eno deitu etato Ijovinur, porse perca arsmatia habiest.*
Quum ista supplicarint, tum dicito paeanem in Iguvinos, siquidem lituo addictionem habeas.
VI, a, 63 sq. *Ape este dersicust, duti ambretuto: suront ape termnome covortuso,*
Quum ista supplicaveris, iterum crematote: item quum flamma compleveritis,
VI, a, 64. *sururont pesnimumo, sururont deitu etaians, deitu: enom tertim ambretuto.*
tum precaminor, tum dicito paeanas, dicito: inde tertio crematote.
VI, a, 64 sq. *Ape termnome benuso, sururont pesnimumo, sururont deitu etaias.*
Quum flamma perfeceritis, tum precaminor, tum dicito paeanas.
VI, a, 65. et VII, a, 1 sq. *Eno prinuatur simo etuto: erafont via pora benuso.*
Inde suffimenta cum thymo agitote: ita bene igne perfeceritis.

VII, a, 3. *Fondlire abrof trif fetu, heriei rofu heriei peiu: 'Serfe Martie feitu,*
In Fontinalibus apris tribus facito, vel rubris vel fuscis: 'Serfo Martio facito,
VII, a, 3 sq. *popluper totar Ijovinar, totaper Ijovina: vatuo ferine feitu; poni fetu;*
pro populo totius Iguvinae, pro tota Iguvina: fatua ferina facito; pane facito;
VII, a, 4 sq. *arvio fetu; tases persnimu; prosesetir mefa spefa ficla arsveitu: suront naratu,*
arviga facito; tacens precator; prosectis mazam spissam in phiala addito: tum dicito,
VII, a, 5. *puse verisco treblanir. Ape traha sahata combifiansust, enom erus dirstu.*
sicut per ferias treblanas. Quum lacte saccato auspicatus eris, inde incantationes dicito.

VII, a, 6. *Rubine porca trif rofa ote peia fetu Prestote 'Serfie 'Serfer Martier,*
In Robigalibus porcabus tribus rubris aut fuscis facito Prestatae 'Serfiae 'Serfi Martii,
VII, a, 6 sq. *popluper totar Ijovinar, totaper Iovina: persaia fetu; poni fetu; arvio fetu:*
pro populo totius Iguvinae, pro tota Iguvina: purgatoriis facito; pane facito; arviga facito:
VII, a, 7. *suront naratu, pusi pre verir treblanir; tases persnimu;*
tum dicito, sicut ante ferias treblanas; tacens precator;
VII, a, 8. *prosesetir strusla ficla arsveitu. Ape supo, postro pepescus,*
prosectis struem in phiala addito. Quum sulfure, bitumine purgaveris,
VII, a, 8 sq. *enom pesclu ruseme vesticatu Prestote 'Serfie 'Serfer Martier,*
inde lustratione ruri libato Prestatae 'Serfiae 'Serfi Martii,
VII, a, 9. *popluper totar Iovinar, totaper Iovina: enom vesclir adrir ruseme eso persnihimu.*
pro populo totius Iguvinae, pro tota Iguvina: inde vasculis atris ruri hoc precator.

29. Precum extrema post verba VII, a, 20. *ennom persclu eso deitu*, h. e. inde in lustratione hoc dicito, insertis verbis VII, a, 21. *tiom plenir*, h. e. tibi plenis, repetuntur; tum additur:

VII, a, 23 sq. *Enom vesticatu, ahatripursatu. Enom ruseme persclu vesticatu*
Inde libato, tripudiato. Inde ruri lustratione libato

VII, a, 24. *Prestote 'Serfie Serfer Martier, popluper totar Ijovinar, totaper Iovina:*
Prestatae 'Serfiae 'Serfi Martii, pro populo totius Iguvinae, pro tota Iguvina:
VII, a, 24 sq. *ennom vesclir alfir persnimu; superne adro trahvorfi andendu, eso persnimu.*
inde vasculis albis precator; superne atrum transversim imponito, hoc precator.
Sequentibus precibus iterum VII, a, 34. verba *ennom persclu eso persnimu*, h. e. inde in lustratione hoc precator, et *tiom plener*, h. e. *tibi plenis*, inseruntur; additur autem:
VII, a, 36 sq. *Enom vesticatu, ahatripursatu. Vestisa et mefa spefa scalsie conecos fetu*
Inde libato, tripudiato. Visceribus et maza spissa mola spargens facito
VII, a, 37 sq. *Fisovi Sansii, popluper totar Ijovinar, totaper Ijovina: suront naratu,*
Fisovio Sansio, pro populo totius Iguvinae, pro tota Iguvina: tum dicito,
VII, a, 38. *puse post verir tesonocir; vestisiar erus ditu: enno vestisia, mefa spefa;*
sicut post ferias tesenacas; viscerum incantationes dicito: inde visceribus, maza spissa;
VII, a, 38 sq. *sopam purome efurfatu, subra spahamu: traf sahatam etu.*
sulfure in igne februato, suffimine suffito: lacte saccato agito.
VII, a, 39 sq. *Ape traha sahata covortus, ennom comoltu, comatir persnihimu, capif sacra aitu.*
Quum lacte saccato compleveris, inde cumulato, tacite precator, capide sacra libato.
VII, a, 41. *Trahaf Sahate vitla trif feetu Turse 'Serfie 'Serfer Martier,*
Cum lacte saccato vitulabus tribus facito Tursae 'Serfiae 'Serfi Martii,
VII, a, 41 sq. *popluper totar Ijovinar, totaper Ijovina: persaea fetu; poni fetu; arvio fetu;*
pro populo totius Iguvinae, pro tota Iguvina: purgatoriis facito; pane facito; arviga facito;
VII, a, 42. *tases persnimu; prosesetir strusla ficlam arsveitu: suront naratu,*
tacens precator; prosectis struem in phiala addito: tum dicito,
VII, a, 42 sq. *puse verisco treblaneir. Ape purdinsiust, carsitu.*
sicut per ferias treblanas. Quum consecraveris, caedito.
VII, a, 43. *Pufe abrons facurent, puse erus dersa: ape erus dersust, postro combifiatu.*
Ex quo apris fecerint, ex eo incantationes dicas: quum incantationes dixeris, bitumine auspicator.
VII, a, 43 sq. *Rubiname erus dersa: enem Traha Sahatam combifiatu, erus dersa.*
Robigalibus incantationes dicas: inde lacte saccato auspicator, incantationes dicas.
VII, a, 44. *Enem Rubiname postro covertu, comoltu, comatir persnimu et capif sacra aitu.*
Inde Robigalibus bitumine completo, cumulato, tacite precator et capide sacra libato.
VII, a, 45. *Enom Traha Sahatam covertu, comoltu, comatir persnihimu: enom purditom fust.*
Inde lacte saccato completo, cumulato, tacite precator: inde rite peractum sit.
VII, a, 46. *Postertio, pane poplo andirsa fust, porse perca arsmatia habiest,*
Vice tertia, quando populo indictum fuerit, siquidem lituo addictionem habeas,
VII, a, 46 sq. *et prinuatur dur tefruto tursar, eso tasetur persnihimumo.*
et suffimenta ture cremato incenderis, hoc cum silentio precator.

30. Post preces deinde haec leguntur:

VII, a, 51. *Este trioper deitu: enom ivenga peracrio tursituto,*
Ista ter dicito: inde juvencas sacres crematote,
VII, a, 51 sq. *porse perca arsmatia habiest, et prinuatur.*
siquidem lituo addictionem habeas, et suffimenta.
VII, a, 52. *Hondra furo Sehemeniar hatuto, totar, pisi heriest.*
Posthac debita Semoniis facitote, omnibus, utcumque placuerit.
VII, a, 52 sq. *Pafe trif promom haburent, eaf acersoniem fetu Turse Jovie,*
Quando tribus primum habuerint, eabus cum fumigatione facito Tursae Joviae,
VII, a, 53. *popluper totar Ijovinar, totaper Iovina: suront naratu, puse verisco treblanir;*
pro populo totius Iguvinae, pro tota Iguvina: tum dicito, sicut per ferias treblanas;
VII, a, 53 sq. *arvio fetu; persaea fetu; strusla ficla prosesetir arsveitu; tases persnimu; poni fetu.*
arviga facito; purgatoriis facito; struem in phiala prosectis addito; tacens precator; pane facito.

In his jam plura vix intelliguntur, quia non verba solum modo in singulari, modo in plurali numero sunt posita, sed ignoratur etiam nominum constructio. Sic nescio an *et prinuatur* cum *ivenga peracrio*, pro quo IV, a, 40. *ιFεκα πεδαχδε* scriptum est, tanquam accusativus ab imperativo *tursituto* dependens, conjungendum sit: nec *pafe trif promom haburent* intelligi posset, nisi verba *saφ ιFεκα τρε ακεδνιε φετε* IV, a, 12 sq. docerent, ad *trif* quoque supplendum esse *juvencabus facere*. Posterior autem septimae tabulae pagina tam obscura est, ut de ea prorsus tacerem, nisi intentatum aliquid relinquere puderet. Si quis igitur minime probet, quod statuerim, huic meo primo periculo veniam precor, atque si quid melius suadebitur, hoc me libenter accepturum esse, sincero animo profiteor. Etsi enim similia quaedam in tertia leguntur tabula, iis tamen non tollitur omnis explicandi difficultas. Intelligitur tantum e verbis *πισι πεμπε φεσε* III, a, 3 sq. et 10 sq., *pumpei fratrexs* pro *pompa fraterna* scriptum videri, quemadmodum adverbium *erec s. εδεκ* III, a, 11. pro *εδε δι* III, a, 4. *s. ea in re.*

31. *Sueso* a *σFεσε* in approbatione quaestoritia IV, a, 45. non differt nisi casu: hic enim subjecti locum obtinere videtur, ad quod verbum *fiat* suppleri possit. Tum *fratrecate* ablativus esse potest adjectivi *fratrecas s. fratrexs*, quod sicut *sevacne s. venerabili* cum substantivo *portaia s. consecratione* construitur. *Fratrom Atiersio(m)* genitivum pluralis esse, ut *Fratrus Atiersier* dativum, jam in quarta particula §. 29. vidimus; si vero *desenduf* propter literam *f* finalem pro ablativo nominis numeralis *desenduo s. duodecim* accipiendum est, genitivus ille non a substantivo *portaia*, sed a *desenduf* dependet. Quemadmodum *pisi* conjunctio relativa est, ad quam adverbium *erec* refertur; sic *pifi* mihi ablativus vel dativus pluralis relativi pronominis esse videtur, ad quod genitivus pluralis *erom* est referendum. Adjectivum *fratreca*, cum *reper s. pro re* conjunctum, genitivi

Fratrum locum obtinet; *pars* vero pro *pers*, h. e. supplicatio, positum esse videtur, sicut *ehiato(m)* pro *ehetur* s. ovatio, scil. *sit*. Quemadmodum VI, b, 20. *ostensendi* pro *ostense sent*, atque VII, a, 5. *combifiansust* pro *combifians fust* scriptum est, sic *tursiandu* post *ponne ivengar*, h. e. postquam juvencae, *cremandae sint* s. *crementur* significare videtur; *hertei* vero, ut *herti* in Latinis tertiae tabulae inscriptionibus, *muneri* s. *sacrificio*. *Appei* non differt ab *ape* s. ἐπεὶ (*postquam*) vel *pane* pro *pone* VII, a, 46., ubi eadem verba sequuntur *poplo(m) andirsa fust*, unde ibidem *arfertur Atiersir*, h. e. felix Atiersiis eventus, supplendum esse, ex hoc loco cognoscitur. *Portust* vix differt a *πεϱτεFιες* V, b, 28. et *issoc* significat *eo ipso modo*; ad *frateci(r)* vero *arsferturar* esse supplendum, e verbis *πανται μεται αϱφεϱτεϱε σι, πανται μεται Φϱατϱε Ατιιεϱιε* III, b, 2 sq. colligo. Haec est igitur totius paginae versio verbalis:

VII, b, 1. *Pisi panupei fratrexs Fratrus Atiersier fust*,
Utcumque pompa fraterna Fratribus Atiersiis fuerit,
VII, b, 1 sq. *erec sueso fratrecate portaia sevacne Fratrom Atiersio desenduf*.
inde suetum (fiat) fraternali consecratione venerabili Fratrum Atiersiorum duodecim.
VII, b, 2. *Pifi reper fratreca pars est, erom ehiato, ponne ivengar tursiandu hertei*.
Quibus pro re fratrica supplicatio est, eorum (sit) ovatio, quando juvencae crementur sacrificio.
VII, b, 3. *Appei arfertur Atiersir poplom andersa fust, sve neip portust issoc*,
Postquam felix Atiersiis eventus populo indictus fuerit, si nec consecraveris eo ipso modo,
VII, b, 3 sq. *pusei subra screhto est, fratreci motar sins*.
sicut supra scriptum est, fratricae res mutae s. irritae sint.

32. Omnibus his, quae in sexta septimaque tabulis continentur, quomodocumque fieri potuit, illustratis, de *particularum* usu quaedam addere liceat. *Interjectiones* quidem nullae leguntur nisi εϝ (*evoe*) V, b, 9., sed praepositionum, conjunctionum adverbiorumque variae sunt species. *Praepositionum* alias in sola compositione, alias nonnisi separatim positas, alias denique utroque modo usurpatas inveniri, Umbris cum Romanis commune est; sed si *ponne* VI, a, 43. et VII, b, 2. pro *πενε* IV, a, 1. recte pro conjunctione accepi, una tantum praepositio *σεπεϱ* IV, a, 41. est, unde derivata quidem adverbia *subra* et *superne* VI, b, 15. VII, a, 25., nihil vero compositum legatur: nam ab *ander* VI, a, 47. composita sunt *andersistu* et *andersesust* VI, b, 6 sq., ut a *com combifiatu*, *covertu*, a *pre prevendu*, a *post postertio*. *Sub* in solis compositis *suboco*, *subocav*, *subator* cet., reperi, ut *trah* in *trahvorfi*, *re* in *reste*, *e* vel *eh* in *efurfatu* et *ehveltu*, *aha* vel *a* in *a(ha)tripursatu*, *op* in *επετε* V, b, 1., *pro* in *procanurent*, *po* vel *pu(r)* in *podruhpei* et *pudrovitu* pro *πεϱτε-Fιτε*, *ar* vel *ars* in *ar(s)veitu*, *ant* fortasse in *αντακϱε* pro *comoltu*, sed *σε* quoque legitur in *σετεντε* V, a, 23 sq., ut *an* et *en* in *αντεντε* et *εντεντε* II, b, 15., *andendu* VII, a, 25. et *endendu* VI, a, 40. 49., *os* in *εσπεντε* s. *ostendu* VI, b, 20., quibus fortasse annume-

randum est *περτεντα*, I, 8. V, a, 31. Nulla praepositio tam varie usurpatur, quam *a*: neque enim solum *αστιντα* pro *ανστιντα* II, 18 sqq. legitur, ut *ατεντα* V, b, 28. pro *ανστεντα*, *απεντα* II, 27. pro *αμπεντα* II, 23. vel *ahavendu* VII, a, 27. et *απρετα* IV, a, 20. pro *αμπρεττα* IV, a, 21., sed etiam *αFειτα* I, 1. pro *αρFειτα* cet. Praeterea *avirseto* in precibus a *virseto* non magis differre videtur, quam Latinum *averrunco* a *verrunco* vel Graecum *ἀπερύκω* ab *ἐρύκω*; *sihitu* contra et *an sihitu*, *hostatu* et *anhostatu* sibi opponuntur, ut *Fεαχλα σνατα ασνατα* V, a, 19. Duae praepositiones *com* et *per*, quarum haec Latinae praepositioni *pro* respondet, nomini suo postponi solent, ut *ocriper Fisiu*, *totaper Iovina*, *vocucom Joviu*, *verisco treblanir*, *esisco esoneir seveir*, et in adverbiis *trioper* pro *ter*, *destruco*, *nertruco*, pro *dextrorsum*, *sinistrorsum*: nihilo secius legitur etiam *com prinuatir* et *com peracris sacris*.

33. Praepositionum usum apud Umbros rariorem reddidit ablativorum varietas, ut propter casum localem praepositio *en* vel *an* pro *in* nonnisi in compositis usurpetur. Sed *conjunctiones* quoque non ita multae sunt, quarum una *eine* pro *εἰ μή*, *nisi*, etiam pro praepositione *sine* VI, b, 10. cf. 11. usurpata esse videtur. Aliam contra conjunctionem *arnipo* VI, a, 41. pro *antequam* e praepositione *ar* pro *ad* et negatione *nipo* pro *necdum* compositam puto: *neip*, *nep*, enim VI, b, 6. *neque*, *nec*, significat. Quemadmodum apud Latinos *si non* differt a *nisi*, sic VII, b, 3. *sve neip* ab *eine*: nec mirandum est, quod *sve*, ut apud Oscos *svae*, pro *si*, sed *eine* pro *nisi* dicatur, quum etiam *ni* Latinum non tam ex *nisi*, quam ex *neei* contractum videatur. Ceterum *neip* pro *non* post *puse(i)* in precibus, ut *nesimei*, ex *ne* et *somo*, h. e. *simul*, compositum, post *porsei* VI, b, 9. legitur. *Somo* ibidem bis positum est pro copulativa *et*, quae plerumque omittitur, nedum repetatur, ut *heri(ei)* pro *ote* (aut) VI, a, 3. 6. coll. IV, a, 24. 27. vel *ehe* pro *ἠέ* (sive) VI, a, 54. Memoranda sunt correlata *erse* — *nersa* VI, b, 6., quorum posterius, quum subjunctivum regat, non adverbium est, ut *unquam* — *nunquam* apud Romanos, sed conjunctio. Pleraeque conjunctiones cum subjunctivo construuntur, ut *ap(p)e(i)* et *pon(n)e*: legitur tamen VII, b, 3. *pusei subra screhto est*, VI, b, 1. 5. *po(e)i angla aseriato est*, VI, b, 8. *pafe arsfertur trebeit*, VI, b, 9. *porsei nesimei asa deveia est* (cf. 10.), sicut in precibus *pers(e)i mers est* et VI, a, 55. *pue mers est* — *pirse mers est* cet. Hinc *σFε πις ϝαβε* IV, a, 18. sive *sopir habe* VI, a, 54. indicative intelligi potest, etsi VI, a, 46. *svepo* — *vasetome fust* et IV, a, 8. *σFεπα* — *Fαζετανμισε*, atque in Bantina inscriptione *svae pis herest* et *svae pis contrud exeic fefacust* legitur. Eandem conjunctionem varie scribi potuisse, discimus e *pone poplo afero heries* VI, a, 48. et *postertio pane poplo andirsa fust*, quemadmodum e *pusei subra screhto est* VII, b, 3. et *porsei subra screhitor sent* VI, b, 15. colligi potest, varias conjunctiones interdum inter se permutari. Nihilo minus *pers(e)i* in precibus VI, b, 27. cet. a *puse(i)* discernitur, ut *pue* a *pirse* VI, a, 55., *pufe* a *puse* VII, a, 43. et *pisi* a *pafe* VII, a, 52.

34. Quam maxime varie scribuntur *adverbia*, quibus vis copulativae conjunctionis inest, ut *surur* VI, b, 20. a, 2. 4. s. *suror* VI, a, 37. et *sururo(nt)* VI, a, 48. 64 sq. s. *suront* VII, a, 7 cet.; porro *ενε* IV, a, 35. pro *enem* VII, a, 44. s. *ενε* IV, a, 38. pro *enem* VII, a, 45. et *ενεκ* IV, b, 31. 34. s. *ινεκ* pro *eno(m)* VI, a, 38. 46. s. *enno(m)* VII, a, 38 sq., pro quo etiam *ενεμεκ* IV, a, 13. 16. 19 sqq. s. *ινεμ(ε)κ*, *ινενεκ*, *ινεντεκ* I, 17 sqq. II, 29. scribitur. Quum haec adverbia a pronomine demonstrativo *enur* derivanda sint, quemadmodum conjunctiones *pue, poei, pufe, pafe, pon(n)e, pane* cet. a pronomine relativo, cujus ablativus vel dativus pluralis *pifi* VII, b, 2. legitur: eodem modo dijudicanda videntur adverbia, a pronominibus *erur* et *esur* deducta, ut *εϱεκ*, *εϱακ*, *εϱεκ* s. *εϱεκε*, *εϱεκ* et *εϱεϱεκ* III, a, 11. II, 12. 14. 31 sqq. *εϱεϱι* III, a, 4. *εϱαϱεντ*, *εϱεϱεϱεντ* I, 1. 5.; porro *ισεκ* I, 4. *ισεντ* II, 16 sq. et *εσμικ* IV, b, 29. 32. pro *eront* et *enom* VI, a, 24. 38. Verum quemadmodum *ιτεκ* I, 31. in *απ ιτεκ φακεσι*, et *εσεμεκ* IV, a, 8. post *σFεπε* s. *esome* VI, a, 47. post *svepo*, aliter interpretandum est, sic *εσε(κ)* III, a, 1. 14. et *εσεκε* I, 29. quoque s. *eso(c)* VI, a, 5. 25. et *issoc* VII, b, 3., quanquam *isec* VI, a, 25. eodem fere modo explicari potest, quo *erucom* VI, a, 50., atque *ere, erihont* ibidem non differre videtur ab *erec* VII, b, 1. Quemadmodum porro *εϱαϝεντ* IV, a, 23. s. *erafont* VI, a, 65. VII, a, 1. idem fere significat, quod *issoc* VII, b, 3.; sic *eriront* VI, a, 48. idem fere quod *εϱε ϱι* III, a, 4. et *εσεμεκ* IV, a, 8. s. *esome* VI, a, 47., a quibus plane differt *erse*, ad quod VI, b, 6. *nersa*, et VI, b, 8 sq. *porsei* conjunctio refertur. Quia vero tam multa adverbia in *κ* exeuntia a pronominibus demonstrativis derivata sunt, *ϝεντακ* quoque I, 32. II, 3. pro ejusmodi adverbio accipiendum videtur, ut *hondra* VII, a, 52. s. *ϝετϱα* IV, a, 42. idem fere, quod *subra* VI, b, 15., significans. Notandum est, quod prima secundaque tabulae ejusmodi adverbiis tantum abundant, quantum rarus eorundem usus in quinta tabula observatur.

RUDIMENTA
LINGUAE UMBRICAE

EX INSCRIPTIONIBUS ANTIQUIS ENODATA.

PARTICULA VII.

IGUVINAS TABULAS NONDUM EXPLICATAS COMPLECTENS.

SCRIPSIT

Dr. G. F. GROTEFEND
LYCEI HANNOVERANI DIRECTOR.

Est quadam prodire tenus, si non datur ultra. *Horat.*

HANNOVERAE MDCCCXXXVIII.
IN LIBRARIA AULICA HAHNII.

Praefatio.

Quamvis multa jam superiores particulae contineant, quae omnibus probari posse diffido; multo plura tamen in illis tabulis, quas haec particula complectitur, sunt inextricabilia, ut ab omni explicandi periculo abstinendum mihi putarem, nisi veniam me impetraturum confiderem, quod, quae inchoata sunt, qualicumque modo fieri posset, perficere conarer. Hanc veniam autem eo majori cum fiducia precor, quo plura invenientur, quibus augeatur Umbrici sermonis notitia, atque vel confirmentur vel emendentur ea, quae prius in medium protuli. In multis enim tabulae, quae adhuc illustrandae restant, cum illis, quas jam interpretatus sum, consentiunt; sed reperiuntur alia, quorum vis aliunde vel prorsus ignoraretur, vel minus clare perspiceretur. Accedit, quod in nonnullis verborum formis tam sermonis quam scripturae varietas observetur, quae, quum tabulae ibidem loci exaratae sint, diversis aetatibus attribuenda est. Praeterea licet multa verba tam obscura sint, ut in illis enodandis ipse mihi non satisfaciam, via tamen aperienda videtur, qua, quod mihi nondum contigit, ab aliis possit reperiri. Hinc omnem equidem operam dedi, ut, quantum fieri posset, extricarem singula, neque facti hujus me poenitet: nonnulla enim clarius perspexi, quam prius conjeceram. Verumtamen etsi pleraque sic explicari posse

videbam, ut totas inscriptiones vertere non dubitarem, paucae admittendae fuerunt versionis lacunae, ne, si verterem inextricabilia, in vanas prorsus hariolationes inciderem.

Πάντα δοκιμάζετε, τὸ καλὸν κατέχετε.

Particula VII.

Iguvinas tabulas nondum explicatas complectens.

1. Sextam septimamque tabulas cum quarta sic consentientes invenimus, ut praeter illa, quae iisdem sacrificiorum praeceptis addita sunt, nihil amplius esset illustrandum. Reliquae Iguvinae tabulae argumentis quidem, quae in tertia hujus operis particula summatim explicare conatus sum, quam maxime differunt; quaedam tamen continent explicatis similia, quibus ad cetera enodanda via aperitur. Sic ex paucis illis, quae posterior septimae tabulae pagina exhibet, et prima et postrema verba in tertia quoque tabula leguntur: unde ad hanc illustrandam, licet propter singularem literae *m* figuram et propter literae *r* pro *s* usum, post ceteras omnes exarata videatur, primum progredior. Duplex illa continet inscriptionum genus, non literis modo, quibus scriptae sunt, sed argumentis quoque maxime diversum: utrumque vero duabus constat partibus, quibus inter se comparatis alia eodem fere modo repetita, alia invicem sibi opposita agnoscuntur, quae quo facilius observentur, *verbalem* utriusque partis *versionem* praemittere liceat commentario.

Inscriptiones tertiae tabulae priores, quae Umbricis literis exaratae sunt.

III, a, 1 sqq. *Εσȣκ Φρατερ Ατιιεριȣρ ειτιπες πλενασιερ ȣρνασιερ ȣϝτρετιε τ. τ.*
Hoc Fratres Atiersii pro specie plenulae urnulae auctoritia d. d.

III, a, 3 sq. *καστρȣζιιε αρφερτȣρ. Πισι πȣμπε φȣστ, εικϜασεσε Ατιιεριερ,*
in felici pro moenibus eventu. Utcumque pompa fuerit, censentibus Atiersiis,

III, a, 4 sqq. *ερε ρι εσȣνε κȣραια πρεϝαβια. Πιρε ȣρακȣ ρι εσȣνα σι,*
in ea re omina rata ante capias. Ubi secunda cum re omina sint,

III, a, 6 sq. *ϝερτε ετ πȣρε εσȣνε; σις σακρεȣ περακνεȣ ȣπετȣ, ρεϜεστȣ.*
sacrificio et igne felici; sues sacrium sanctorum offerto, sacrificato.

III, a, 7 sq. *Πȣρε τερτε ερȣ, εμαντȣρ ϝερτε ετ πιϝακλȣ.*
Prout dictae (sunt) incantationes, ominator sacrificio et piaculo.

III, a, 8 sqq. *Πȣνε τριβριζȣ φȣιεστ, ακρȣτȣ, ρεϜεστȣ, εμαντȣ ϝερτε αρφερτȣρ.*
Postquam triplici (numero) factum erit, primitias ferto, sacrificato, ominator sacrificio eventum.

III, a, 10 sqq. *Πισι πȣμπε φȣστ, εϱεκ εσȣνεσκȣ Fεπȣϱȣς φελσFα αϱπȣτϱατι*
Utcumque pompa fuerit, inde cum ominibus propitiis felicia arbitratu
III, a, 12 sq. *Φϱατϱȣ Ατιιεϱιȣ πϱεϝȣβια, ετ νȣϱπενεϱ πϱεFεϱ, πȣστι καστϱȣFȣφ.*
Fratrum Atiersiorum ante capias, et ex pullis privis, pro moenibus.

III, a, 14 sq. *Φϱατεϱ Ατιιεϱιȣϱ εσȣ ειτιπες πλενασιεϱ ȣϱνασιεϱ ȣϝτϱετιε κ. τ.*
Fratres Atiersii hoc pro specie plenulae urnulae auctoritia d. d.
III, a, 15 sq. *κλȣFιιεϱ κȣμναϝκλε Ατιιεϱιε ȣκϱε, εικFασεσε Ατιιεϱιεϱ.*
in cliviis auspiciis Atiersiis (factis) in arce, censentibus Atiersiis.
III, a, 17 sq. *Απε απελȣστ, μȣνεκλȣ ϝαβια νȣμεϱ πϱεFεϱ πȣστι καστϱȣFȣφ;*
Quando operatus fueris, monitum quaeras e pullis privis pro moenibus;
III, a, 18 sqq. *ετ απε πȣϱτιτȣ φȣστ, μȣνεκλȣ ϝαβια νȣμεϱ τȣπλεϱ πȣστι καστϱȣFȣ;*
et quando consecratum fuerit, monitum quaeras e pullis duplis pro moenibus;
III, a, 20 sqq. *ετ απε σȣβϱα σπαφȣ φȣστ, μȣνεκλȣ ϝαβια νȣμεϱ τϱιπλεϱ πȣστι καστϱȣFȣ;*
et quando suffimine suffitum fuerit, monitum quaeras e pullis triplis pro moenibus;
III, a, 22 sqq. *ετ απε Φϱατεϱ ζεϱσνατȣϱ φȣϱεντ, εϝFελκλȣ φεια φϱατϱεκς ȣτε κFεστȣϱ.*
et quando Fratres augurati fuerint, interpretatio fiat fraterna aut quaestio.
III, a, 24 sq. *ΣFε ϱεϝτε κȣϱατȣ σι, σFε μεστϱȣ καϱȣ Φϱατϱȣ Ατιιεϱιȣ,*
Si recte curatum sit, si magistratione diligenti Fratrum Atiersiorum,
III, a, 25 sqq. *πȣϱε ȣλȣ βενȣϱεντ, πϱȣσικȣϱεντ, ϱεϝτε κȣϱατȣ εϱȣ: εϱεκ πϱȣφε σι,*
quum quid operati fuerint, prosecuerint, recte curatum erit: eatenus proba sint (omnia).
III, a, 27 sq. *ΣFε μεστϱȣ καϱȣ Φϱατϱȣ Ατιιεϱιȣ, πȣϱε ȣλȣ βενȣϱεντ, πϱȣσικȣϱεντ,*
Si magistratione diligenti Fratrum Atiersiorum, quum quid operati fuerint, prosecuerint,
III, a, 29 sqq. *κȣϱατȣ ϱεϝτε νειπ εϱȣ: ενȣκ Φϱατϱȣ εϝFελκλȣ φεια φϱατϱεκς ȣτε κFεστȣϱ.*
curatum recte nec erit: inde Fratrum interpretatio fiat fraterna aut quaestio.
III, b, 2 sqq. *Παντα μȣτα αϱφεϱτȣϱε σι, παντα μȣτα Φϱατϱȣ Ατιιεϱιȣ μεστϱȣ καϱȣ,*
Omnia muta eventu sint, omnia muta in Fratrum Atiersiorum magistratione diligenti,
III, b, 4 sq. *πȣϱε ȣλȣ βενȣϱεντ, αϱφεϱτȣϱε εϱȣ;*
quum quid operati fuerint, eventu erunt;
III, b, 5 sqq. *πεπȣϱκȣϱεντ ϝεϱιφι εταντȣ, μȣτȣ αϱφεϱτȣϱε σι.*
poposcerint licet paeane, mutum eventu sit.

2. Utriusque inscriptionis initium, si discesseris a literis *κ. τ.* III, a, 15. pro *τ. τ.* III, a, 3. perperam exhibitis, idem est et solo verborum ordine diversum: pronomen enim *εσȣ(κ)*, quod *hoc* significat, locum suum sic mutavit, ut in altera inscriptione objectum, in altera subjectum enuntiationis ante cetera omnia praecedat. Ne repetam autem, quae

jam in tertiae hujus operis particulae initio monui, quaeque, quamvis incerta sint, mutare tamen nescio, illud tantum addo, quod totius inscriptionis vertendae periculum me docuit. Discitur enim e verbis *απε Φρατερ ζερσνατυρ φυρεντ* III, a, 22., in quibus *Φρατερ* pro plurali *Φρατρερ* scriptum est, initium quoque harum inscriptionum ad omnes Fratres Atiersios posse referri, praesertim quum in margine quintae tabulae pluralis numerus *τιτε τειες* (*dicate diis*), hic quoque literis *τ. τ.* pluralem (*diis dicant*) designari, docere videatur. Sed tum verba *ειτιπες πλενασιερ υρνασιερ υϝτρετιε* non tam *pro sua pleni suffragii auctoritate* explicanda, quam ad omina per urnulas petita, quorum in initio secundae tabulae mentio fit, referenda videntur. Ad bona omina spectant fere omnia, quae in utraque inscriptione leguntur: in priore praecipitur, quid *καστρυζιιε αρφερτυρ(ε)* h. e. in felici pro moenibus urbis eventu, in posteriore, quid *κλυFιιερ κυμναϝκλε(ρ)* h. e. in cliviis auspiciis, quae Atiersiis (*Ατιιεριερ*) in arce (*υκρε*) acciderunt, faciendum sit. Quemadmodum in *κυμναϝκλε* et *Ατιιερις* III, a, 16. litera *ρ* finalis abjecta videtur, sic *εικFασεσε Ατιιεριερ* pro ablativis absolutis *εικFασεσερ Ατιιεριερ* h. e. censentibus (*εἰκάζουσιν*) Atiersiis, positum puto: his verbis enim synonyma esse, etsi loco diverso posita, *αρπυτρατι Φρατρυ Ατιιεριυ* h. e. arbitratu Fratrum Atiersiorum, ex his enuntiationibus inter se comparatis intelligitur.

III, a, 3 sqq. *Πισι πυμπε φυστ, εικFασεσε Ατιιεριερ; ερε ρι εσυνε κυραια πρεϝαβια.*

III, a, 10 sqq. *Πισι πυμπε φυστ; ερεκ εσυνεσκυ Fεπυρυς*

φελσFα, αρπυτρατι Φρατρυ Ατιιεριυ, πρεϝυβια.

In septima tabula VII, b, 1. verbis *pisi panupei fratrexs — fust* solus dativus *Fratrus Atiersier* additur, quemadmodum in tertia verbis *κλυFιιερ κυμναϝκλε* solum dativum *Ατιιερις*, scil. factis, additum videmus.

3. *Ερε ρι* (*ea in re*) plena est oratio pro adverbio *ερεκ* (*inde*); *εσυνε* sive *εσυνα*, si substantivi locum obtinet, felicia designat omina, eaque *κυραια* dicuntur, si, quod infra legitur, recte curata sunt vel *οὔρια* (rata), *υρακυ ρι* (*secunda cum re* sive *secundo eventu*). *Πρεϝαβια*, pro quo infra perperam *πρεϝυβια* exaratum est, compositum est e praepositione *πρε* (*prius*) et subjunctivo *ϝαβια* III, a, 17. (sic enim ibi emendandum est typographi erratum); *habeas* autem in auguriis Latino *capias* respondere, discimus e verbis *porse perca arsmatia habiest* VII, a, 46. 51. sive *po(e)i perca(m) arsmatia(m) habiest* VII, a, 50. 53. pro *συπερ κυμνε αρφερτυρ* IV, a, 41., atque e praeceptis *perca arsmatia habitu* VI, b, 19. *perca ponisiater habituto* VI, a, 51. pro *περκαφ ϝαβετυτυ πυνιζατε* IV, a, 15. *Πιρε* vix differt a *πισι*, sed pro *porse* paullo infra *πυρε* legitur, unde *πυρε* III, a, 25. 27. b, 4. eodem modo distinguendum videtur, quo *ερεκ* III, a, 26. sive *erse* VI, b, 6. 8. ab *ερεκ* sive *erec* VII, b, 1. Quemadmodum *erec* (pro *ερε ρι*) *inde*, *erse* sive *ερεκ interim* et *eutenus* significat, sic *πυρε quum* sive *dum*, *πυρε* vero *prout*. Cum his conjunctionibus non

Fratrum locum obtinet; *pars* vero pro *pers*, h. e. supplicatio, positum esse videtur, sicut *ehiato(m)* pro *ehetur* s. ovatio, scil. *sit*. Quemadmodum VI, b, 20. *ostensendi* pro *ostense sent*, atque VII, a, 5. *combifiansust* pro *combifians fust* scriptum est, sic *tursiandu* post *ponne ivengar*, h. e. postquam juvencae, *cremandae sint* s. *crementur* significare videtur; *hertei* vero, ut *herti* in Latinis tertiae tabulae inscriptionibus, *muneri* s. *sacrificio*. *Appei* non differt ab *ape* s. ἐπεὶ (*postquam*) vel *pane* pro *pone* VII, a, 46., ubi eadem verba sequuntur *poplo(m) andirsa fust*, unde ibidem *arfertur Atiersir*, h. e. felix Atiersiis eventus, supplendum esse, ex hoc loco cognoscitur. *Portust* vix differt a *πεϱτεFιες* V, b, 28. et *issoc* significat *eo ipso modo*; ad *frateci(r)* vero *arsferturar* esse supplendum, e verbis *παντα μετα αϱφεϱτεϱε σι, παντα μετα Φϱατϱε Ατιεϱιε* III, b, 2 sq. colligo. Haec est igitur totius paginae versio verbalis:

VII, b, 1. *Pisi panupei fratrexs Fratrus Atiersier fust*,
Utcumque pompa fraterna Fratribus Atiersiis fuerit,

VII, b, 1 sq. *erec sueso fratrecate portaia sevacne Fratrom Atiersio desenduf*.
inde suetum (fiat) fraternali consecratione venerabili Fratrum Atiersiorum duodecim.

VII, b, 2. *Pifi reper fratreca pars est, erom ehiato, ponne ivengar tursiandu hertei*.
Quibus pro re fratrica supplicatio est, eorum (sit) ovatio, quando juvencae crementur sacrificio.

VII, b, 3. *Appei arfertur Atiersir poplom andersa fust, sve neip portust issoc*,
Postquam felix Atiersiis eventus populo indictus fuerit, si nec consecraveris eo ipso modo,

VII, b, 3 sq. *pusei subra screhto est, fratreci motar sins*.
sicut supra scriptum est, fratricae res mutae s. irritae sint.

32. Omnibus his, quae in sexta septimaque tabulis continentur, quomodocumque fieri potuit, illustratis, de *particularum* usu quaedam addere liceat. *Interjectiones* quidem nullae leguntur nisi *ευε* (*evoe*) V, b, 9., sed praepositionum, conjunctionum adverbiorumque variae sunt species. *Praepositionum* alias in sola compositione, alias nonnisi separatim positas, alias denique utroque modo usurpatas inveniri, Umbris cum Romanis commune est; sed si *ponne* VI, a, 43. et VII, b, 2. pro *πενε* IV, *a*, 1. recte pro conjunctione accepi, una tantum praepositio *σεπεϱ* IV, a, 41. est, unde derivata quidem adverbia *subra* et *superne* VI, b, 15. VII, a, 25., nihil vero compositum legatur: nam ab *ander* VI, a, 47. composita sunt *andersistu* et *andersesust* VI, b, 6 sq., ut a *com combifiatu*, *covertu*, a *pre prevendu*, a *post postertio*. *Sub* in solis compositis *suboco*, *subocav*, *subator* cet., reperi, ut *trah* in *trahvorfi*, *re* in *reste*, *e* vel *eh* in *efurfatu* et *ehveltu*, *aha* vel *a* in *a(ha)tripursatu*, *op* in *επετε* V, b, 1., *pro* in *procanurent*, *po* vel *pu(r)* in *podruhpei* et *pudrovitu* pro *πεϱτε-Fιτε*, *ar* vel *ars* in *ar(s)veitu*, *ant* fortasse in *αντακϱε* pro *comoltu*, sed *σε* quoque legitur in *σετεντε* V, a, 23 sq., ut *an* et *en* in *αντεντε* et *εντεντε* II, b, 15., *andendu* VII, a, 25. et *endendu* VI, a, 40. 49., *os* in *εσπεντε* s. *ostendu* VI, b, 20., quibus fortasse annume-

randum est πεϙτεντȣ, I, 8. V, a, 31. Nulla praepositio tam varie usurpatur, quam *a*: neque enim solum αστιντȣ pro ανστιντȣ II, 18 sqq. legitur, ut ατεντȣ V, b, 28. pro αντεντȣ, απεντȣ II, 27. pro αμπεντȣ II, 23. vel *ahavendu* VII, a, 27. et απϙετȣ IV, a, 20. pro αμπϙεϝτȣ IV, a, 21., sed etiam αϝειτȣ I, 1. pro αϙϝειτȣ cet. Praeterea *avirseto* in precibus a *virseto* non magis differre videtur, quam Latinum *averrunco* a *verrunco* vel Graecum ἀπερύκω ab ἐρύκω; *'sihitu* contra et *an'sihitu*, *hostatu* et *anhostatu* sibi opponuntur, ut Fεσκλα σνατα ασνατα V, a, 19. Duae praepositiones *com* et *per*, quarum haec Latinae praepositioni *pro* respondet, nomini suo postponi solent, ut *ocriper Fisiu*, *totaper Ijovina*, *vocucom Joviu*, *verisco treblanir*, *esisco esoneir seveir*, et in adverbiis *trioper* pro *ter*, *destruco*, *nertruco*, pro *dextrorsum*, *sinistrorsum*: nihilo secius legitur etiam *com prinuatir* et *com peracris sacris*.

33. Praepositionum usum apud Umbros rariorem reddidit ablativorum varietas, ut propter casum localem praepositio *en* vel *an* pro *in* nonnisi in compositis usurpetur. Sed *conjunctiones* quoque non ita multae sunt, quarum una *eine* pro εἰ μή, *nisi*, etiam pro praepositione *sine* VI, b, 10. cf. 11. usurpata esse videtur. Aliam contra conjunctionem *arnipo* VI, a, 41. pro *antequam* e praepositione *ar* pro *ad* et negatione *nipo* pro *necdum* compositam puto: *neip*, *nep*, enim VI, b, 6. *neque*, *nec*, significat. Quemadmodum apud Latinos *si non* differt a *nisi*, sic VII, b, 3. *sve neip* ab *eine*: nec mirandum est, quod *sve*, ut apud Oscos *svae*, pro *si*, sed *eine* pro *nisi* dicatur, quum etiam *ni* Latinum non tam ex *nisi*, quam ex *neei* contractum videatur. Ceterum *neip* pro *non* post *puse(i)* in precibus, ut *nesimei*, ex *ne* et *somo*, h. e. *simul*, compositum, post *porsei* VI, b, 9. legitur. *Somo* ibidem bis positum est pro copulativa *et*, quae plerumque omittitur, nedum repetatur, ut *heri(ei)* pro *ote* (aut) VI, a, 3. 6. coll. IV, a, 24. 27. vel *ehe* pro ἠέ (sive) VI, a, 54. Memoranda sunt correlata *erse* — *nersa* VI, b, 6., quorum posterius, quum subjunctivum regat, non adverbium est, ut *unquam* — *nunquam* apud Romanos, sed conjunctio. Pleraeque conjunctiones cum subjunctivo construuntur, ut *ap(p)e(i)* et *pon(n)e*: legitur tamen VII, b, 3. *pusei subra screhto est*, VI, b, 1. 5. *po(e)i angla aseriato est*, VI, b, 8. *pafe arsfertur trebeit*, VI, b, 9. *porsei nesimei asa deveia est* (cf. 10.), sicut in precibus *pers(e)i mers est* et VI, a, 55. *pue mers est* — *pirse mers est* cet. Hinc σϝε πίς ϝαβε IV, a, 18. sive *sopir habe* VI, a, 54. indicative intelligi potest, etsi VI, a, 46. *svepo* — *vasetome fust* et IV, a, 8. σϝεπȣ — Fαζετȣμισε, atque in Bantina inscriptione *svae pis herest* et *svae pis contrud exeic fefacust* legitur. Eandem conjunctionem varie scribi potuisse, discimus e *pone poplo afero heries* VI, a, 48. et *postertio pane poplo andirsa fust*, quemadmodum e *pusei subra screhto est* VII, b, 3. et *porsei subra screhitor sent* VI, b, 15. colligi potest, varias conjunctiones interdum inter se permutari. Nihilo minus *pers(e)i* in precibus VI, b, 27. cet. a *puse(i)* discernitur, ut *pue* a *pirse* VI, a, 55., *pufe* a *puse* VII, a, 43. et *pisi* a *pafe* VII, a, 52.

34. Quam maxime varie scribuntur *adverbia*, quibus vis copulativae conjunctionis inest, ut *surur* VI, b, 20. a, 2. 4. s. *suror* VI, a, 37. et *sururo(nt)* VI, a, 48. 64 sq. s. *suront* VII, a, 7 cet.; porro *εγε* IV, a, 35. pro *eneh* VII, a, 44. s. *εγθ* IV, a, 38. pro *enom* VII, a, 45. et *εγθκ* IV, b, 31. 34. s. *ιγθκ* pro *eno(m)* VI, a, 38. 46. s. *enso(m)* VII, a, 38 sq., pro quo etiam *εγθμεκ* IV, a, 13. 16. 19 sqq. s. *ιγθμ(ε)κ*, *ιγεγεκ*, *ιγθγτεκ* I, 17 sqq. II, 20. scribitur. Quum haec adverbia a pronomine demonstrativo *enur* derivanda sint, quemadmodum conjunctiones *pue, poei, pufe, pafe, pon(n)e, pane* cet. a pronomine relativo, cujus ablativus vel dativus pluralis *pifi* VII, b, 2. legitur: eodem modo dijudicanda videntur adverbia, a pronominibus *erur* et *esur* deducta, ut *εϱεκ*, *εϱακ*, *εϱθκ* s. *εϱθκθ*, *εϱεκ* et *εϱεϱεκ* III, a, 11. II, 12. 14. 31 sqq. *εϱεϱι* III, a, 4. *εϱαϱθγτ*, *εϱεϱεϱθγτ* I, 1. 5.; porro *ιγεκ* I, 4. *ιγθγτ* II, 16 sq. et *εγμικ* IV, b, 29. 32. pro *eront* et *enom* VI, a, 24. 38. Verum quemadmodum *ιτεκ* I, 31. in *απ ιτεκ φακθγτ*, et *εγθμεκ* IV, a, 8. post *γFεπθ* s. *esome* VI, a, 47. post *svepo*, aliter interpretandum est, sic *εγθ(κ)* III, a, 1. 14. et *εγθκθ* I, 29. quoque s. *eso(c)* VI, a, 5. 25. et *issoc* VII, b, 3., quanquam *isec* VI, a, 25. eodem fere modo explicari potest, quo *erucom* VI, a, 50., atque *ere, erihont* ibidem non differre videtur ab *erec* VII, b, 1. Quemadmodum porro *εϱαϝθγτ* IV, a, 23. s. *erafont* VI, a, 65. VII, a, 1. idem fere significat, quod *issoc* VII, b, 3.; sic *eriront* VI, a, 48. idem fere quod *εϱε ϱι* III, a, 4. et *εγθμεκ* IV, a, 8. s. *esome* VI, a, 47., a quibus plane differt *erse*, ad quod VI, b, 6. *nersa*, et VI, b, 8 sq. *porsei* conjunctio refertur. Quia vero tam multa adverbia in *κ* exeuntia a pronominibus demonstrativis derivata sunt, *ϝθγτακ* quoque I, 32. II, 3. pro ejusmodi adverbio accipiendum videtur, ut *hondra* VII, a, 52. s. *ϝετϱα* IV, a, 42. idem fere, quod *subra* VI, b, 15., significans. Notandum est, quod prima secundaque tabulae ejusmodi adverbiis tantum abundant, quantum rarus eorundem usus in quinta tabula observatur.

RUDIMENTA
LINGUAE UMBRICAE

EX INSCRIPTIONIBUS ANTIQUIS ENODATA.

PARTICULA VII.

IGUVINAS TABULAS NONDUM EXPLICATAS COMPLECTENS.

SCRIPSIT

Dr. G. F. GROTEFEND
LYCEI HANNOVERANI DIRECTOR.

Est quadam prodire tenus, si non datur ultra. *Horat.*

HANNOVERAE MDCCCXXXVIII.
IN LIBRARIA AULICA HAHNII.

Praefatio.

Quamvis multa jam superiores particulae contineant, quae omnibus probari posse diffido; multo plura tamen in illis tabulis, quas haec particula complectitur, sunt inextricabilia, ut ab omni explicandi periculo abstinendum mihi putarem, nisi veniam me impetraturum confiderem, quod, quae inchoata sunt, qualicumque modo fieri posset, perficere conarer. Hanc veniam autem eo majori cum fiducia precor, quo plura invenientur, quibus augeatur Umbrici sermonis notitia, atque vel confirmentur vel emendentur ea, quae prius in medium protuli. In multis enim tabulae, quae adhuc illustrandae restant, cum illis, quas jam interpretatus sum, consentiunt; sed reperiuntur alia, quorum vis aliunde vel prorsus ignoraretur, vel minus clare perspiceretur. Accedit, quod in nonnullis verborum formis tam sermonis quam scripturae varietas observetur, quae, quum tabulae ibidem loci exaratae sint, diversis aetatibus attribuenda est. Praeterea licet multa verba tam obscura sint, ut in illis enodandis ipse mihi non satisfaciam, via tamen aperienda videtur, qua, quod mihi nondum contigit, ab aliis possit reperiri. Hinc omnem equidem operam dedi, ut, quantum fieri posset, extricarem singula, neque facti hujus me poenitet: nonnulla enim clarius perspexi, quam prius conjeceram. Verumtamen etsi pleraque sic explicari posse

videbam, ut totas inscriptiones vertere non dubitarem, paucae admittendae fuerunt versionis lacunae, ne, si verterem inextricabilia, in vanas prorsus hariolationes inciderem.

Πάντα δοκιμάζετε, τὸ καλὸν κατέχετε.

Particula VII.

Iguvinas tabulas nondum explicatas complectens.

---

1. Sextam septimamque tabulas cum quarta sic consentientes invenimus, ut praeter illa, quae iisdem sacrificiorum praeceptis addita sunt, nihil amplius esset illustrandum. Reliquae Iguvinae tabulae argumentis quidem, quae in tertia hujus operis particula summatim explicare conatus sum, quam maxime differunt; quaedam tamen continent explicatis similia, quibus ad cetera enodanda via aperitur. Sic ex paucis illis, quae posterior septimae tabulae pagina exhibet, et prima et postrema verba in tertia quoque tabula leguntur: unde ad hanc illustrandam, licet propter singularem literae *m* figuram et propter literae *r* pro *s* usum, post ceteras omnes exarata videatur, primum progredior. Duplex illa continet inscriptionum genus, non literis modo, quibus scriptae sunt, sed argumentis quoque maxime diversum: utrumque vero duabus constat partibus, quibus inter se comparatis alia eodem fere modo repetita, alia invicem sibi opposita agnoscuntur, quae quo facilius observentur, *verbalem* utriusque partis *versionem* praemittere liceat commentario.

Inscriptiones tertiae tabulae priores, quae Umbricis literis exaratae sunt.

III, a, 1 sqq. *Εσȣκ Φρατερ Ατιιερiȣρ ειτιπες πλενασιερ ȣρνασιερ ȣϝτρετιε τ. τ.*
Hoc Fratres Atiersii pro specie plenulae urnulae auctoritia d. d.

III, a, 3 sq. *καστρȣζιιε αρφερτȣρ. Πισι πȣμπε φȣστ, εικϜασεσε Ατιιερiερ,*
in felici pro moenibus eventu. Utcumque pompa fuerit, censentibus Atiersiis,

III, a, 4 sqq. *ερε ρι εσȣνε κȣραια πρεϝαβια. Πιρε ȣρακȣ ρι εσȣνα σι,*
in ea re omina rata ante capias. Ubi secunda cum re omina sint,

III, a, 6 sq. *ϝερτε ετ πȣρε εσȣνε; σις σακρεȣ περακνεȣ ȣπετȣ, ρεϜεστȣ.*
sacrificio et igne felici; sues sacrium sanctorum offerto, sacrificato.

III, a, 7 sq. *Πȣρε τερτε ερȣ, εμαντȣρ ϝερτε ετ πιϝακλȣ.*
Prout dictae (sunt) incantationes, ominator sacrificio et piaculo.

III, a, 8 sqq. *Πȣνε τριβριζȣ φȣιεστ, ακρȣτȣ, ρεϜεστȣ, εμαντȣ ϝερτε αρφερτȣρ.*
Postquam triplici (numero) factum erit, primitias ferto, sacrificato, ominator sacrificio eventum.

III, a, 10 sqq. *Πισι πεμπε φεστ, ερεκ εσνεσκυ Fεπερες φελσFα αρπετρατι*
Utcumque pompa fuerit, inde cum ominibus propitiis felicia arbitratu
III, a, 12 sq. *Φρατρυ Ατιερις πρεhαβια, ετ νεπενερ πρεFερ, πεστι καστρυFεφ.*
Fratrum Atiersiorum ante capias, et ex pullis privis, pro moenibus.

III, a, 14 sq. *Φρατερ Ατιερισερ εσυ ειτιπες πλενασιερ αρνασιερ αhτρεττις κ. τ.*
Fratres Atiersii hoc pro specie plenulae urnulae auctoritia d. d.
III, a, 15 sq. *κλυFιιερ καμναhκλε Ατιερις ακρε, εικFασεσε Ατιερισερ.*
in cliviis auspiciis Atiersiis (factis) in arce, censentibus Atiersiis.
III, a, 17 sq. *Απε απελαστ, μανεκλυ hαβια νεμερ πρεFερ πεστι καστρυFεφ;*
Quando operatus fueris, monitum quaeras e pullis privis pro moenibus;
III, a, 18 sqq. *ετ απε πεπτιτυ φεστ, μανεκλυ hαβια νεμερ τεπλερ πεστι καστρυFυ;*
et quando consecratum fuerit, monitum quaeras e pullis duplis pro moenibus;
III, a, 20 sqq. *ετ απε σεμπα σπαφυ φεστ, μανεκλυ hαβια νεμερ τριπλερ πεστι καστρυFυ;*
et quando suffimine suffitum fuerit, monitum quaeras e pullis triplis pro moenibus;
III, a, 22 sqq. *ετ απε Φρατερ ζερσνατερ φερεντ, αhFελκλυ φεια φρατρεκς ατε κFεστερ.*
et quando Fratres augurati fuerint, interpretatio fiat fraterna aut quaestio.
III, a, 24 sq. *ΣFε ρεhτε καρατ σι, σFε μεστρυ καρε Φρατρυ Ατιερις,*
Si recte curatum sit, si magistratione diligenti Fratrum Atiersiorum,
III, a, 25 sqq. *πυρε υλυ βενερεντ, πρωσικυρεντ, ρεhτε καρατυ ερυ: ερεκ πρωφε σι.*
quum quid operati fuerint, prosecuerint, recte curatum erit: eatenus proba sint (omnia).
III, a, 27 sq. *ΣFε μεστρυ καρε Φρατρυ Ατιερις, πυρε υλυ βενερεντ, πρωσικυρεντ,*
Si magistratione diligenti Fratrum Atiersiorum, quum quid operati fuerint, prosecuerint,
III, a, 29 sqq. *καρατυ ρεhτε νειπ ερυ: ενεκ Φρατρυ αhFελκλυ φεια φρατρεκς ατε κFεστερ.*
curatum recte nec erit: inde Fratrum interpretatio fiat fraterna aut quaestio.
III, b, 2 sqq. *Παντα μυτα αρφερτυρε σι, παντα μυτα Φρατρυ Ατιερις μεστρυ καρε,*
Omnia muta eventu sint, omnia muta in Fratrum Atiersiorum magistratione diligenti,
III, b, 4 sq. *πυρε υλυ βενερεντ, αρφερτυρε ερυ;*
quum quid operati fuerint, eventu erunt;
III, b, 5 sqq. *πεπυρκυρεντ hερικι εταντυ, μυτυ αρφερτυρε σι.*
poposcerint licet paeane, mutum eventu sit.

2. Utriusque inscriptionis initium, si discesseris a literis *κ. τ.* III, a, 15. pro *τ. τ.* III, a, 3. perperam exhibitis, idem est et solo verborum ordine diversum: pronomen enim *εσυ(κ)*, quod *hoc* significat, locum suum sic mutavit, ut in altera inscriptione objectum, in altera subjectum enuntiationis ante cetera omnia praecedat. Ne repetam autem, quae

jam in tertiae hujus operis particulae initio monui, quaeque, quamvis incerta sint, mutare tamen nescio, illud tantum addo, quod totius inscriptionis vertendae periculum me docuit. Discitur enim e verbis *απε Φρατερ ζερσνατυρ φυρεντ* III, a, 22., in quibus *Φρατερ* pro plurali *Φρατρερ* scriptum est, initium quoque harum inscriptionum ad omnes Fratres Atiersios posse referri, praesertim quum in margine quintae tabulae pluralis numerus *τιτε τειες* (*dicate diis*), hic quoque literis *τ. τ.* pluralem (*diis dicant*) designari, docere videatur. Sed tum verba *ειτιπες πλενασιερ υρνασιερ υϝτρετιε* non tam *pro sua pleni suffragii auctoritate* explicanda, quam ad omina per urnulas petita, quorum in initio secundae tabulae mentio fit, referenda videntur. Ad bona omina spectant fere omnia, quae in utraque inscriptione leguntur: in priore praecipitur, quid *καστρυζιιε αρφερτυρ(ε)* h. e. in felici pro moenibus urbis eventu, in posteriore, quid *κλυFιιερ κυμναϝκλε(ρ)* h. e. in cliviis auspiciis, quae Atiersiis (*Ατιιεριερ*) in arce (*υκρε*) acciderunt, faciendum sit. Quemadmodum in *κυμναϝκλε* et *Ατιιεριε* III, a, 16. litera *ρ* finalis abjecta videtur, sic *εικFασεσε Ατιιεριερ* pro ablativis absolutis *εικFασεσερ Ατιιεριερ* h. e. censentibus (*εἰκάζουσιν*) Atiersiis, positum puto: his verbis enim synonyma esse, etsi loco diverso posita, *αρπυτρατι Φρατρυ Ατιιεριυ* h. e. arbitratu Fratrum Atiersiorum, ex his enuntiationibus inter se comparatis intelligitur.

III, a, 3 sqq. *Πισι πυμπε φυστ, εικFασεσε Ατιιεριερ; ερε ρι εσυνε κυραια πρεϝαβια.*

III, a, 10 sqq. *Πισι πυμπε φυστ; ερεκ εσυνεσκυ Fεπυρυς*

φελσFα, αρπυτρατι Φρατρυ Ατιιεριυ, πρεϝυβια.

In septima tabula VII, b, 1. verbis *pisi panupei fratrexs — fust* solus dativus *Fratrus Atiersier* additur, quemadmodum in tertia verbis *κλυFιιερ κυμναϝκλε* solum dativum *Ατιιεριε*, scil. factis, additum videmus.

3. *Ερε ρι* (*ea in re*) plena est oratio pro adverbio *ερεκ* (*inde*); *εσυνε* sive *εσυνα*, si substantivi locum obtinet, felicia designat omina, eaque *κυραια* dicuntur, si, quod infra legitur, recte curata sunt vel *οὔρια* (rata), *υρακυ ρι* (*secunda cum re* sive *secundo eventu*). *Πρεϝαβια*, pro quo infra perperam *πρεϝυβια* exaratum est, compositum est e praepositione *πρε* (*prius*) et subjunctivo *ϝαβια* III, a, 17. (sic enim ibi emendandum est typographi erratum); *habeas* autem in auguriis Latino *capias* respondere, discimus e verbis *porse perca arsmatia habiest* VII, a, 46. 51. sive *po(e)i perca(m) arsmatia(m) habiest* VII, a, 50. 53. pro *συπερ κυμνε αρφερτυρ* IV, a, 41., atque e praeceptis *perca arsmatia habitu* VI, b, 19. *perca ponisiater habituto* VI, a, 51. pro *περκαφ ϝαβετυτυ πυνιζατε* IV, a, 15. *Πιρε* vix differt a *πισι*, sed pro *porse* paullo infra *πυρε* legitur, unde *πυρε* III, a, 25. 27. b, 4. eodem modo distinguendum videtur, quo *ερεκ* III, a, 26. sive *erse* VI, b, 6. 8. ab *ερεκ* sive *erec* VII, b, 1. Quemadmodum *erec* (pro *ερε ρι*) *inde*, *erse* sive *ερεκ interim* et *eatenus* significat, sic *πυρε quum* sive *dum*, *πυρε* vero *prout*. Cum his conjunctionibus non

confundendum est nomen *πȣρ̣ε* (*igne*), quod III, a, 6. cum *ϝερ̣τε* (*sacrificio*) conjunctum legitur. Est autem plurium verborum aequaliter sonantium prorsus diversa vis, ut *σι* III, a, 6. pro *sit* sive *sint* atque *σις* ibidem *sues* significans; tum *ερ̣ȣ* III, a, 26. 29. b, 5. pro *erit* sive *erunt* atque *ερ̣ȣ(ς)* III, a, 8. *incantationes* designans. Ne quis *εσȣνα σι* III, a, 5 sq. in singulari numero positum putet, quia in fine inscriptionum nostrarum legitur, *μȣτȣ(μ) αρ̣φερ̣τȣρ̣ε σι*, notandus est pluralis numerus in *παντα μȣτα αρ̣φερ̣τȣρ̣ε σι* III, b, 2 sq. atque *εσȣνεσκȣ Fεπȣρ̣ȣς* III, a, 11. sive potius *Fαπερ̣ȣς* VI, b, 9., cujus singularis II, 7. *Fαπερ̣ε* scribitur. Nisi igitur Umbros, ut Graecos, singularem verbi numerum cum neutro genere pluralis numeri construxisse putes, *σι* et pro singulari et pro plurali scribi potuit; eodemque modo *ερ̣ȣ*, quod Umbrice pro *erit* dicebatur, ut *stahu* in minoribus inscriptionibus pro *stet* et *covehriu* pro *conferciat*. *Ερ̣ȣ* III, a, 8. pro *ερ̣ȣς* (*incantationes*) exaratum esse, e participio *τερ̣τε* (*dictae*) cognoscitur, quod pro *τερ̣τε(ρ̣) φȣρ̣εντ* scriptum puto, quemadmodum e contrario *εμαντȣρ̣* pro *εμαντȣ* III, a, 10. ibidem legitur.

4. *Εμαντȣ* equidem non aliter explicare scio, nisi *ominator* quasi *ἐκμαίνȣ* sive *ἐκμαντεύȣ*, quemadmodum *ακρ̣ȣτȣ* ab *ἀκρόω* sive *ἀκροθινιάζω* (*primitias fero*) et *ρ̣εFεστȣ* a *ῥέζω* (*sacra facio*) derivandum mihi videtur. Legimus enim *εμαντȣ ϝερ̣τε αρ̣φερτȣρ̣(εμ)* h. e. *ominator ex sacrificio eventum*, atque *εμαντȣρ̣ ϝερ̣τε ετ πιϝακλȣ* h. e. ominator ex sacrificio et piaculo, quemadmodum III, a, 6. *ϝερ̣τε ετ πȣρ̣ε εσȣνε* h. e. ex sacrificio et igne omina. *Σις — ȣπετȣ*, quod e praepositione *ȣπ* (*ob*) et imperativo *ετȣ* (*agito*) compositum videtur, *sues offerto* esse interpretandum, e verbis *σι(μ) — ȣπετȣ* V, b, 1. 7 sq. colligo. Porcorum usus in sacris expiatoriis satis notus est vel ex illo Plautino loco Menaechm. II, 2, 15 sq., ubi *porci sacres sinceri* memorantur. Mirandum autem est, quod in nostra inscriptione genitivus pluralis *σακρ̣εȣ περ̣ακνεȣ* sive *peracnio* VI, b, 54. cum accusativo *σις* constructus sit; sed *sacria peracnia* substantive quoque dici potuisse, e verbis *com peracris sacris* VI, a, 52., quibus VI, a, 56. *prinuatir* additur, colligere licet. Pro adjectivo *tribrisine* VI, b, 54. in nostra tabula III, a, 9. adverbium *τρ̣ιβρ̣ιζȣ* (*triplici numero*) legitur; *φȣιεστ* vero a *φȣστ* III, a, 11. (*fuerit*) differt, ut *fio* a *fuo* apud Latinos. *ΦελσFα* adjectivum est, ut *dersva* VI, b, 1. cet., *felicia* designans auspicia e pullorum tripudio: adduntur enim ad *αρ̣πȣτρ̣ατι Φρ̣ατρ̣ȣ Ατιιερ̣ιȣ* verba *ετ νȣρ̣πενερ̣*, pro quo *νȣμερ̣* III, a, 17. scriptum est. Utrumque nomen non differre a *nurpier* VI, b, 12., quo pulli designantur, jam in superiore hujus operis particula §. 8. monui; *πρ̣εFερ̣* autem addi pro *prioribus*, e numeralibus *τȣπλερ̣* et *τρ̣ιπλερ̣* III, a, 19. 21. pro *iteratis* et *tertiatis* discitur. E verbis *πȣστι καστρ̣ȣFȣ(φ)* sive *castruo* VI, b, 32 cet., quibus *καστρ̣ȣζιιε αρ̣φερ̣τȣρ̣* III, a, 3. designari videtur, prius est praepositio, *pro* significans. Quemadmodum autem triplex omen pro moenibus urbis praecipitur: ex sacrificio et igne, quum sues offerantur; ex sacrificio et piaculo post dictas incantationes; atque ex sacrificii eventu

post oblatas primitias: sic triplum monitum (*μαγεκλα*) capiendum esse dicitur, e pullis.

5. Secundum ea, quae modo diximus, interpretandae sunt enuntiationes *απε απελασατ* III, a, 17., *απε παδρτιτα φασατ* III, a, 18 sq., *απε σαβρα σπαφα φασατ* III, a, 20. Quemadmodum *entelust* VI, a, 50. sive *εντελας* IV, a, 12. ex imperativo *endendu* sive *εντεντα*, sic *απελασατ* ex imperativo *α(μ)πεντα* II, 23. 27. sive *ahavendu* VII, a, 27. h. e. *ἀμφιπένου* sive *operator sacris* explicandus est; *παδρτιτα φασατ* IV, a, 39. sive *purdito(m) fust* VI, a, 42. VII, a, 45. sacra consecratione rite peracta indicat; *σαβρα σπαφα φασατ* denique ex praecepto *subra spah(a)mu* VI, a, 17. VII, a, 39. h. e. *suffimine suffito* interpretandum est. Haec igitur ad tria sacrorum momenta referenda sunt, ad victimarum oblationem, ad consecrationem oblatarum, et ad suffitionem post rite peracta sacrificia: additur autem his tribus momentis *απε Φρατ(ρ)ερ ζερσνατερ φερεντ*, h. e. nisi fallor, quando Fratres augurati fuerint. Nam si *sesna* III, b, 9 sqq. sive *ζερσνα* recte *signa* interpretor, *ζερσνατερ φερεντ* pluralis est praeteriti subjunctivi verbi deponentis, idem significantis, quod Graecum *σημειοῦμαι* h. e. auguror. Tum *ετFελκλα(μ)* sive *evolutio* Fratrum interpretationem, ut *κFεστερ* quaestionem de iis, quae Fratres augurati fuerint, designat; *φεια* vero subjunctivus est pro *fiat*, ut in Volsca inscriptione *facia* pro *faciat*. Signorum interpretatio et quaestio, quoniam ad Fratres Atiersios pertinebat, *φρατρεκς* (*fraterna*) dicitur, etiam III, b, 1., ubi genitivus *Φρατρα* praecedit. Sic VII, b, 1. nomini *panupei* adjectivum *fratrexs* additur ante dativum *Fratrus Atiersier*, atque *fratrecate* nomini *portaia* ante genitivum *Fratrom Atiersio*. Ad interpretationem et quaestionem Fratrum Atiersiorum accedit *μεστρα καρα Φρατρα Ατιερια* III, a, 24 sq. 27; in quo *μεστραμ* quidem Latino *magisterio* respondet, sed *Fratrum* magisterio designatur magistratio atque institutio: unde adjectivum *καραμ* non tam pro Latino *carum*, quam pro Graeco *κήδειον*, h. e. *ρετε καρατα μ* (*recte curatum*), accipiendum videtur.

6. In fine inscriptionis hae periodi sibi sunt oppositae:

III, a, 24. 26. *ΣFε ρετε καρατα σι* sive *ερα, ερεκ πρεφε σι* (*παντα*).

III, a, 27. 29. *ΣFε — καρατα ρετε νειπ ερα*, III, b, 2 sq. *παντα μετα αρφερτερε σι*. Haec omnia facile intelliguntur, quia praeter *ερεκ* et *παντα* Latina sunt; pro *πρεφε σι* vero apud Livium XXII, 20. atque in arae dedicatione apud Orellium 2489 et 2490 bis legitur *probe factum esto*. Equidem ad *πρεφε σι* e sequentibus *παντα* h. e. *omnia, quanta-quanta sunt*, suppleo, quia *πρεφε* non, ut *ρετε*, pro adverbio, sed, ut *μετα*, pro adjectivo accipiendum est. Quemadmodum protasi *σFε ρετε καρατα σι* III, a, 24. adjicitur *σFε μεστρα καρα Φρατρα Ατιερια — ρετε καρατα ερα* vel *καρατα ρετε νειπ ερα*; sic apodosi *παντα μετα αρφερτερε σι* III, b, 3. variato verborum ordine *παντα μετα Φρατρα Ατιερια μεστρε καρα — αρφερτερε ερα*: sed subjunctivus *πρεσικαρεντ*,

interpositis verbis *πȣϱε ȣλȣ βενȣϱεντ*, h. e. *quum quid operati fuerint homines* (cf. IV, a, 18. et VI, a, 54 sq.), additus, postremo loco III, b, 5. deest. Additur contra in fine inscriptionis enuntiatio: *πεπȣϱκȣϱεντ ϝεϱιφι εταντȣ, μȣτȣ αϱφεϱτȣϱε σι*, cujus primum verbum *πεπȣϱκȣϱεντ*, h. e. *peposcerint*, quomodo plerosque veterum Romanorum pro *poposcerint* dixisse Gellius VII, 9. testatur, ad eosdem homines referendum est: quod ut post verba *αϱφεϱτȣϱε εϱȣ* fieri possit, *ϝεϱιφι* non pro conjunctione *ϝεϱιιει* V, a, 16. sive *heriei* VII, a, 3. (*vel*), sed pro cognata conjunctione *licet* accipiendum videtur. *Εταντȣ* non differre puto ab *ετατȣ* IV, a, 21. 22. sive *etato* VI, a, 63. paeanem designante; sed quoniam ad subjunctivum *πεπȣϱκȣϱεντ* e praecedentibus *αϱφεϱτȣϱεμ* (*felicem eventum*) supplendum est, in ablativo casu positum censeo. Notanda est autem numerorum varietas: nam protasi *ϱεϝτε κȣϱατȣ σι* sive *εϱȣ* III, a, 24 sqq. apodosis *πϱȣφε σι* III, a, 27. additur, ut protasi *κȣϱατȣ ϱεϝτε νειπ εϱȣ* III, a, 29. apodosis *παντα μȣτα αϱφεϱτȣϱε σι* sive *εϱȣ* III, b, 2 sqq.; in fine vero ad singularem numerum *μȣτȣ* reditur. Sic in sequentibus inscriptionibus pro Fratribus Atiersiis unus modo Frater remuneratus esse dicitur.

7. Duae Latinis literis exaratae inscriptiones tam similes sibi sunt, ut, si quis priorem explicet, posterior simul explicetur. Utraque praeterea inscriptio duabus constat partibus sic sibi oppositis, ut, qui Fratribus Atiersiis donare aliquid dicatur, ipse deinde donetur a Fratre Atiersio. Hic III, b, 16. *Frateer Atiersiur* dicitur, eodemque modo III, b, 11., ubi tamen prior *e* litera nominis *Frateer* deleta est. Pluralis numerus intelligi nequit, nisi *dirsas* et *dirsa* pro singulari, *dirsans* pro plurali praesentis, quam pro participio, accipere malis: pro *Atiersiur* tamen in plurali numero Latinis literis *Atiersior* erat scribendum. Quare Frater Atiersius *Sehmenier dequrier Pelmner sorser* h. e. *Semoniae decuriae Pilumnis sociae* dicatur, non minus obscurum est, quam quomodo in initio quintae tabulae verba *Σεμενιες τεκȣϱιες* intelligenda sint. Ibidem *Clavernia* quoque et *Casilas* gentes memorantur, unde *Claverniur* pro *Clavernius* et *Casilos* pro *Casilas* scriptum cognoscitur. Etsi enim III, b, 14. *agre Casiler*, ut III, b, 9. *agre Tlatie*, in genitivo dicitur, *Casilos* tamen III, b, 13., cui dativus *Casilate* III, b, 16. respondet, pro *Casilus* exaratum esse nequit, quia, tertia declinatione excepta, *s* finalis litera in his inscriptionibus semper in *r* mutatur. Apud Varronem quidem L. L. VII, §. 8. etiam in tertia declinatione legitur: »Olla *veter* arbos, *quirquir* est«; in nostris vero inscriptionibus praeter genitivum *farer* (*farris*) nullum tertiae declinationis nomen *s* finalem in *r* mutavit: unde neque *Casilar*, ut *Claverniur*, neque *dirsar*, ut *duir* in Lerpirii inscriptione, neque *Fratrur* vel *homonur*, ut *Atiersir* exaratum est. In mediis quoque vocabulis *s* litera mansit: unde *puri* non pro *pusi* (*sicut*), sed pro *πȣϱε* (*quum*) positum accipio; *duir* vero, ut *far*, infinitivus esse mihi videtur, Graecorum more pro Latinorum gerundio usurpatus. Haec est igitur inscriptionum *versio verbalis:*

Inscriptiones tertiae tabulae posteriores, quae Latinis literis scriptae sunt.

III, b, 8 sq. *Claverniur dirsas herti Fratrus Atiersir posti acnu farer opeter P. IIII.*
Clavernius dicat muneri Fratribus Atiersiis pro sacro farris oblati plethra IIII.

III, b, 9 sq. *agre Tlatie Piquier Martier, et 'sesna homonus duir, puri far eiscurent, ote a vi.*
agri Tlatii Picii Martii, et tesseras hominibus dandas, quum faciendum censuerint, procul a vi.

III, b, 10 sqq. *Claverni dirsans herti Frateer Atiersiur Sehmenier dequrier Pelmner sorser*
Clavernio dicat muneri Frater Atiersius Semoniae decuriae Pilumnis sociae

III, b, 12 sq. *posti acnu vef X. cabriner, vef V. pretra toco, postra fahe, et 'sesna ote a vi.*
pro sacro partim X. capras, partim V. prius in feturam, posterius mactandas, et tesseras procul a vi.

III, b, 13 sq. *Casilos dirsa herti Fratrus Atiersir posti acnu farer opeter P. VI.*
Casilas dicat muneri Fratribus Atiersiis pro sacro farris oblati plethra VI.

III, b, 14 sq. *agre Casiler Piquier Martier, et 'sesna homonus duir, puri far eiscurent, ote a vi.*
agri Casili Picii Martii, et tesseras hominibus dandas, quum faciendum censuerint, procul a vi.

III, b, 16 sq. *Casilate dirsans herti Frateer Atiersiur Sehmenier dequrier Pelmner sorser*
Casilati dicat muneri Frater Atiersius Semoniae decuriae Pilumnis sociae.

III, b, 17. *posti acnu vef XV. cabriner, vef V., p. s. et 'sesna ote a vi.*
pro sacro partim XV. capras, partim V., uti supra, et tesseras procul a vi.

8. Etsi *Ϝερτε* supra *sacrificio* verti, *herti* tamen in his inscriptionibus, ut *χάριτι* apud Graecos, *muneri* significat: designatur enim hoc nomine, quicquid in alicujus gratiam datur, sive sacrificium sit, sive aliud quoddam munus. *Πυστι* Latinae praepositioni *pro* respondere supra vidimus: quodsi *acnu* Graeco adjectivo *ἁγνῷ* respondet, *posti acnu* significat *pro sacro*, quo donatio in perpetuum designari videtur. Ne enim *acnuam* Varronis R. R. I, 10, 2. et Columellae V, 1, 5. vel *agnam* Isidori Origg. XV, 15, 5. *ἄκεναν* Heronis vel *ἄκαιναν* Hesychii agnoscamus, prohibet ejusdem nominis in *cabriner* sive *caprini* pecoris donatione repetitio. Praeterea acnuam, etsi secundum Varronem Latine dicebatur, Columella et Isidorus rectius a Baeticae rusticis actum vocatum esse scripserunt: tum pro eo ante numeros IV. et VI. litera *P.* legitur, *plethra* significans; neque tamen ipsa agrorum plethra donata puto, sed quemadmodum Plautino versu Menaechm. V, 5, 15.

Non potest haec res ellebori jugere obtinerier,

tanta ellebori copia designatur, quanta ex agri jugere metitur, sic verbis *farer opeter P. IV.* vel *VI.* tanta *farris oblati* copia notari potuit, quanta e plethris IV. vel VI. meteretur. Hinc additur *et 'sesna* (*signa*) h. e. *σήματα* sive tesseras frumentarias, quibus exhibitis quotannis potuit accipi, quantum initio datum erat. *Farer opeter* igitur hoc loco aliter interpretandum est, quam *votir farer* in Lerpirii inscriptione explicandum mihi videbatur:

quum enim *opeter* participium ejus verbi sit, cujus imperativum *ατετα* supra *offerto* verti, *farer* pro genitivo ejus nominis accipio, unde *farina* apud Latinos deducta est. At *puri far eiscurent*, qui quidem subjunctivus a Graeco verbo *ἔτοχω* derivandum videtur, interpretor *quum facere censuerint* scil. homines, quibus tesserae dantur. *Homonus* Umbros pro *hominibus*, ut *Fratrus* pro *Fratribus*, dixisse, eo minus dubito, quod vetustissimi quoque Romani secundum Priscianum apud Putsch. p. 683. *homones* dicebant homines. *Ote a vi* sic interpretor, ut munus sponte factum indicetur: supra quidem *ατε* pro *aut* legimus, sed hoc loco Graecum *ἀδὲ* vel Latinum *haud* est comparandum.

9. Plethrorum IV. eadem est ratio ad X. caprini generis pecudes, atque *P. VI.* ad *XV. cabriner:* utrisque vero adduntur praeterea V., post quem numerum Gruterus in altero loco III, b, 17. HS. exhibuit. Quum prior harum literarum in Dempsteri tabula deleta sit, equidem *P. S.* h. e. *pusei subra* (*screhto est* VII, b, 3.) legendum puto, quemadmodum apud Catonem R. R. 141. *V. S. S. E.* h. e. *uti supra scriptum est* legitur. Significatur igitur illis literis, supplendum esse *pretra toco*, *postra fahe*, h. e. *πρότερον τόχῳ, ὕστερον σφαγῇ* sive *prius in feturam, posterius ad mactandum. Vef — vef* pro *partim — partim* usurpatum esse, in Lerpirii inscriptione vidimus; tesseras vero de pecudibus pariter atque de frumento dari potuisse, Martialis VIII, 78. docet, in congiariis tesseras missilibus jactas significans, quae quibus contigissent, nobilem aliquam feram consequerentur. *Cabriner* quidem *capras* verti, sed proprie ille genitivus caprini generis pecudes, tam capros quam capras, significat. Hinc nescio, an in quintae tabulae initio *Σεμενιες τεκεδόιες* pro genitivo casu accipiendum sit, ut eadem decuria, cujus Frater Atiersius III, b, 11. 16. caprinas pecudes donasse dicitur, suem caprumque (*σιμ, καπδόμ*), quorum ille V, b, 7. Jovi Patri, hic V, b, 10. Fausto Sancio offertur, ad sacrificia exhibuerit. *ΤεκFιας* autem pro dativo pluralis numeri accipio, unde genitivi *φαμεδιας Πεμπεδιας* dependent, ad indicandas gentes familiae sive stirpis Pompiliae, pro quibus sacrificia fiant. *ΤεκFια* igitur est Homeri *γενεή τε τόκος τε;* pro numero XII. autem XIX. emendandum esse puto, quia dativo casui *τεκFιας* undeviginti gentium nomina apponuntur, de quibus jam in tertia hujus operis particula, quae necessaria videbantur, monui. Hic tantum addo, quum reliqua omnia nomina, ut *Claverni(e)* et *Casilate* III, b, 10 et 16., in dativo casu posita sint, *Σατανες* quoque et *Ιειεσκανες* pro dativo pluralis numeri accipiendum esse videri, ut *Satani* et *Jujescani* pro Satana et Jujescana gente dicantur. Ceterum Casilatis nomen tribus, reliqua omnia binis gentibus tributa videmus. His praemissis ad ipsas inscriptiones quintae tabulae explicandas progredior, quarum primam Dempsterus in pagina posteriore exhibuit; *verbalem* vero *versionem*, qualiscumque est, quemadmodum antea, praemitto rursus commentario, quo facilius intelligatur verborum contextus.

Prima quintae tabulae inscriptio.

V, b, 1 sq. *Σεμενιες τεκερiες σιμ, καπρεμ σπετε τεκFιας φαμεριας Πεμπεριας XIX:*
Semoniae decuriae suem, caprum offerto pro gentibus stirpis Pompiliae XIX:

V, b, 2 sq. *Ατιεριατε, ετρε Ατιεριατε; ΚλαFερνιιε, ετρε ΚλαFερνιιε;*
Atiersiate, altera Atiersiate; Clavernia, altera Clavernia;

V, b, 3 sq. *Κερειατε, ετρε Κερειατε; Σατανες, ετρε Σατανε; Πειεριατε, ετρε Πειεριατε;*
Curejate, altera Curejate; Satanis, alteris Satanis; Peiersiate, altera Peiersiate;

V, b, 4 sq. *Ταλενατε, ετρε Ταλεναται; Μεσειατε, ετρε Μεσειατε;*
Talenate, altera Talenate; Musejate, altera Musejate;

V, b, 5 sq. *Ιειεσκανε, ετρε Ιειεσκανες; Κασελατε, ετρε Κασελατε, τερτιε Κασελατε.*
Jujescanis, alteris Jujescanis; Casilate, altera Casilate, tertia Casilate.

V, b, 7 sq. *Περαξνανις τειτε αρμενε: IεFε Πατρε φετε; σι περακνε σεFακνε σπετε:*
Sacrum dicito chorum: Jovi Patri facito; suem sacrem sanctum offerto:

V, b, 8 sq. *εFειετε σεFακνε ναρατε; αρFιε σστετε:*
ovatum sanctum dicito; arviga immolato:

V, b, 9 sq. *εε ναρατε, πεξε φαζε φετε, σεFακνε: Ferι πενι, Ferι Fινε φετε.*
in eo dicito, sicut caede facta, sancta: tam pane, quam vino facito.

V, b, 10 sq. *Φαπετε Σαζι αμπετε; καπρε περακνε σεFακνε σπετε:*
Fausto Sancio operator; caprum sacrem sanctum offerto:

V, b, 11 sq. *εFειετε ναρατε; ζιFε αμπετε; φεσνε ρε περτεστε; ιφε φερτε; ταφλε επιρφερτε:*
ovatum dicito; sevo operator; e fiscina rem consecrato; liba ferto; lauro februato:

V, b, 12 sq. *καπρες πρσεζετε ιφε αρFειτε: περσερε Φαπετις, μεφα, Fιστιζα φετα, φερτε:*
capri prosecto liba addito: lustramen Fausti, mazam, libatione facta, ferto:

V, b, 14 sq. *σFισεFε φερτε πενε; ετρε σFισεFε Fινε φερτε; τερτιε σFισεFε στερ φερτε:*
solita ferto pane; altera solita vino ferto; tertia solita augmine ferto:

V, b, 15 sq. *πιστε νιρε φερτε; Fεπεσερα φερτε: μαντραλε φερτε; πενε φερτε.*
bitumen nigrum ferto; veratrum ferto; mandragoram ferto; panem ferto.

V, b, 16 sq. *Πενε φεσναφε βενες, καβρε περτεFετε Φαπετε Σαζι: IεFε Πατρε πρεπεσνιμε:*
Postquam fiscinis operatus eris, caprum consecrato Fausto Sancio: Jovem Patrem prius precator:

V, b, 18 sq. *Fεπεσερα πεσνιμε; Fεσκλες πεσνιμε; ατρεπερατε: αρπελτε στατιτατε;*
in veratro precator; in vasculis precator; tripudiato; appellationem instituito:

V, b, 19 sq. *Fεσκλε πεστρε, πεστε ρανε, πεσνιμε; πενι πεσνιμε; Fινε πεσνιμε; ανε πεσνιμε.*
in vasculo cum asphalto, bitumine candido, precator; in pane precator; in vino precator; in augmine precator.

V, b, 21 sq. *Ενε ερες εστε Fιτλε Fαφρε: πενε Ferιες, φαζε ερεFε τιζλε σεστε IεFε Πατρε.*
Inde incantationes dicito cum vitulatione: postquam satisfeceris, hostiam cum incantatione sistito Jovi Patri.

V, b, 22 sq. *Πανε σεστε, ahφετα μανϑFε ſαβετϑ; εστϑ ιϑκϑ ſαβετϑ:*
Postquam stiteris, saltationem bacchantem habeto; istud jubilum habeto:

V, b, 24 sq. *Ιϑπατεɂ! Σαζε! τεφε εστϑ Fιτλϑ Fϑφɂϑ σεστϑ! Πϑɂτιφελε τɂιϑπεɂ τειτϑ:*
Jupiter! Sanci! tibi istam vitulationem sisto! Consecrationem ter dicito:

V, b, 25 sq. *τɂιϑπεɂ Fϑφɂϑ ναɂατϑ: φειϑ IϑFε Πατɂε Fϑζιατεɂ νατινε Φɂατɂϑ Ατιεɂιϑ.*
ter jubilum dicito: facito Jovi Patri pro Fusia gente Fratrum Atiersiorum.

V, b, 27 sq. *Πανε ανπενες, κɂικατɂϑ τεστɂε εϑξε ſαβετϑ: απε απελϑς, μεφε ατεντϑ.*
Postquam operatus eris, circulationem ad dextram cum ovatione habeto: quando absolveris, mezam intendito.

V, b, 28 sq. *Απε πϑɂτϑFιες, τεστɂε εϑξε ſαβετϑ κɂικατɂϑ: aɂFιϑ ϑστετϑ; πανι φετϑ.*
Quando consecraveris, ad dextram cum ovatione habeto circulationem: arviga immolato; pane facito.

10. Praecipiuntur in hac inscriptione duo sacrificia *Jovi Patri* et *Fausto Sancio* facienda, atque in multis similia illis, quae in sexta tabula *Jovi Grabovio* et *Fiso Sancio* fiunt. Praemittuntur his sacrificiis verba *πɂaξνανιϑ τειτϑ aɂμινϑ*, in quibus accusativos ab imperativo *τειτϑ* (*dicito*) dependentes, *πɂaξνανιε*(*μ*) *aɂμινε*(*μ*), *sacram harmoniam* designare puto, quemadmodum Prudentius Cathem. III, 90. cecinit: »Te nostra, Deus, canet harmonia«; *πɂaξνανιϑ* vero adjectivum derivatum est ab illo, quod in his locis inter se comparandis legimus, ubi *σι πɂaκνϑ* pro *σιμ πɂaκνεμ*, ut *εFειετϑ σεFακνϑ* pro *εFειετϑμ σεFακνεμ* scriptum accipio.

V, b, 7 sq. *IϑFε Πατɂε φετϑ: σι πɂaκνϑ σεFακνϑ ϑπετϑ, εFειετϑ σεFακνϑ ναɂατϑ.*

V, b, 10 sq. *Γαπετϑ Σαζι αμπετϑ: καπɂε πɂaκνϑ σεFακνϑ ϑπετϑ, εFειετϑ ναɂατϑ.*
In his *σι πɂaκνϑ σεFακνϑ ϑπετϑ* nonnisi singulari numero differt ab illis, quae III, a, 6 sq. legimus: *σις σακɂεϑ πɂaκνεϑ* sive potius *σις σακɂες πɂaκνες ϑπετϑ* (*sues sacros sanctos offerto*). An *πɂaκνε* a *πɂι* (*lustratione* IV, b, 30. 33.) deduci possit, nescio; *σεFακνε* sane a *σεFϑ* IV, b, 5. derivandum videtur ad suem *ἁγνὸν, ἅγιον, εὐαγῆ* designandum: nam *sacer, peracnis* sive *peracris* atque *sevacnis* sunt adjectiva synonyma, atque praecepta *πɂaξνανιϑ τειτϑ aɂμινϑ* et *εFειετϑ σεFακνϑ ναɂατϑ* nonnisi nominibus *aɂμινϑ* et *εFειετϑ* differunt, quorum hoc, ut *ehiato* VII, b, 2. *ovatum* significat. Adjectivum *σεFακνϑ* ad *εFειετϑ* abundanter esse additum, ex eo intelligitur, quod in altero loco omissum sit: quod nisi factum esset, *εFειετϑ* pro imperativo posset accipi, ut *σεFακνϑ ναɂατϑ* absolute diceretur, quemadmodum *σακɂε σεFακνϑ ϑπετϑ* II, 22. Observanda igitur videtur diversa vis similium terminationum: *φετϑ, ϑπετϑ, ναɂατϑ, αμπετϑ*, imperativi sunt, *εFειετϑ* et *Γαπετϑ* nomina; sed *εFειετϑ* est in accusativo casu positum, *Γαπετϑ*, ut *Aſτϑ* ante *IϑFι* et *Μαɂτι* V, a, 10 sq., in dativo. Quia favor Umbrice *vapers* dici solebat, *Γαπετϑ Fausto* interpretandum putavi, *Aſτϑ* vero (h. e. *Ovato*) *Incluto*, quomodo Jupiter audit apud Plautum Pers. II, 3, 1.

11. *Γαπετϑ* nomen esse Sancii, e repetitione ejus V, b, 17. cognoscitur;

αμπετυ vero pro *αμπεντυ* (*ἀμφιπένυ*) scriptum esse, ex his locis inter se comparatis videre licet:

V, b, 10 sq. *Ϝαπυτυ Σαζι αμπετυ: καπρυ περακνε σεϜακνε υπετυ, εϜειετυ ναρατυ.* V, a, 20 sq. *Ϝυντε ΙυϜιε αμπεντυ: κατλυ σακρε σεϜακνε.* II, 25. *τιζλυ σεϜακνι τειτυ.* II, 22 sqq. *ΙυϜε Πατρε — αμπεντυ: υϜεμ σεϜακνι υπετυ, — τιζλυ σεϜακνι ναρατυ.* Quemadmodum in his *πεϱακνε, σακϱε, σεϜακνι,* atque *ναϱατυ, τειτυ* synonyma agnoscuntur, sic etiam *εϜειετυ* et *τιζλυ* similia significare videntur; est autem *τιζλυ* ab imperativo *τειτυ*, qui pro *dicato* pariter atque pro *dicito* usurpatur, derivandum, unde etiam V, b, 22. pro *εϱυς τε(ι)τυ* V, b, 21. sive *incantationes dicito φαζυ εϱυϝυ τιζλυ σεστυ,* h. e. *hostiam* (*σφάγιον*) *cum incantatoria dicatione sistito* exaratum legitur. Ex his intelligitur, quomodo verba *πυξε φαζε φετε* V, b, 9., inter *ευ καϱατυ — σεϜακνε* posita, interpretanda sint. *Πυξε* V, a, 4. pro *puse* (*sicut*) scriptum est; *φαζε* non differt a *fahe* III, b, 13. (*σφαγῇ*); *φετε* denique, ut *φετα* V, b, 13., participium est verbi *far* (*facere*): hoc igitur ad verba *αϱϜιυ υστετυ* (*arviga immolato*) praecipitur: *in eo dicito, sicut caede* (*hostiae*) *facta, sancta.* In his suspicari quidem possis, *σεϜακνε* ad *φαζε* esse appositum, *ευ* vero esse interjectionem *evoe* ad *εϜειετυμ* indicandum; sed V, a, 2. *ευ εσυμ,* pro quo VI, b, 20. *eo iso* legitur, *in eo ipso* significat. Quemadmodum in sacrificio Jovi Grabovio facto IV, b, 4. post *αϱϜια υστεντυ* sive *arvio fetu* VI, b, 56. *Ϝεϱιε Ϝινυ, Ϝεϱι πυνι,* h. e. ut nunc mihi vertendum videtur, *tam vino, quam pane,* additum est, sic in quinta quoque tabula, etsi diverso verborum ordine, *Ϝεϱι πυνι, Ϝεϱι Ϝινυ φετυ* additur; verba vero *ϜατυϜα φεϱινε φειτυ* nusquam leguntur. Panis et vini oblationem etiam in Sancii sacrificio legimus; sed adduntur multa alia, quae ad purgatoria pertinent, ut *ζιϜε* sive *seva,* quae inter purgatoria relata esse a veteribus Plinius H. N. XXVIII, 9. §. 37 sq. testatur.

12. Ex purgatoriis alia sexta tabula in Fisi Sancii sacrificio exhibet, alia discuntur ex Ovidii versibus F. IV, 742 sq.

Libaque de milio milii *fiscella* sequatur,
Et crepet in mediis *laurus* adusta focis.

Ad milii fiscellam refero verba *φεσνε ϱε πυϱτυετυ* sive potius *πυϱτυϜετυ,* quemadmodum V, b, 17. scriptum est, h. e. e *fiscina rem consecrato,* ad liba *ιφε φεϱτυ,* ad laurum *ταφλε επιϱφεϱτυ.* Quum enim nullum vocabulum in Iguvinis tabulis a litera *l* incipiat, *laurum libaque* in illis frustra quaereremus, nisi e sequentibus verbis *καπϱες πϱυσεζετυ ιφε αϱϜειτυ,* h. e. *capri prosecto liba addito* jam in superiore hujus operis particula §. 22. didicissemus, Umbros *liba ιφε* dixisse, quemadmodum apud Homerum *εἴβω* pro *λείβω* legimus: unde *ταφλε* pro *δάφνῃ* sive *lauro* dictum agnoscitur. *Επιϱφεϱτυ* non est e *φεϱτυ* (*ferto*) compositum, sed, nisi *ταφλε επιϱφεϱτυ* perperam pro *ταφλεμε πιϱ φεϱτυ* h. e. *lauro piamen ferto* exaratum putare malis, pro *efurfatu* VI, a, 17. h. e. *februato,* scriptum videtur.

Πεδρτεστε sive *πεδρτεFετε* alias rectius *πεδρτεFιτε* scribitur, ut in primae tabulae initio, et quia VI, b, 56. *pudrovitu* quoque scriptum est, non est compositum, ut *αδFειτε* pro Catonis *arvehito*, sed simplex verbum, unde subjunctivus *πεδρτεFιες* V, b, 28. pro *portust* VII, b, 3. sive potius pro passivo *πεδριτε φεστ* III, a, 18 sq. consecrationem significat. *Πδεσεζετε* non est imperativus, qui *πδεσεκατε* in fine secundae tabulae scribitur, sed dativus singularis numeri pro plurali *prosesetir*, quem sexta tabula exhibet: indeque dependet genitivus *καπδες*, ut genitivus *Γαπετις* V, b, 13. ab locali casu *πεδστδε*. Eorum, quae in Fausti lustramine ferenda dicuntur, *μεφα*, *Γιστιζα* etiam IV, b, 17 sq. leguntur: quippe quae *ΦιεFι* sive *Fisovi Sansii* VI, a, 5. VII, a, 37. debentur. Quia vero *φετα*, h. e. *facta*, ante *φεδτε* scriptum est, *μεφα* quidem pro accusativo *μεφαμ* (*mazam*), sed *Γιστιζα* pro ablativo *vestisia* (*libamine*) accipio, quemadmodum *πενε*, *Γινε*, *ετεδ*, cum accusativo *σFιεFε* constructa. *ΣFιεFε* aliter interpretari nescio, quam *solita*, a *σFεσε* in inscriptione marginali sive *sueso* VII, b, 1. derivandum; *ετεδ* vero est *auctura* sive *augmen*, unde *ενε* IV, b, 20. pro augmine scriptum legimus, quod est apud Arnobium VII, p. 230. farciminum genus.

13. Rebus ad Fausti lustramen ferendis illae, cum quibus imperativus *πεσνιμε* constructum est, mutato ordine respondent; dubitari tamen nequit, *πιστενιδε* IV, b, 15. et *πεστεδανε* IV, b, 19. invicem sibi respondere tanquam duas species bituminis, quod Virgilius G. III, 451. et Claudianus de VI. cons. Honor. 325. nigrum dicunt, secundum Plinium H. N. XXXV, 15. s. 51. vero Babylone etiam candidum gignebatur. *Πιστεμ* enim a *πίσσα* Graecorum deduci potest quasi *πισσωτόν*, ut Latinorum *bitumen* quasi *πίττωμα* est: unde *πιστε(μ) νιδε(μ) bitumen nigrum*, *πεστε(μ) δανε(μ) bitumen canum* sive *candidum* interpretor. Idem significat *πεστδε(μ)*, cui *πεστε δανε* appositum est, sive *postro* VI, a, 5. *πεστε Ασιανε* IV, b, 26; *Γεπεσεστδα* contra, quod e particula *ve*, quae secundum Gellium V, 12. modo augendi, modo minuendi vim habebat, et nomine *πεδσεντδε* compositum (nam V, a, 30. *Γενπεδσεντρα*, ut in dativo pluralis I, 7. *Γεμπεσεντδες* legitur) valde efficax lustramentum, veratrum scilicet, designat sive elleboros graves, quos Virgilius G. III, 451. cum bitumine nigro conjunxit. Cum eodem recte conjungitur *μαντδαχλε* sive *mandraclo* VI, a, 4. (*mandragora*); quare vero iterum addatur *πενε φεδτε*, quum jam supra *σFιεFε φεδτε πενε* scriptum sit, dicere nescio, nisi ominis causa factum accipere velis, quod V, a, 20. legitur. Ad panariola tamen referenda videntur verba *πενε φεσναφε βενες* h. e. *postquam fiscinis operatus eris*, ut *Γεσκλες* V, b, 18. ad mandragoram, qui solus non repetitur in praeceptis de precibus. Caper Fausto Sancio quidem consecratur; sed ad Jovem Patrem prius preces funduntur, quemadmodum in Pomonae sacris II, 22 sq. *IεFε Πατδε πδεμε αμπεντε* praecipitur: hinc nomina *Γαπετε Σαζι* cum antecedentibus *καβδε πεδτεFετε* conjungo, *IεFε Πατδε* contra cum sequente imperativo *πδεπεσνιμε*.

Αρπελτυ στατιτατυ, quia cum *ατρεπερατυ* (*tripudiato*) conjungitur, *appellationem instituito* interpretor; *Fεσχλυ* vero, quia *Fεσχλες πεσνιμυ* praecedit, pro eo vasculo accipio, in quo bitumen servabatur. Verba *Γιτλυ Fυφρυ* V, b, 21. cum praecepto *ερυς τετυ* (*incantationes dicito*) constructa non, ut olim conjeceram, ad *vituli votivi* sacra, quorum hoc loco nulla fit mentio, sed ad *vitulationem* referenda sunt, quam Virgilius A. VI, 657. *laetum paeana* vocavit. Quemadmodum enim apud Romanos secundum Macrobium S. III, 2. *vitula* dicebatur victoria, post quam certis sacrificiis fiebat vitulatio, atque *Vitula* dea, quae laetitiae praeerat; sic *Γιτλυμ Fυφρυμ* (*vitulum jubilum*) laetum paeana designat.

14. Ad jubila spectant fere omnia, quae post preces leguntur. Primo quidem praecipitur: *πυνε Γερις* (*postquam satisfeceris* vitulationi), *φαζ(ι)υ ερυΓυ τιζλυ σεστυ IυFε Πατρε* (*σφάγιον* sive *hostiam cum incantatoria dicatione sistito Jovi Patri*); deinde vero additur: *πυνε σεστε(ς)* (*postquam stiteris*), *υρφετα μανυFε Γαβετυ* (*ὀρχηστὺν μανιάδα* sive *saltationem bacchantem habeto*: *εστυ ιυκυ Γαβετυ* (*istum ἰὺγμὸν* sive *jubilum habeto*); a quibus gradu solo differt, quod supra legimus: *ατρεπερατυ, αρπελτυ στατιτατυ*. Quemadmodum porro IV, a, 22. *τριυπερ ετατυ* scil. *τειτυ* (*ter paeana dicito*) scriptum est, sic in nostra tabula post preces *Ιυπατερ! Σαζε! τεφυ εστυ Γιτλυ Fυφρυ σεστυ!* (*Jupiter! Sanci! tibi istam vitulationem sisto!*), in quibus non tam alliteratio *Γιτλυ Fυφρυ*, quam homoeoteleuton *εστυ — σεστυ* quaesitum videtur, *πυρτιφελε τριυπερ τειτυ, τριυπερ Fυφρυ ναρατυ* (*consecrationem ter dicito, ter jubilum canito!*). Tum *φειυ* pro *φετυ* exaratum est, ut IV, a, 40. *τυσειυ* pro *τυσετυ*, atque *απελυς* V, b, 27. ab *ανπενες* non magis differt, quam *πυρτυFιες* V, b, 28. a *πυρτιυς* V, a, 9.: nam *ατεντυ* quoque pro *αντεντυ* (*intendito*, porrigito) scriptum est, ut *υστετυ* V, b, 9. 29. pro *υστεντυ*, et *κρικατρυ* pro *κρενκατρυμ* IV, a, 11. sive *crincatro* VI, a, 49. (*circulatione*). *Ευξε* vero, ut *αΓτιμεμ* IV, a, 12., *ευασμὸν* (*ovationem*) designat. His praeceptis in altera ejusdem tabulae pagina adduntur alia, quorum *versionem verbalem*, in quantum fieri potest, rursus praemitto commentario.

Secunda quintae tabulae inscriptio.

V, a, 1 sq. *Πυνε καρνε σπετερι, Ατιερι αFιεκατε, ναρακλεμ Fυρτες,*
Postquam in carne spetili, Atiersiis auspicatis, dedicationem compleveris,
V, a, 2 sq. *εστυ εσυνυ φετυ Φρατρυσπερ Ατιερι; υ εσυμ εσυ ναρατυ:*
cum isto omine facito pro Fratribus Atiersiis; in eo ipso hoc dicito:
V, a, 3 sq. *Περε καρνε σπετερι, Ατιερι αFιεκατε, αιυ ερτυ, φεφερε φετυ, πυξυ νειπ ερετυ!*
Siquidem in carne spetili, Atiersiis auspicatis, prece oratum, februis factum, etsi nec serviliter!
V, a, 4 sq. *Γεστιζε Σαζε σακρε, IυFε Πατρε βεμ περακνε, σπετερε περακνε ρεστατυ IυFι:*
Libamina Sancio sacra, Jovi Patri bovem sacrem, spetile sacrum reponito Jovi:

Πυρτυετυ sive *πυρτυFετυ* alias rectius *πυρτυFιτυ* scribitur, ut in primae tabulae initio, et quia VI, b, 56. *pudrovitu* quoque scriptum est, non est compositum, ut *αρFειτυ* pro Catonis *arvehito*, sed simplex verbum, unde subjunctivus *πυρτυFιες* V, b, 28. pro *portust* VII, b, 3. sive potius pro passivo *πυρτιτυ φυστ* III, a, 18 sq. consecrationem significat. *Πρυσεζετυ* non est imperativus, qui *πρυσεκατυ* in fine secundae tabulae scribitur, sed dativus singularis numeri pro plurali *prosesetir*, quem sexta tabula exhibet: indeque dependet genitivus *καπρες*, ut genitivus *Fαπυτις* V, b, 13. ab locali casu *περσυτρυ*. Eorum, quae in Fausti lustramine ferenda dicuntur, *μεφα*, *Fιστιζα* etiam IV, b, 17 sq. leguntur: quippe quae *ΦιιυFι* sive *Fisovi Sansii* VI, a, 5. VII, a, 37. debentur. Quia vero *φετα*, h. e. *facta*, ante *φερτυ* scriptum est, *μεφα* quidem pro accusativo *μεφαμ* (*mazam*), sed *Fιστιζα* pro ablativo *vestisia* (*libamine*) accipio, quemadmodum *πυνε*, *Fινυ*, *υτυρ*, cum accusativo *σFισεFε* constructa. *ΣFισεFε* aliter interpretari nescio, quam *solita*, a *σFεσυ* in inscriptione marginali sive *sueso* VII, b, 1. derivandum; *υτυρ* vero est *auctura* sive *augmen*, unde *υνε* IV, b, 20. pro augmine scriptum legimus, quod est apud Arnobium VII, p. 230. farciminum genus.

13. Rebus ad Fausti lustramen ferendis illae, cum quibus imperativus *πεσνιμυ* constructum est, mutato ordine respondent; dubitari tamen nequit, *πιστυνιρυ* IV, b, 15. et *πεστυρανυ* IV, b, 19. invicem sibi respondere tanquam duas species bituminis, quod Virgilius G. III, 451. et Claudianus de VI. cons. Honor. 325. nigrum dicunt, secundum Plinium H. N. XXXV, 15. s. 51. vero Babylone etiam candidum gignebatur. *Πιστυμ* enim a *πίσσα* Graecorum deduci potest quasi *πισσωτόν*, ut Latinorum *bitumen* quasi *πίττωμα* est: unde *πιστυ(μ) νιρυ(μ) bitumen nigrum*, *πεστυ(μ) ρανυ(μ) bitumen canum* sive *candidum* interpretor. Idem significat *πυστρυ(μ)*, cui *πεστυ ρανυ* appositum est, sive *postro* VI, a, 5. *πυστε Ασιανε* IV, b, 26; *Fεπεσυτρα* contra, quod e particula *ve*, quae secundum Gellium V, 12. modo augendi, modo minuendi vim habebat, et nomine *περσυντρυ* compositum (nam V, a, 30. *Fενπερσυντρα*, ut in dativo pluralis I, 7. *Fεμπεσυντρες* legitur) valde efficax lustramentum, veratrum scilicet, designat sive elleboros graves, quos Virgilius G. III, 451. cum bitumine nigro conjunxit. Cum eodem recte conjungitur *μαντρακλυ* sive *mandraclo* VI, a, 4. (*mandragora*); quare vero iterum addatur *πυνε φερτυ*, quum jam supra *σFισεFε φερτυ πυνε* scriptum sit, dicere nescio, nisi ominis causa factum accipere velis, quod V, a, 20. legitur. Ad panariola tamen referenda videntur verba *πυνε φεσναφε βενυς* h. e. *postquam fiscinis operatus eris*, ut *Fεσκλες* V, b, 18. ad mandragoram, qui solus non repetitur in praeceptis de precibus. Caper Fausto Sancio quidem consecratur; sed ad Jovem Patrem prius preces funduntur, quemadmodum in Pomonae sacris II, 22 sq. *IυFε Πατρε πρυμυ αμπεντυ* praecipitur: hinc nomina *Fαπυτυ Σαζι* cum antecedentibus *καβρυ πυρτυFετυ* conjungo, *IυFε Πατρε* contra cum sequente imperativo *πρεπεσνιμυ*.

Πεφτεετε sive *πεφτεFετε* alias rectius *πεφτεFιτε* scribitur, ut in primae tabulae initio, et quia VI, b, 56. *pudrovitu* quoque scriptum est, non est compositum, ut *αφFειτε* pro Catonis *arvehito*, sed simplex verbum, unde subjunctivus *πεφτεFιες* V, b, 28. pro *portust* VII, b, 3. sive potius pro passivo *πεφτιτε φεστ* III, a, 18 sq. consecrationem significat. *Πφεσεζετε* non est imperativus, qui *πφεσεκατε* in fine secundae tabulae scribitur, sed dativus singularis numeri pro plurali *prosesetir*, quem sexta tabula exhibet: indeque dependet genitivus *καπφες*, ut genitivus *Fαπετις* V, b, 13. ab locali casu *πεφσετφε*. Eorum, quae in Fausti lustramine ferenda dicuntur, *μεφα*, *Fιστιζα* etiam IV, b, 17 sq. leguntur: quippe quae *ΦιεFι* sive *Fisovi Sansii* VI, a, 5. VII, a, 37. debentur. Quia vero *φετα*, h. e. *facta*, ante *φεφτε* scriptum est, *μεφα* quidem pro accusativo *μεφαμ* (*mazam*), sed *Fιστιζα* pro ablativo *vestisia* (*libamine*) accipio, quemadmodum *πενε*, *Fινε*, *ετεφ*, cum accusativo *σFιεFε* constructa. *ΣFιεFε* aliter interpretari nescio, quam *solita*, a *σFεσε* in inscriptione marginali sive *sueso* VII, b, 1. derivandum; *ετεφ* vero est *auctura* sive *augmen*, unde *ενε* IV, b, 20. pro augmine scriptum legimus, quod est apud Arnobium VII, p. 230. farciminum genus.

13. Rebus ad Fausti lustramen ferendis illae, cum quibus imperativus *πεσνιμε* constructum est, mutato ordine respondent; dubitari tamen nequit, *πιστενιφε* IV, b, 15. et *πεστεφανε* IV, b, 19. invicem sibi respondere tanquam duas species bituminis, quod Virgilius G. III, 451. et Claudianus de VI. cons. Honor. 325. nigrum dicunt, secundum Plinium H. N. XXXV, 15. s. 51. vero Babylone etiam candidum gignebatur. *Πιστεμ* enim a *πίσσα* Graecorum deduci potest quasi *πισσωτόν*, ut Latinorum *bitumen* quasi *πίττωμα* est: unde *πιστε(μ) νιφε(μ) bitumen nigrum*, *πεστε(μ) φανε(μ) bitumen canum* sive *candidum* interpretor. Idem significat *πεστφε(μ)*, cui *πεστε φανε* appositum est, sive *postro* VI, a, 5. *πεστε Ασιανε* IV, b, 26; *Fεπεσετφα* contra, quod e particula *ve*, quae secundum Gellium V, 12. modo augendi, modo minuendi vim habebat, et nomine *πεφσεντφε* compositum (nam V, a, 30. *Fεπεφσεντρα*, ut in dativo pluralis I, 7. *Fεμπεσεντφες* legitur) valde efficax lustramentum, veratrum scilicet, designat sive elleboros graves, quos Virgilius G. III, 451. cum bitumine nigro conjunxit. Cum eodem recte conjungitur *μαντφαχλε* sive *mandraclo* VI, a, 4. (*mandragora*); quare vero iterum addatur *πενε φεφτε*, quum jam supra *σFιεFε φεφτε πενε* scriptum sit, dicere nescio, nisi ominis causa factum accipere velis, quod V, a, 20. legitur. Ad panariola tamen referenda videntur verba *πενε φεναφε βενες* h. e. *postquam fiscinis operatus eris*, ut *Fεσκλες* V, b, 18. ad mandragoram, qui solus non repetitur in praeceptis de precibus. Caper Fausto Sancio quidem consecratur; sed ad Jovem Patrem prius preces funduntur, quemadmodum in Pomonae sacris II, 22 sq. *ΙεFε Πατφε πφεμε αμπεντε* praecipitur: hinc nomina *Fαπετε Σαζι* cum antecedentibus *καβφε πεφτεFετε* conjungo, *ΙεFε Πατφε* contra cum sequente imperativo *πφεπεσνιμε*.

Αρπελτα στατιτατα, quia cum *ατρεπρατα* (*tripudiato*) conjungitur, *appellationem instituito* interpretor; *Γεσκλες* vero, quia *Γεσκλες πεσνιμα* praecedit, pro eo vasculo accipio, in quo bitumen servabatur. Verba *Γιτλα Γαφρα* V, b, 21. cum praecepto *ερας τετα* (*incantationes dicito*) constructa non, ut olim conjeceram, ad *vituli votivi* sacra, quorum hoc loco nulla fit mentio, sed ad *vitulationem* referenda sunt, quam Virgilius A. VI, 657. *laetum paeana* vocavit. Quemadmodum enim apud Romanos secundum Macrobium S. III, 2. *vitula* dicebatur victoria, post quam certis sacrificiis fiebat vitulatio, atque *Vitula* dea, quae laetitiae praeerat; sic *Γιτλαμ Γαφραμ* (*vitulum jubilum*) laetum paeana designat.

14. Ad jubila spectant fere omnia, quae post preces leguntur. Primo quidem praecipitur: *πανε Γεριες* (*postquam satisfeceris* vitulationi), *φαζ(ι)α ερΓα τιζλα σεστα ΙαΓε Πατρε* (*σφάγιον* sive *hostiam cum incantatoria dicatione sistito Jovi Patri*); deinde vero additur: *πανε σεστε(ς)* (*postquam stiteris*), *αρφετα μανΓε Γαβετα* (*ὀρχηστὺν μανιάδα* sive *saltationem bacchantem habeto*: *εστα ιεκα Γαβετα* (*istum ἰὺγμὸν* sive *jubilum habeto*); a quibus gradu solo differt, quod supra legimus: *ατρεπρατα, αρπελτα στατιτατα*. Quemadmodum porro IV, a, 22. *τριαπερ ετατα* scil. *τειτα* (*ter paeana dicito*) scriptum est, sic in nostra tabula post preces *Ιαπατερ! Σαζε! τεφε εστα Γιτλα Γαφρα σεστα!* (*Jupiter! Sanci! tibi istam vitulationem sisto!*), in quibus non tam alliteratio *Γιτλα Γαφρα*, quam homoeoteleuton *εστα — σεστα* quaesitum videtur, *παρτιφελα τριαπερ τειτα, τριαπερ Γαφρα ναρατα* (*consecrationem ter dicito, ter jubilum canito!*). Tum *φεια* pro *φετα* exaratum est, ut IV, a, 40. *τασεια* pro *τασετα*, atque *απελας* V, b, 27. ab *ανπενες* non magis differt, quam *παρταΓιες* V, b, 28. a *παρτιας* V, a, 9.: nam *ατεντα* quoque pro *αντεντα* (*intendito*, porrigito) scriptum est, ut *αστετα* V, b, 9. 29. pro *αστεντα*, et *κρικατρα* pro *κρενκατρεμ* IV, a, 11. sive *crincatro* VI, a, 49. (*circulatione*). *Εαξε* vero, ut *αΓτιμεμ* IV, a, 12., *εὐασμὸν* (*ovationem*) designat. His praeceptis in altera ejusdem tabulae pagina adduntur alia, quorum *versionem verbalem*, in quantum fieri potest, rursus praemitto commentario.

Secunda quintae tabulae inscriptio.

V, a, 1 sq. *Πανε καρνε σπετερια, Ατιερια αΓιεκατε, ναρακλεμ Γαρτας,*
Postquam in carne spetili, Atiersiis auspicatis, dedicationem compleveris,
V, a, 2 sq. *εστα εσανα φετα Φρατρεσπερ Ατιερια; εα εσεμ εσα ναρατα:*
cum isto omine facito pro Fratribus Atiersiis; in eo ipso hoc dicito:
V, a, 3 sq. *Περε καρνε σπετερια, Ατιερια αΓιεκατε, αια ερτα, φεφερε φετα, παξε νειπ ερετα!*
Siquidem in carne spetili, Atiersiis auspicatis, prece oratum, februis factum, etsi nec serviliter!
V, a, 4 sq. *Γεστιζε Σαζε σακρε, ΙαΓε Πατρε βεμ περακνε, σπετερε περακνε ρεστατα ΙαΓια:*
Libamina Sancio sacra, Jovi Patri bovem sacrem, spetile sacrum reponito Jovi:

V, a, 6 sq. *ανε ερι ετε σαχδε: πελσανε φετε; αρFιε ωστεντε; πενι φετε; ταζεξ πεσνιμε αρεπε αρFες. inde incantationem dicito sacram: balsamo facito; arviga immolato; pane facito; tacens precator pro ardore arvigae.*

V, a, 7 sqq. *Πανε περτιιες, ανε σερε πεσετρε φετε τικαμνε: IεFια καπιρε περε πρεFε φετε. Postquam consecraveris, inde sociale lustramen facito dicamine: Jovi capide cum prece prius facito.*

V, a, 9 sq. *Απε παρτιιες, (σ)ερε ερες τετε: ανε κεμαλτε; κεματε πεσνιμε. Quum consecraveris, in sociali (lustramine) incantationes dicito: inde cumulato; tacite precator.*

V, a, 10 sq. *Alτε IεFι(π) εFε περαχνεμ περαεμ φετε: αρFια ωστεντε; πενι φετε. Incluto Jovi ove sacra cum purgamine facito: arviga immolato: pane facito.*

V, a, 11 sq. *Alτε Μαρτι αβρανε περαχνε φετε: αρFιν ωστετε; φασια πρωσεζετε αρFειτε: Incluto Marti aprugno sacri facito: arviga immolato; fercto prosecta addito:*

V, a, 13 sq. *περαε φετε; πενι φετε; τρα εκFινε φετε; αζετες περαχνε φετε. purgamine facito; pane facito; lacte equino facito; — — —*

15. *Πανε Fερτες* mihi non differre videtur a verbis *πανε κεFερτες* IV, a, 11.; an vero *καρνε σπετερια* pro carne spetili recte acceperim, quaeri potest. *Ατιιερια* post *Φρατρεσπερ* V, a, 2., ut II, 29. coll. 24., sine dubio pro *Ατιιεριες* exaratum est. Hinc etiam *Ατιιερια αFιεκατες* V, a, 1. et 3. pro ablativis absolutis *Ατιιερες αFιεκατες* (*Atiersiis auspicatis*) accipio, et verba *εστε εσανε* (*cum isto omine*) ad eos refero; *ναρα-κλεμ* vero, quia *ναρατε* quoque et *τειτε* synonyma sunt, idem designare puto, quod *τιζλεμ* h. e. dicationem sive preces dicatorias, quales praecipiuntur post praemissa verba *εε εσεμ εσε ναρατε* (*in eo ipso hoc dicito*). In his verbis, quae jam VI, b, 20. 22. legimus, *εσε* accusativus est neutrius generis; sed *εσεμ* casus localis pro *esome* VI, a, 47. sive *εσεμεκ* IV, a, 8., quocum *εε* constructum est, ut *eo* cum *iso* VI, b, 20. Preces, quae sequuntur, non absolutas, sed inchoatas tantum puto, in quibus *αιε*, ab *ajo* fortasse derivandum, non differre videtur a nomine *ναρακλε*: additum enim est *ερτε* (*oratum*), quod cum primo precum verbo *persei* atque postremis *pusei neip eritu* etiam VI, b, 26 sq. cet. legitur. *Φερφρε* pro *φερφρες* (*februis*) exaratum existimo, *φετε* vero, quia eodem modo explicandum est, quo participium *ερτε* (*orto*), pro *φετεμ* (*factum*). Februa intelligo ea omnia, quae in Sancii sacrificio legimus, purgamina; unde etiam *Fεστιζε* interpretandum videtur, quomodo *Fιστιζα* V, b, 13., ad quod nomen adjectivum *σακρε* refero, ut *περακνε* ad *βεμ* et *σπετερε*, tanquam accusativos ab imperativo *ρεστατε* (*reponito*) dependentes. *IεFιε* bis, ut *IεFιπ* V, a, 10., pro *IεFι* sive *IεFε* exaratum est: notandum autem, quod Jovi V, b, 7. *σι(μ)*, V, a, 5. *βεμ*, V, a, 10. *εFε(μ)*, Marti vero V, a, 11. *αβρανε(μ)*, ut Sancio V, b, 10. *καπρε(μ) περακνε(μ)* sacrificandum esse legamus. His hostiis in priore inscriptionis parte praeter *περακνεμ* etiam *σεFακνεμ* adjectivum additum vidimus, quod non fit in posteriore: nam *περαεμ*, quod V, a, 11. legitur, pro

περ̣ας V, a, 13. scriptum est, quod, quum IV, a, 44. *περ̣αια* quoque scribatur, pro *re purgatoria* usurpatur.

16. Non uno vitio laborat haec tabula: unde non dubito, quin *ανϐ* V, a, 6 et 8. pro *ενϐ* exaratum sit; *ερ̣ι ετϐ* tamen, quod pro *ερ̣ες τετϐ* V, b, 21. scriptum legitur, sic explicari potest, quasi *ερ̣ι* casus localis sit in singulari numero. *Ετϐ* (*agito*) enim, ut jam nonnulla exempla docere nos potuerunt, plura vero ex prima secundaque tabulis nos docebunt, aliorum imperativorum loco cum casu locali construi solebat. Hinc *σακ̣ε* quoque cum *ερ̣ι* conjungendum puto, ut paullo superius cum *Fεστιζε*: separandum sane est a sequentibus, quae eodem fere modo in quarta tabula lecta comparare liceat.

V, a, 6 sq. *πελσανϐ φετϐ; αρ̣Fιϐ ϐστεντϐ; πϐνι φετϐ; ταζεξ πεσνιμϐ αρ̣επε αρ̣Fες.*
IV, b, 27 sq. *πελσανα φετϐ; αρ̣Fια ϐστεντϐ; πϐνι φετϐ; ταζεξ πεσνιμϐ αρ̣ιπερ̣ αρ̣Fις.*
V, a, 7 sq. *Πϐνε πϐρ̣τιϐς, ανϐ σϐρ̣ϐ πεσϐντρ̣ϐ φετϐ τιχαμνε*
IV, b, 28 sq. *Απι — πϐρ̣τιϐς, σϐρ̣ϐμ πεσϐντρ̣ϐ φετϐ: εσμιχ Fεστιζαμ πρ̣εφε φικτϐ.*
V, a, 8 sq. *ΙϐFιε καπιρ̣ε περ̣ϐ πρ̣εFε φετϐ.*
IV, b, 29 sq. *Τεφρ̣ι ΙϐFι φετϐ — περ̣ι καπιρ̣ε περ̣ϐμ φειτϐ.*
V, a, 9 sq. *Απε πϐρ̣τιϐς, (σ)ϐρ̣ϐ ἐρϐς τετϐ: ενϐ κϐμαλτϐ; κϐματε πεσνιμϐ.*
IV, b, 31. 34 sq. *Απι — πϐρ̣τιϐς, ενϐκ σϐρ̣ϐμ — ερ̣ες τιτϐ: ξερ̣εφ κϐμϐλτϐ; — κϐματς πεσνιμϐ.*

Varietatum lectionis, quas typis distinxi, aliae sunt leves, ut *απε* et *απι*, *τετϐ* et *τιτϐ*, *φετϐ* et *φειτϐ*, *κϐματε(ς)* et *κϐματ(ε)ς*, *αρ̣επε(ρ̣)* *αρ̣Fες* et *αρ̣ιπερ̣ αρ̣Fις*, *σϐρ̣ϐ πεσϐτρϐ* et *σϐρ̣ϐμ πεσϐντρ̣ϐ*, *περ̣ϐ* et *περ̣ϐμ*; aliae non pertinent ad grammaticam, ut *ΙϐFιε* et *Τεφρ̣ι ΙϐFι*, in quibus tamen mirum est, quod *ΙϐFιε* pro *ΙϐFι*, *Τεφρ̣ι ΙϐFι* contra pro *Τεφρ̣ε ΙϐFιε* scriptum videatur. Nonnulla verba locum modo mutarunt, ut *πρ̣εFε* et *ενϐ(κ)*; nonnulla saepius inter se permutantur, ut *πϐνε* et *απι*; nonnulla denique abundant, ut *ανϐ* sive *ενϐ* pro *ενϐκ* sive *εσμιχ*, *φετϐ*, *περ̣ι* et *ξερ̣εφ*. Sed memorandae sunt literae *α* et *ϐ* inter se permutatae, ut *κϐμαλτϐ* pro *κϐμϐλτϐ*, *πελσανα* pro *πελσανϐ*, *αρ̣Fιϐ* contra pro *αρ̣Fια*: varietates porro vocabulorum, ut *φικτϐ* pro *φετϐ*, *τιχαμνε* pro *Fεστιζαμ*.

17. His inter se comparatis in quinta tabula pauca adduntur, quibus comparatis iterum plura discuntur.

V, a, 10 sq. *Αιτϐ ΙϐFιπ ϐFε περ̣ακνεμ περ̣αεμ φετϐ: αρ̣Fιϐ ϐστεντϐ; πϐνι φετϐ.*
V, a, 11 sqq. *Αιτϐ Μαρ̣τι αβρ̣ϐνϐ περαχνε φετϐ: αρ̣Fιν ϐστετϐ — περ̣αε φετϐ; πϐνι φετϐ.*

Ut omittam *ΙϐFιπ* perperam pro *ΙϐFιε* sive *ΙϐFι*, et *αρ̣Fιν* pro *αρ̣Fιϐ* exaratum, aliasque varietates satis notas, ut *αβρ̣ϐνϐ(μ)* h. e. *aprugnum* pro *αβρ̣ϐμ*: notandum est imprimis, quod *περ̣αεμ* non sit ad *ϐFε(μ)* referendum, ut *περαχνεμ*, sed in casu locali positum pro *περ̣αε φετϐ* usurpetur, quemadmodum supra *τιχαμνε* (*dicamine*) pro *Fεστιζαμ* (*libamine*) *φικτϐ* scriptum vidimus. Quae inter *αρ̣Fιν ϐστετϐ* et *περ̣αε φετϐ* inserta sunt,

sine dubio idem significant, quod verba *prosesetir fasio ficla arsveitu* VI, a, 44.: unde φασιυ a φαζιυ V, a, 16. sive φαζυ V, b, 22. distinguendum, πρυσεζετε vero pro πρυσεζετες scriptum esse discimus. *Τρα exFινε lacte equino* esse vertendum, in tertia particula §. 22. jam monui: αζετυς vero explicari nequit, nisi pro ασεζετες καρνυς, h. e. *insectis carnibus*, quod I, 7. legitur, perperam exaratum putemus. Hinc lacunam potius in versione mea admisi, quam ut emendationem quamvis probabilem lectoribus invitis obtruderem. Sed quum operarum culpa factum sit, ut in hac inscriptione non omnia satis illustrari possent; in iis, quae sequuntur, accusanda est nostra ipsorum ignorantia, quod non pauca parum intelligantur. Prima statim verba tam ignota sunt, pleraque praeterea tam abrupte atque concise enuntiantur, ut interdum ne constructio quidem verborum possit perspici. Nihilo secius, ut melius intelligantur, quae monebo, *verbalem versionem* praemittam.

Tertia quintae tabulae inscriptio.

V, a, 15. *Ηυντια κατλε τιζελ στακαξ εστ, συμε υστιτε:*
In sacris Hondiis catuli dicatio instituenda est, simul ostenta:

V, a, 16 sq. *αντερ μενξαρυ ζερσιαρυ Ηεριιει φαζιυ αρφερτυρ αFες ανξεριατες;*
inter mensarum sortilegarum vel hostiarum eventum aves auguriales;

V, a, 17 sq. *μενξνε καρζλασιυ φαζια τιζιτ: Ηυντια φερτυ κατλυ:*
in mensa Quiritia hostiae dicatae: in sacris Hondiis ferto catulum:

V, a, 18 sq. *αρFια, στρυΗζλα φικλα, πυνε, Fινυ, μαλυ μαλετυ, μαντραΗκλυ;*
arvigam, struem in phiala, panem, vinum, — — mandragoram;

V, a, 19 sq. *Fεσκλα συνατα, ασνατα; υμεν φερτυ: πιρ ασε αντεντυ: εσυνυ πυνι φειτυ.*
vascula cocta, incocta; augmen ferto: piamen cum prece intendito: omen pane facito.

V, a, 20 sq. *Ηυντε IυFις αμπεντυ κατλυ σαχρυ σεFαχνε Πετρυνιαπερ νατινε Φρατρυ Ατιερις:*
Hondae Joviae operator catulo sacri sancto pro Petronia gente Fratrum Atiersiorum:

V, a, 21 sq. *εσυνυ περας φυτυ κατλες: συπα ΗαΗτυ, συφαφιαφ συπαφ ΗαΗτυ:*
omen purgamine fito catuli: sulfure februato, suffito sulfure februato:

V, a, 23 sq. *βερυς απλενιες πρυσεζια καρτυ; χρεματρα απλενια συτεντυ:*
verubus extorum prosicia caedito; prunas extis subtendito:

V, a, 24 sq. *περυ μερϊτυ, αρFια, πυνι, πυρτυFιτυ; Γεστικατυ; αΗτρεπυρατυ:*
cum prece merita, arviga, pane, consecrato; libato; tripudiato:

V, a, 25 sq. *πυστιν ανζιφ Fινυ νυFις; αΗτρεπυρατυ: τιυ πυνι! τιυ Fινυ! τειτυ.*
pro aris vino instaures; tripudiato: tibi pane! tibi vino! dicito.

V, a, 26 sq. *ΒερFα φρεΗτεφ φερτυ: πυρε νυFιμε φερεστ, χρεματρυφ συμελ φερτυ Γεστιζια:*
Verua frictis (extis) ferto: prout instaurato tuleris, in prunis simul ferto libamen:

V, a, 27 sq. *πεῤȣμε πεῤσνιϝμȣ κατλες: τȣϝα τεφῤα, τεῤτι εῤȣς, πῤȣσεκατȣ:*
prece precator catuli (nomine): duo tepora (exta), dictis incantationibus, prosecato:
V, a, 28 sq. *ισȣντ κῤεματῤȣ πῤȣσεκτȣ στῤȣϝζλα φικλα αῤϝειτȣ: κατλȣ πȣῤτȣϝιτȣ:*
item in prunis prosecto struem in phiala addito: catulum consecrato:
V, a, 29 sq. *αμπεῤια πεῤσνιϝμȣ: ασεζετα καῤνε πεῤσνιϝμȣ: ϝενπεῤσȣντῤα πεῤσνιϝμȣ:*
expiatoria precator: in insecta carne precator: in veratro precator:
V, a, 30 sq. *σȣπα σπαντεα πεῤτεντȣ: ϝεσκλες ϝȣφετες πεῤσνιϝμȣ:*
sulfura suffita praetendito: in vasculis — precator:
V, a, 31 sq. *ϝεστικατȣ: αϝτῤεπȣῤατȣ: αῤπελτȣ στατιτατȣ: σȣπα, πȣστῤα πεῤστȣ.*
libato: tripudiato: appellationem instituito: sulfure, bitumine purgato.
V, a, 32 sq. *Ιεπῤȣ εῤȣς μανι κȣϝειτȣ: σιιναμαῤ ετȣ: τȣϝεῤ[ε] καπιῤȣς πȣνε φεῤτȣ:*
Porro incantationes manu perficito: suffimine agito: duabus cum capidibus panem ferto:
V, a, 33 sq. *βεῤϝα, κλαϝλαφ ααvφεϝταφ; ϝεσκλȣ σνατȣ, ασνατȣ, ȣμεν φεῤτȣ:*
verua, glebulis (carnis) circumfixis; in vasculo cocto, incocto, augmen ferto:
V, a, 34 sq. *καπιῤε ϝȣντε Ιȣϝιε ϝεστικατȣ Πετῤȣνιαπεῤ[τ] νατινε Φῤατῤȣ Ατιιεῤιȣ:*
capide Hondae Joviae libato pro Petronia gente Fratrum Atiersiorum:
V, a, 35 sq. *βεῤȣς σεϝακνις πεῤσνιϝμȣ, πεῤτ σπινια: ισȣντ κλαϝλες πεῤσνιϝμȣ:*
in verubus sacris precator, parato suffimine: item in glebulis (carnis) precator:
V, a, 37. *ϝεσκλες σνατε, ασνατες, σεϝακνις σπινιαμα πεῤσνιϝμȣ:*
in vasculis coctis, incoctis, sacris cum suffimine precator:
V, a, 37 sq. *ϝεστικατȣ: αϝτῤεπȣῤατȣ: σπινα ȣμτȣ: ȣμνε σεϝακνι πεῤσνιϝμȣ:*
libato: tripudiato: suffimine auspicator: in augmine sacro precator:
V, a, 38 sq. *μανφε ασα ϝȣτȣ; ασαμα κȣϝεῤτȣ; ασακȣ ϝινȣ σεϝακνι; ταζεξ πεῤσνιϝμȣ.*
manibus preces voveto; precando cumulato; cum precibus vino sacro (facito); tacens precator.
V, a, 40 sq. *Εσȣφ πȣσμε ϝεῤτεῤ εῤȣς κȣϝειτȣ; τεῤτȣ ϝινȣ, πȣνε τεῤτȣ: στῤȣϝζλας φικλας:*
Dehinc postremi sacrificii incantationes perficito; dicito in vino, in pane dicito: strue in phiala:
V, a, 41 sq. *σȣφαφιας; κȣμαλτȣ; καπιῤε; πȣνες ϝεπȣῤατȣ: αντακῤες κȣματες πεῤσνιϝμȣ:*
suffimine; cumulato; capide; pane — in integris tacite precator:
V, a, 42 sq. *αμπαῤιϝμȣ: στατιτα σȣβαϝτȣ: εσȣνȣ πȣῤτιτȣ φȣτȣ: κατελ ασακȣ πελσανς φȣτȣ.*
cremato: statuta supplicato: omine peractum esto: catulus cum precibus sacratus esto.
In margine: *Κϝεστῤετιε ȣσαιε σϝεσȣ ϝȣϝζις τιτε τειες.*
Quaestoritia approbatione suetum ex votis dicate diis.

18. Quamvis incerta sint pleraque, hoc tamen perspicitur, sermonem esse de sacris *Hondae Joviae* sive Bonae Deae: unde primum inscriptionis verbum *ϝȣντια* pro *ϝȣντιαμε* positum puto, ut *Τῤα Σατα* IV, a, 35. pro *Traha Sahatam* VII, a, 44. sive *Σαταμε* IV, a, 38., ad indicanda Hondae Joviae sacra, quorum hostia catulus fuit. Catulos lactantes

Romani quoque secundum Plinium H. N. XXIX, 14. adeo puros existimarunt, ut his etiam placandis numinibus hostiarum vice uterentur. Inter alia numina Genitae Maniae, quam Bonam quoque Deam vocabant, catulo res divina fiebat, de qua videndus est Plutarchus in Quaest. Rom. 277 et 280. Quemadmodum apud Oscos famulus secundum Festum *famel* dicebatur, sic catulus in fine nostrae inscriptionis *κατελ* vocatus est, pro cujus genitivo *κατλες* V, a, 22. 27. etiam *κατλε* scribi potuit; pro *τιζλα* V, b, 22. vero *τιζελ*, ut *εϱελ* IV, b, 31. pro *erus* VI, a, 25. sive *εϱεζλα* I, 13. *Στακαξ* a verbo aliquo derivandum est, ut *πιϝαξ* et *Fακαξε* IV, a, 7 sq. sive *pihos* et *vacose* VI, a, 47. Quodsi *σταχαξ* participium gerundivum est ejus verbi, cujus iterativa forma *στατιτατα*, a *στατιτα* V, a, 42. (*statuta*) derivanda, V, a, 32. legitur; inscriptionis initium verti potest: *In sacris Hondiis catuli dicatio* sive consecratio *instituenda est.* Verba *σαμε ασατιτε* etiam in initio secundae tabulae leguntur, post verba *εσενε φεια ϝεϱτεϱ* h. e. *omen fiat sacrificii.* Hinc *σαμε*, pro quo V, a, 27. *σαμελ* quoque scriptum est, non differre videtur ab adverbio *somo* VI, b, 9 sq., quod *simul* vel *atque* significat; *ασατιτε* vero *ostenta* designare potest, quemadmodum imperativus *ασταταν* V, a, 12. pro *ασταντα* legitur. Certe *ασατιτε* in secundae tabulae initio nomen est, unde genitivi *ασαταντασιαϱα αϱνασιαϱα* dependent, ut designentur auspicia ex urnulis sextantariis petenda. In nostra quoque inscriptione verbis *αντεϱ μενξαϱα ζεϱσιαϱα ϝερμει φαζια αϱφεϱτεϱ* auspicia significari, additae *αFις ανξεϱιατες* sive *aves auguriales* docent, quibus designantur auguria *αντεϱ αϱφερτεϱ(εμ)* h. e. inter auspiciorum eventum captanda. Per genitivos vero, quos conjunctio *ϝεϱιιει* sive *heriei* (*vel*) VII, a, 3. conjungit (nam et *μενξαϱα ζεϱσιαϱα* genitivi sunt, ut *ϝαπιναϱα* IV, b, 34., et *φαζια*, ut *pihaclo* VI, b, 54.), duplex auspiciorum genus significatur. *Φαζια αϱφεϱτεϱ* sive hostiarum eventus ad haruspicinam referri potest; sed quae sint *μενξαϱα ζεϱσιαϱα* auspicia, difficile est dictu. *Mensarum* quidem auguria varia recenset Plinius H. N. XXVIII, 2. a med. interque ea sunt secundum Paulum Diaconum *vernisera;* sed quis est, qui ea definiat?

19. *Μενξνε* pro casu locali *μενξιμε* accipi potest; sed appositum adjectivum *καϱζλασια* non minus obscurum est, quam *ζεϱσιαϱα*. An intelligenda est *curialis mensa*, in qua secundum Festum et Dionysium Halic. II, 85. Junoni Curiti immolari solebat? quippe quam *Κυϱετιες* nomine designatam vidimus IV, a, 4. At hostiae dicatae (*φαζια τιζιτε*) in mensa Quiritia, quia post aves auguriales memorantur, diversae videntur a mensarum *ζεϱσιαϱα* auspiciis, quas tamen sortilegas dixi, quoniam ad sortes respici non dubito, si non ad divinae urnae sortes, quarum Horatius S. I, 9. 30. meminit, ad *ϱαβδομαντείαν* certe Tibulli I, 3, 11 sq., quam Cicero de divin. II, 41. Praenestinis tribuit. Sequentia minus obscura sunt, etsi valde concisa est oratio: *κατλα* enim scriptum est pro *κατλα αμπεντα* V, a, 20., *αϱFια* pro *αϱFια ασταντα* V, a, 12., *στϱα ϝζλα φικλα* pro

στρȣϝζλα φικλα αρϝειτȣ V, a, 28 sq., *πȣνε, ϝινȣ*, pro *ϝερι πȣνι ϝερι ϝινȣ φετȣ* V, b, 9 sq., *μαντρ̣αϝκλȣ* pro *μαντρ̣ακλȣ φερ̣τȣ* V, b, 16. sive *mandraclo difue destre habitu* VI, a, 4., quibus locis comparatis *μαλȣ μαλετȣ* pro *persae fetu* vel *ϝεπεσȣτρ̣α φερ̣τȣ positum* videri potest. Fortasse *moly* Homeri Od. X, 287 sq. 302 sqq. intelligendum est, herbarum contra summa veneficia laudatissima, de qua videndus est Plinius H. N. XXV, 4 (8), vel *scilla*, quam Virgilius G. III, 451. cum elleboris laudat; tum *μαλετȣ* esset adjectivum, ut *μωλυτικὸν* a *μωλύω* derivatum, unde *μώλυζα* quoque nomen habet. *ϝεσκλα σνατα, ασνατα* quae dicantur, nescio, nisi vascula *κμητά, ἄκμητα*, h. e. cocta, incocta, intelligere velis; sed *ȣμεν augmen* est, farciminis genus apud Arnobium. Pro *πιρ̣ ασε αντεντȣ* IV, a, 12. *πιρ̣ αϝτιμεμ εντεντȣ* legimus: unde *ασε* pro *ασαμε* h. e. *σὺν ἀρᾷ* accipiendum videtur. Denique *εσȣνȣ πȣνι φειτȣ* nescio an interpretandum sit *omen pane facito*, ut paullo infra *εσȣνȣ πεϝαε φȣτȣ omen purgamine fito*, vel IV, a, 9. *ρ̣εστεφ εσȣνȣ φειτȣ sacris repositis omen facito.* Panis enim jam supra memoratus est; omen secundum vero petebatur et ante ipsum sacrificium et in sacrificii initio atque fine: unde V, a, 42 sq. scriptum est *εσȣνȣ πȣρ̣τιτȣ φȣτȣ* h. e. *omine peractum esto.*

20. Catuli sacra esse expiatoria, inde cognoscitur, quod omen statim purgamine petendum dicatur, addito praeterea genitivo *κατλες*. Verbis *persae fetu* VI, b, 58. a, 3. *σȣπα σȣμτȣ* IV, b, 9. 17. respondet: unde in nostra tabula additur *σȣπα ϝαϝτȣ, σȣφαφιαφ σȣπαφ ϝαϝτȣ*, pro quibus VI, a, 17. VII, a, 38 sq. *sopa(m) purome efurfatu, subra spah(a)mu* legimus. Tam *σȣπα(φ)* igitur quam *sopa(m)* pro ablativo *sulfure* scribi potuit: *ϝαϝτȣ* vero, si verbis *purome efurfatu* respondet, imperativus est verbi Graeci *ἁγίζω* sive *καθαγίζω*, et *σȣφαφιαφ* ad *σȣπαφ ϝαϝτȣ* additum idem significat, quod *subra spahamu*, quasi *spahamu* e *sopahamu* contractum sit. Verumtamen adjectivum *σȣφαφιας* V, a, 41. etiam sine *σȣπα ϝαϝτȣ* pro suffimine legitur. *Βερ̣ȣς* sine dubio dativus pluralis est, cujus nominativus vel potius accusativus *βερ̣ϝα* V, a, 26. et 33. *verua* designare videtur, ut genitivus *απλενιες* a *πρ̣ȣσεζια* sive *prosicia* dependens *σπλάγχνα* sive *ablegmina*, quae sunt viscerum prosegmina. Nam apud Virgilium legimus:

A. I, 212. Pars (viscera) in frusta secant, verubusque trementia figunt.

A. V, 103. Subjiciunt verubus prunas et viscera torrent.

Καρ̣τȣ pro *καρ̣τȣ* sive *καρ̣ιτȣ, carsitu* VI, b, 17. (*caedito*) exaratum est, ut *τερ̣τι* V, a, 28. pro *τερ̣τις* III, a, 7.; *κρ̣εματρ̣α* vero prunae dici potuerunt, quemadmodum Columella XII, 19, 3. ligna tenuia, quibus fornax incendebatur, *cremia* dixit. Tum *απλενια* pro *απλενιαμε* positum videtur, ut loco dativi construi possit cum imperativo *σȣτεντȣ* (*subtendito*). Quae sequuntur, concise rursus enarrata sunt: nam *μερ̣ιτȣ* non pro imperativo accipiendum est, sed pro ablativo, ut sollenne in Romanorum votis adverbium *merito*; *περ̣ȣ* vero V, a, 27. plenius *περ̣ȣμε* scribitur. Etiam imperativus *πȣρ̣τȣϝιτȣ* non cum

ablativis *aḋFια*, *πενι*, construendus, sed absolute explicandus est, ut VI, b, 56. *surur pudrovitu*, deinde post inserta alia *arvio fetu* et *poni fetu* legitur. *Vesticatu*, *ahatripursatu* etiam VII, a, 23. 36. scriptum est, sed *ατḋεπεḋατε* solum V, b, 18., ut in nostra inscriptione post *πεστιν ανζιφ Fινε νεFις*, h. e. *pro aris vino instaures*. *Ανζιφ* pro *asif* sive *aris* in Volsca inscriptione positum puto: aras enim antiquitus *ansas* sive *asas* esse vocatas, e Varrone notat Macrobius S. III, 2.; *νεFις* vero pro subjunctivo *noves* sive *instaures* accipio.

21. Inscriptionem de Hondiis sacris multo serius additam esse reliquis in eadem tabula scriptis, et dicendi et scribendi diversitas docet. Nam si comparantur, quae utrique inscriptioni communia sunt, serior in dicendo quidem brevior, in scribendo vero longior est, quanquam minus longa quam sextae septimaeque tabularum inscriptio. Dicendi varietas jam observatur in hostiarum epithetis: legimus enim

V, b, 7 sq. *IεFε Πατḋε φετε: σι πεḋαχνε σεFαχνε επετε.*
V, b, 10 sq. *Fαπετε Σαζι αμπετε: καπḋε πεḋαχνε σεFαχνε επετε.*
V, a, 10 sq. *Aḣτε IεFι εFε πεḋαχνεμ (πεδαεμ) φετε.*
V, a, 11 sq. *Aḣτε Μαḋτι αβḋενε πεḋαχνε φετε.*

V, a, 20 sq. *Ḣεντε IεFιε αμπεντε κατλε σαχḋε σεFαχνε.*
III, a, 6 sq. — — *σις σαχḋεε πεḋαχνεε επετε.*
II, 22 sq. (*εFεμ*) *σαχρε σεFαχνε επετε: IεFε Πατρε (πρεμε) αμπεντε.*
II, 26 sq. *εFεμ σεFαχνι επετε: Πεεμενε Πεπḋικε απεντε.*
Alia varietas notatur in precum formula, quae a diversis pronominis casibus incipit:
V, b, 24 sq. *τεφε εστε Fιτλε Fεφḋε σεστε! πεḋτιφιλε τḋιεπεḋ τειτε.*
V, a, 25 sq. *τιε πενι! τιε Fινε! τειτε.*
VI, b, 25. 33 sq. 35. 43. 45. 53. *tio(m)* es(s)u bue peracr(e)i pihaclu.
VI, a, 9. 14. *tiom* esa mefa spefa Fisovina.
VI, a, 28. 35. *tiom* esu sorsu persontru Tefrali pihaclu.
VII, a, 10. 18. 21. 25 sq. 32. 34. *tiom* esir vesclir adrir (alfir), *tiom* plener.
Magis tamen observanda est scribendi varietas in aspirationis usu, ut *ατḋεπεḋατε* V, b, 18. *αḣτḋεπεḋατε* V, a, 24 sq. 31. 38. *ahatripursatu* VII, a, 23. 36. Quemadmodum porro in quarta tabula brevior scriptura *πεσμινε*, in sexta septimaque tabulis plenior *persnimu* sive *persnihimu* frequentior est; sic in posteriore quintae tabulae pagina, atque V, a, 7. 10., semper *πεσνιμε*, in seriore inscriptione contra *πεḋσνιḣμε* exaratum legitur, cui consentaneum est *στḋεḣζλα* pro *στḋεζλα*, *μαντḋαḣκλε* pro *μαντḋακλε*, *αμπαḋιḣμε* et *σεβαḣτε* V, a, 42. pro *αμπαḋιτε* II, 14. et *σεκατε* I, 16. sive *subotu* VI, a, 25., *Fεπεσεστḋα* (sic enim V, a, 30. pro *εεπεḋσεντḋα* emendandum est) pro *Fεπεσεστḋα* V, b, 15. 18. et quae sunt id genus alia.

22. Quemadmodum in posteriore quintae tabulae pagina primum multae res recensentur, cum imperativo *φερτε* constructae, deinde eaedem repetuntur cum imperativo *πεσνιμε;* sic in seriore quoque inscriptione easdem fere res cum imperativis *φερτε* et *περσνιμε* constructas legimus, et *περσνιμε* quidem imperativus saepius, quam in prioribus inscriptionibus, legitur, sed imperativus *φερτε*, V, b, 12—16. tam saepe propemodum repetitus, quam imperativus *φερτε* in fine prioris inscriptionis, in seriore aeque raro positus est, atque imperativus *φερτε*. Adduntur e contraria quaedam, in hac sola inscriptione obvia, quae partim inter se comparata, partim nonnisi conjectura enodantur, ut V, a, 26 sq. *βερFα φερτεφ φερτε* (*verua cum frictis* sive frixis extis *ferto*), *περε νεFιμε φερεστ* (*prout noviter* sive instaurato verua *tuleris*), *κρεματρεφ σεμελ φερτε Fεστιζια* (*cum prunis simul ferto libamen*), *περεμε περσνιμε κατλες* (*prece precator catuli* scil. nomine). *ΤεFα τεφρα πρεσεκατε* legitur etiam II, 32 sqq., quem locum jam in tertia hujus operis particula §. 10. interpretari conatus sum: ibi insertum est nomen *σπαντιμερ*, quemadmodum in nostra tabula ablativi absoluti *τερτι(ς) ερες* (*dictis incantationibus*) inserti sunt. Adverbium *ισεντ*, a pronomine *iso* (*ipso*) derivatum, *item* significat, *κρεματρε* vero pro *κρεματρεφ* scriptum est, et *πρεσεκτε* pro *πρεσεζετε* V, b, 12.: nam sequitur *στρεμζλα φικλα αρFειτε*, ante quod VI, b, 59. *prosesetir* in plurali numero legitur. Ut reliqua hujus partis inscriptionis melius intelligantur, locum similem alterius paginae comparare liceat.

V, a, 29. *κατλε περτεFιτε: αμπερια περσνιμε: αεζετα καρνε περσνιμε.*

V, b, 17. *καβρε περτεFετε Fαπετε Σαζι: ΙεFε Πατρε πρε πεσνιμε.* — — —

V, a, 30 sq. *Fενπερσεντρα περσνιμε: σεπα σπαντεα περτεντε: Fεσκλες Fεφετες περσνιμε.*

V, b, 18. *Fεπεσετρα πεσνιμε:* — — — *Fεσκλες* — *πεσνιμε.*

V, a, 31 sq. *Fεστιχατε: αμπερπερατε: αρπελτε στατιτατε: σεπα πεστρα περστε.*

V, b, 18 sq. — *ατρεπερατε: αρπελτε στατιτατε: Fεσκλε πεστρε, πεστε.*

23. In plurimis similibus alia mutata, alia addita vides: mutata sunt hostiarum nomina, addita in nostra inscriptione praeter adjectivum *αμπερια* sive *expiatoria*, a *περι* (*lustratione*) derivandum, verba *αεζετα καρνε περσνιμε* (*in insecta carne* sive *insiciis precator*), in altera deorum nomina. In reliquis observatur mutata scribendi ratio cum additis verbis *σεπα σπαντεα περτεντε*, quae secundum Virgilii G. IV, 230. versum: *fumosque manu praetende sequaces*, interpretor: *sulfura suffita praetendito*, quasi pro *subra spah(a)mu* VI, a, 17. VII, a, 39. posita. Quare vero *Fεφετες* additum sit, quidve significet, nescio. Possis quidem suspicari, *Fεφετες περσνιμε magna voce precator* esse interpretandum, quemadmodum *χεματες περσνιμε* V, a, 42. *compressis labris precator* significat, quasi *Fεφετες* ab eo verbo derivatum sit, unde adjectivum *Fεφρε* V, b, 21. 24 sq. legimus; sed *Fεφετες* participium cum *Fεσκλες* esse conjungendum, ex hac locorum primae tabulae comparatione discitur:

I, 9 sq. *Fεσκλες σνατες ασνατες σεFακνε εϙεζλεμα πεϙσνιμε.*

I, 24 sq. *κλετϙα Fεσκλες Fεφετες σεFακνις πεϙσ[ν]ιϝμε.*

Ne *Fεφετες* compositum putem e participio *φετεϙ* (*factus*), monet deficiens aspirationis nota, quae in *ααν φεϝταφ* V, a, 33 sq. observatur: nihil igitur restat, nisi ut ab eo verbo derivetur, cujus imperativus *Fετε* (*voveto*) V, a, 39. legitur. Additum imperativum *Fεσταϊκατε* supra quoque V, a, 24. legimus; sed an verba *σεπα πεστϙε πεϙστε* cum verbis *Fεσκλε πεστϙε πεστε* comparanda sint, dubitari potest. His enim *πεσνιμε* additur, post *πεϙστε* contra nova pars sacrorum incipit, si recte, quae sequuntur, intelligo. Equidem *σεπα πεστϙα πεϙστε*, cum verbis *ape sopo postro peperscust* VI, a, 5. sive *ape supo postro pepescus* VII, a, 8. comparans, *sulfure, bitumine purgato* interpretor; illa verba vero eum in finem comparavi, ut quaererem, an *πεστε* nomen cum imperativo *πεϙστε* ab eodem verbo derivandum sit, utque ostenderem, quare *πεστϙα* non pro adjectivo, tanquam *σπαντεα*, nomini *σεπα* apposito, acceperim. Illis tamen, qui rectius aliquid perspexerint, non contradicam.

24. *Ιεπϙε porro* significare, inde solum colligo, quod nova pars sacrorum praecipitur, cujus initium et finis ex his comparatis inter se locis intelligitur:

V, a, 32. *ιεπρε εϙες μανι κεFειτε* — 39. *ταζεξ πεϙσνιϝμε.*

V, a, 40. *εσεφ πεσμε Fεϙτεϙ εϙες κεFειτε* — 42. *κεματες πεϙσνιϝμε.*

Εσεφ plurali numero idem significat, quod singularis *σεσμεκ* IV, a, 8. sive *esome* VI, a, 47. (*dehinc*): *πεσμε[ϙ] Fεϙτεϙ* (*postumi* sive postremi *sacrificii*) ad postremam partem sacrorum indicandam additur; *ταζεξ* et *κεματες* vero idem significant. *Μανι* VI, a, 24. pro *manu* legitur, atque gestum designare videtur, cum quo fieri solebat incantatio; *κεFειτε* vero, quid significet, dici nequit, nisi pro *κεFεϙτε* (*completo, perficito*) scriptum putes. *Σιναμαϙ* solum esset vocabulum, duplici vocali *ι* ante consonantem scriptum, nisi ad *mensa* referendum esset, quibus scatet haec inscriptio. Equidem *σπινιαμαξ*, casu locali, emendandum puto, ut *τεFεϙ* pro *τεFεϙε*, quod sequitur: nam *καπιϙες* ablativus pluralis est pro singulari *καπιϙε* V, a, 34. sive *capif dupla* VI, a, 18., cum accusativo *πανε* constructus, ut ablativi *κλαFλαφ ααν φεϝταφ* cum *βεϙFα*, et *Fεσκλε σνατε, ασνατε* cum *ομεν*. *ΚλαFλαφ ααν φεϝταφ glebulis circumfixis* interpretor, carnes autem verubus circumfixas intelligo, quia glebulae omnes massae conglobatae dici potuerunt. Notanda est casuum varietas: nam pro *κλαFλαφ* V, a, 36. *κλαFλες*, pro *Fεσκλε σνατε, ασνατε* V, a, 37. *Fεσκλες σνατε, ασνατες* scriptum est, quasi nomina cum imperativo *πεϙσνιϝμε* constructa non in ablativo, sed dativo casu posita, atque verba *Fεσκλε σνατε, ασνατε* pro ablativis pluralis numeri *Fεσκλεφ σνατεφ, ασνατεφ* scripta sint. Sed additur etiam dativo *βαϙες* V, a, 36. *σεFακνις πεϙσνιϝμε πεϙτ σπινια*, dativis *Fεσκλες σνατε[ς], ασνατες* V, a, 37. *σεFακνις σπινιαμα πεϙσνιϝμε*, atque dativo *εμνε* V, a, 38. *σπινα εμτε* — *σεFακνι*

περσνιμβ: unde *περτ[ε] σπινια* (*parata suffitione*), *σπινιαμα* et *σπιν[ι]α ομτα* (*cum suffimine* ominato sive augurato) synonyma agnoscuntur.

25. Sequentia lego *μανφε ασα Fετα* (*manibus preces voveto*): additur enim *ασαμα κομFερτα* (*in precibus cumulato*) et *ασακα Fινα σεFακνι* scil. *φετα* (*cum precibus vino sacro facito*). De reliquis alias quidem jam locutus sum, nihilo secius plura adhuc monenda sunt. Etsi post *ερες κομFειτα* imperativus *τερτα* sive *dirstu* (*dicato*), pro quo V, b, 21. et V, a, 9. *τετα* (*dicito*) scriptum est, tam ante *Fινα*, quam post *πανα* repetitur, cetera tamen mira brevitate aggregata sunt, simulque perperam scripta: nam pro *στρομβλα φικλα* et *πανε*, quod V, a, 18. legitur, *στρομβλας φικλας* et *πανες*, insertis imperativo *κομαλτα* et ablativo *καπιρε*, exaratum est. *Κομαλτα* etiam V, a, 9 sq. et I, 28. pro *κομολτα* IV, b, 35. sive *comoltu* V, a, 41. scriptum est; sed in nostra inscriptione paullo post additum *αντακρες*, quum tamen IV, a, 36 et 38. *ανταχρε* pro *comoltu* VII, a, 44 et 45. scriptum legatur: hinc *αντακρες* pro Latinorum *integris* accipio. Utrum porro *Fεπερατα* idem significet, quod *πεστρα κομFερτα* vel simpliciter *κομFερτα* IV, a, 36. 38. sive *postro covertu* VII, a, 44. 45., an *πανες Fεπερατα* pro *πανε*, *σFεπε ερατα* h. e. *osatu* (*pane, scypho libato*), quibuscum *σFεπις* I, 26. et *capirse osatu* VI, a, 24. 37. comparari possunt, exaratum sit, quemadmodum paullo post *περσμπνια* pro *περσνιμβ* scriptum est, dicere nescio. *Αμπαρτμβ* deponens est pro *αμπαρτα* II, 14. sive *αμπερτα* IV, a, 21., ubi etiam subjunctivus *αμπερφες*, quemadmodum VI, a, 56. *ambrefurent*, legitur; pro *στατιτα σββατα* vero VI, a, 25. *capirso subotu* scriptum est. *Στατιτα* equidem *statuta* sive in usum recepta interpretor; *εσανα* autem ad omen IV, a, 9. in fine sacrificii necessarium refero. Hunc finem verba *περτιτα φετα* pro *περτιτα φεστ* IV, a, 39. indicant, etsi additum legimus: *κατελ ασακα πελσανς φετα* h. e. *catulus cum precibus sacratus esto*. Proprie quidem *πελσαν[ε]ς φετα*, ut *πελσανα φετα* IV, b, 27. VI, a, 22., *balsamis fito* significat; sed eodem fere modo in fine sextae tabulae *erafont via pora benuso* h. e. *ita bene igne perfeceritis* atque IV, a, 23. *ερατμνt Fεα ζιμα ετατα πρινατες* h. e. *ita bene cum thymo agitote suffimenta* exaratum est. Quum marginis inscriptio jam alias satis illustrata sit, ad *tabulam secundam* progredior, cujus finem cum prima conjungam: viginti enim versibus continentur ea, quae ante ipsa sacra expiatoria peragenda sint.

Tabulae secundae initium.

II, 1 sqq. *Εσανα φρια ferter, ομε ηστιτε σεστεντασιαρα ορνασιαρα.*
Omen fiat sacrificii, simul ostenta sextantariarum urnularum.

II, 3 sqq. *fentax Fακε προμα pelatu: ivek atter[e], erter Fεντις Φρατ(ρ)ερ, ηστεντητα.*
Posthac voce primum piato: inde augmentum, oratis carminibus Fratris, offertote.

II, 5 sqq. *Πιρε Φρατρα μερσες φεστ κομνακλε, ivek, atter Fαπερε κομνακλε,*
Prout Fratrum curis fuerit auspicium, inde, augmini favente auspicio,

II, 8 sq. *σιστȣ σακρ̣ε ȣFεμ: ȣϝτȣρ̣ τειτȣ πȣντες τερ̣καντȣρ̣.*
sistito sacrem ovem: in augmento dicito carmina triplici cantione.

II, 9 sq. *Ινȣμεκ σακρ̣ε ȣFεμ, ȣρ̣τας πȣντες Φρ̣ατρ̣ȣμ, ȣπετȣτα.*
Inde sacrem ovem, oratis carminibus Fratrum, offertote.

II, 11 sq. *Ινȣμεκ Fια μερ̣σȣFα αρ̣Fαμεν ετȣτα: ερ̣ακ' πιρ̣ περ̣σκλȣ ȣρ̣ετȣ:*
Inde bene curata arviga facitote: tum piamen ad lustrationem urito:

II, 12 sqq. *σακρ̣ε ȣFεμ κλετρ̣α φερ̣τȣτα: αιτȣτα: αρ̣Fεν κλετρ̣αμ αμπαρ̣ιτȣ:*
in sacrem ovem creterram fertote: libatote: arvigam cum libatione cremato:

II, 14 sq. *ερ̣ȣκ εσȣνȣ φȣτȣ: κλετρ̣ε τȣπλακ πρ̣ȣμȣμ αντεντȣ: ινȣκ ζιϝζερ̣α εντεντȣ.*
tum omen esto: cum creterra dupla primum libato: inde seva intendito.

II, 16 sq. *Ινȣκ καξι φερ̣ιμε αντεντȣ: ισȣντ φερ̣εϝτρ̣ȣ αντεντȣ: ισȣντ σȣφερ̣ακλȣ αντεντȣ.*
Inde coxam ferinae intendito: item farcimen intendito: item substramen intendito.

II, 17 sqq. *Σεπλες αϝεσνες τρ̣ις καξι αστιντȣ: φερ̣εϝτρ̣ȣ ετρ̣ες τρ̣ις αϝεσνες αστιντȣ:*
Simplis ahenis tribus coxam imponito: farcimen alteris tribus ahenis imponito:

II, 19 sq. *σȣφερ̣ακλȣ τȣFες αϝεσνες ανστιντȣ: ινενεκ Fȣκȣμεν εσȣνȣμεν ετȣ.*
substramen duobus ahenis imponito: inde in foco pro omine agito.

II, 20 sq. *Απ Fȣκȣ κȣκεϝες, ιεπι περ̣σκλȣμαρ̣ καρ̣ιτȣ.*
Quum in foco coxeris, dehinc ad lustrationem caedito.

26. In his praeceptis ante ipsum sacrificium ter omen fieri jubetur verbis *εσȣνȣ φȣια* II, 1., *εσȣνȣ φȣτȣ* II, 14., *Fȣκȣμεν εσȣνȣμεν ετȣ* II, 20. *Εσȣνȣ φȣτȣ* jam V, a, 21 sq. legimus, sicut *εσȣνȣ φειτȣ* V, a, 20.: pro his imperativis subjunctivus *φȣια* eodem significatu, quo *φεια* III, a, 23. b, 1., poni potuit; imperativus *ετȣ* vero cum casu locali *εσȣνȣμεν* construendus fuit, cui *Fȣκȣμεν* additur, ut indicetur, in foco agi pro omine. Etiam verba *σȣμε ȣστιτε* V, a, 15. jam legimus; hoc loco vero praecipiuntur *urnularum ostenta*, quae *sextantariae* a sextante dicuntur, quemadmodum sextariorum nomen apud Latinos a sexta assis parte derivatum est. Permulta sunt, quae in secunda primaque tabulis aliter exprimuntur, quam in ceteris: unde haec inscriptio praeter illas fortasse, quas tertia tabula exhibet, novissima omnium agnoscitur. Permagna est flexionum varietas, qua in nominibus praecipue casus localis excellit: nam praeter terminationem *μεν*, pro qua quarta tabula *μεμ* habet in *αϝτιμεμ* IV, a, 12. et *ακερ̣ȣνιαμεμ* IV, a, 16., *μαρ̣* et *μα* vel simplex *μ* pro *με* in usu sunt, atque *σπαντιμαρ̣* et *ετρ̣αμα σπαντι* II, 33 sq. scribuntur, ut *σ[π]ινιαμαρ̣, σπινιαμα, σπινια* V, a, 33. 36 sq. Quemadmodum in *ερ̣εζλαμαρ̣* I, 6. pro *ερ̣εζλȣμα* I, 3. sive *ερ̣εζλȣ* I, 13. vocalis *ȣ* in *α* mutatur, sic imperativi quoque in *τȣτα* desinunt pro *τȣτȣ* sive *tuto*, quae pluralis numeri flexio in quarta, sexta septimaque tabulis observatur; adverbia vero modo in *ακ* vel *εκ*, modo in *ȣκ* exeunt, ut *ϝȣντακ* (*posthac*) II, 3. I, 32. et *ερ̣ακ* (*tum*) II, 12., *ισεκ* (*itidem*) I, 4., *ιτεκ* (*ita*) I, 31. *ινενεκ* II, 20.

ινȣντεκ I, 18. et ινȣμεκ (*inde*), εϱεκ (*interim*) I, 21. 32., εϱεϱεκ (*exinde*) II, 32., ινȣκ (*inde*) et εϱȣκ (*tum*) II, 14. 16 cet., quibus accedit terminatio ȣντ in ισȣντ (*idem*) II, 16., εϱαϱȣντ et εϱεϱεϱȣντ (*inde*) I, 1. 5. Σȣμε II, 1. idem adverbium esse, quod *somo* VI, b, 9 et 10., jam §. 18. monui: ne tamen Fȣκε II, 3. idem nomen putes, quod Fȣκȣ IV, a, 1 et 4. sive *vocu* VI, a, 43 et 45., observes, quod II, 21. post verba απ Fȣκȣ κȣκεϝες (*quum in foco coxeris*) praecipiatur: Fȣκε πιϱ ασε αντεντȣ (*voce piamen cum precibus intendito*).

27. Quid praeceptum Fȣκε πϱȣμȣ πεϝατȣ (*voce primum piato*) sibi velit, docent Euripidis versus Hippol. 491 sq. atque Horatii Epist. I, 1, 34 sq.

Εισὶν δ' επωδαὶ καὶ λόγοι θελκτήριοι·
φανήσεταί τε τῆςδε φάρμακον νόσου.
Sunt verba et *voces*, quibus hunc lenire dolorem
possis, et magnam morbi deponere partem.

Ad cantationes certe spectant sequentia, quorum sensum enodare licet e comparatis locis similibus:

II, 4. *Ινȣκ ȣϝτȣϱ[ȣ], ȣϱτες Fȣντις Φϱατεϱ, ȣστεντȣτα.*

II, 9 sq. *Ινȣμεκ σακϱε ȣFεμ, ȣϱτας πȣντες Φϱατϱȣμ, ȣπετȣτα.*

In his locis post adverbia ινȣκ et ινȣμεκ diversa quidem enuntiantur; verborum vero eadem est constructio: ȣϝτȣϱ enim, post quod prima sequentis vocabuli litera perperam geminata esse videtur, pro accusativo ȣϝτȣϱεμ scribi potuit, quemadmodum II, 7. 8. pro dativo ȣϝτȣϱε. Φϱατεϱ etiam in tertia tabula pro Φϱατϱεϱ scriptum legimus, atque id solum mirandum est, quod genitivus singularis numeri pro genitivo pluralis positus sit. Equidem nullam aliam causam reperio, quam quod Atiersii Fratres cum civibus reliquis, quorum multitudinem pluralis imperativi forma indicat, comparati pro uno habeantur collegio. Quum vero praecepta ȣϝτȣϱ[εμ] ȣστεντȣτα et σακϱε[μ] ȣFεμ ȣπετȣτα ad populum omnem referenda sint, ablativis absolutis ȣϱτες Fȣντις seu potius πȣντες, ut II, 9. recte scriptum est, id designatur, quod a Fratribus Atiersiis fiebat. Preces significari, inde cognoscitur, quod ȣϱτες Latino participio *oratis* respondeat; easdem preces autem cum cantu recitatas esse, e praecepto II, 8 sq. discitur: ȣϝτȣϱ τειτȣ πȣντες τεϱκαντȣϱ, in quo ablativus τεϱκαντȣϱ[ε] triplicem cantionem designare videtur. Πȣντες igitur pro carminibus accipio, quae, dum augmentum (ȣϝτȣϱ) ad piandum vel ovis sacra ad immolandum offertur, Fratres Atiersii canebant numeris suis quasi *punctis* distincta.

28. An a carminibus istis Fratres Atiersii *pontifices* cognominari potuerint, ut *augures* ab auguriis, quae quum iidem curarent, additum est: πȣϱε Φϱατϱȣ μεϱσȣς φȣστ κȣμνακλε, alii videant; hoc equidem annoto, πȣντε pariter atque κȣμνακλε generis feminini esse, ut *menda* et *novacula* apud Romanos, atque Fαπεϱε κȣμνακλε pro ablativis absolutis

posse accipi, ut *vapefe avieclu* VI, a, 51. sive *Ϝαπεφεμ αϜιεκλυφε* IV, a, 14. *Μερσυς*, unde *μερσυϜα* pro *κυραια* (*curata*) III, a, 5. deducitur, ablativus pluralis est nominis *μερς* (*μῆδος*, *cura*) quod IV, a, 18. salutare consilium designat. *ΑρϜαμεν ετυτα* scriptum est pro *αρϜια υστεντυ* sive *arvio fetu*; *υρετυ* pro *υρετυ* (*urito*) etiam I, 30. legitur. *Κλετρα* pro *creterra* sive capide esse positum, ex imperativo *αιτυτα* et apposito adjectivo *τυπλακ* II, 14. intelligitur: nam *κλετρε τυπλακ πρυμυμ αντεντυ* idem fere significat, quod *capif purdita dupla aitu* VI, a, 18. Hinc *κλετραμ* in casu locali pro libatione scribi potuit, ut *ακερυνιαμεμ* IV, a, 16. pro fumigatione ex acerra; *αρϜεν αμπαριτυ* vero exaratum est pro *αρϜιαμ αμπρεϝτυ* IV, a, 21. (*arvigam cremato*). *Αντεντυ* et *εντεντυ* sensu non differunt, *ανστιντυ* vero sive *αστιντυ* pro *instinato* sive *imponito* scriptum videtur. Quasnam res autem accusativi ab his imperativis dependentes designent, conjici magis quam definiri potest. An *ζιϝζερα* idem significet, quod *ζιϜε* (*seva*) V, b, 12., aliis dijudicandum relinquo; *φεριμε* vero, ut IV, a, 25., pro *φερινε* vel potius pro genitivo *φερινερ*, ab accusativo *καξι*[*μ*] dependente, scriptum puto. *Καξι*, si pro *κυξι* exaratum est, ut *κυμαλτυ* I, 28. pro *κυμυλτυ*, *coxam* sive *coxendicem* designat, quam Romani latiori quoque sensu pro femore sive *μηρῷ* Graecorum acceperunt; *φερεϝτρυ*[*μ*] *farcimen* fortasse, et *συφερακλυ*[*μ*] *substramen ejus* significat. Legimus autem haec tria sibi opposita:

II, 16. *ινυκ καξι φεριμε αντεντυ*: 17 sq. *σεπλες αϝεσνες τρις καξι αστιντυ*.
II, 16 sq. *ισυντ φερεϝτρυ αντεντυ*: 18 sq. *φερεϝτρυ ετρες τρις αϝεσνες αστιντυ*.
II, 17. *ισυντ συφερακλυ αντεντυ*: 19 sq. *συφερακλυ τυϜες αϝεσνες ανστιντυ*.

Σεπλες, quia *ετρες* opponitur, *simplis* interpretor, *αϝεσνες*, quia cum *τρις* construitur, *ahenis* in dativo casu positis, atque inserta *s* litera, quemadmodum antiqui Romani secundum Festum *pesna* pro *penna*, atque Osci secundum Varronem L. L. VII, 3. §. 29. *casnar* pro *canitie insignis* dicebant. *Απ* pro *απι*, ut I, 31., sed *ιεπι* in apodosi pro *ιεπρυ* V, a, 32.; *περσκλυμαρ* pro *περσκλυ* II, 12. sive *περσκλυμ* IV, b, 1. scriptum est.

Tabulae secundae finis cum prima tabula.

II, 21 sqq. *Ϝυκε πιρ ασε αντεντυ*: *σακρε σεϜακνε υπετυ*: *ΙυϜε Πατρε πρυμυ αμπεντυ*.
Voce piamen cum precibus intendito: sacra sancta offerto: Jovi Patri primo operator.
II, 23 sq. *Τεστρυ σεσε ασα Φρατρυσπερ Ατιιερτες, αϝτιςπερ εικϜασατις,*
Ad dextram pia cum prece pro Fratribus Atiersiis, pro inclitis sacerdotibus,
II, 24 sq. *τυταπε ΙιυϜινα, τρεφιπερ ΙιυϜινα, τιζλυ σεϜακνι τειτυ.*
pro tota Iguvina, pro tribu Iguvina, dicationem sanctam dicito.
II, 26 sq. *Ινυμεκ υϜεμ σεϜακνι υπετυ*: *Πυεμυνε Πυπρικε απεντυ*: *τιζλυ σεϜακνι ναρατυ.*
Inde ovem sacrem offerto: Pomonae Pubercae operator: dicationem sanctam dicito.

II, 28 sq. *Ιȣκα μερσȣFα ȣFικȣμ ϝαβετȣ Φρατρȣσπερ Ατιιερις, αϝτισπερ εικFασατις,*
Jubila curata cum ove habeto pro Fratribus Atiersiis, pro inclitis sacerdotibus,

II, 29 sqq. *τȣταπερ ΙιȣFινα, τρεφιπερ ΙιȣFινα: σακρε Fατρα φερινε φειτȣ:*
pro tota Iguvina, pro tribu Iguvina: sacra fatua ferina facito:

II, 31 sq. *ερȣκȣ αρȣFια φειτȣ: ȣFεμ περαεμ, πελσανȣ φειτȣ.*
tum arviga facito: in ove purgamine, balsamo facito.

II, 32 sqq. *Ερερεκ τȣFα τεφρα σπαντιμαρ πρȣσεκατȣ: ερεκ περȣμε πȣρτȣFιτȣ: στρȣζλα αρFειτȣ.*
Exinde duo tepora (exta) cum suffitu prosecato: interim prece consecrato: struem addito.

II, 34 sq. *Ινȣμεκ ετραμα σπαντι τȣFα τεφρα πρȣσεκατȣ: ερεκ ερεζλȣμα*
Inde altero suffitu duo tepora (exta) prosecato: interim incantatione

II, 35 sq. *Πȣεμȣνε Πȣπρικε πȣρτȣFιτȣ: εραρȣντ στρȣϝζλας εσκαμιτȣ αFειτȣ.*
Pomonae Pubercae consecrato: exinde struis congeriem addito.

I, 2 sq. *Ινȣμεκ τερτιαμα σπαντι τριια τεφρα πρȣσεκατȣ: ερεκ σȣπρȣ σεσε ερεζλȣμα*
Inde tertio suffitu tria tepora (exta) prosecato: interim sulfure cum pia incantatione

I, 3 sqq. *Fεσȣνε Πȣεμȣνες Πȣπριζες πȣρτȣFιτȣ: στρȣϝζλα πετενατα ισεκ αρFειτȣ.*
Feroniae Pomonae Pubercae consecrato: struem pectinatam itidem addito.

I, 5 sq. *Ερερερȣντ καπιρȣς Πȣεμȣνε, Fεσȣνε πȣρτȣFιτȣ ασαμαρ, ερεζλαμαρ:*
Exinde capidibus Pomonae, Feroniae libato cum precatione, incantatione:

I, 7 sq. *ασεζετες καρνȣς, ισεζελες, ετ Fεμπεσȣντρες (σȣπες σανες περτεντȣ) περσνιμȣ:*
in infectis carnibus, isiciolis, et veratris (sulfura viva praetendito) precator:

I, 8 sqq. *αρπελτȣ στατιτατȣ: Fεσκλες σνατες, ασνατες, σεFακνε ερεζλȣμα περσνιϝμȣ*
appellationem instituito: in vasculis coctis, incoctis, sancta incantatione precator

I, 10 sq. *Πȣεμȣνε Πȣπρικε, Fεσȣνε Πȣεμȣνες Πȣπρικες: κλαFλες περσνιϝμȣ*
Pomonae Pubercae, Feroniae Pomonae Pubercae: in (extorum) glebulis precator

I, 12 sq. *Πȣεμȣνε Πȣπρικε[ς] ετ Fεσȣνε Πȣεμȣνες Πȣπρικες πȣστιν ερεζλȣ.*
Pomonae Pubercae et Feroniae Pomonae Pubercae pro incantatione.

I, 13 sqq. *Ινȣκ ερεζλȣ ȣμτȣ, πȣτρεσπε ερȣς: ινȣκ Fεστιζια, μεφα πȣρτȣπιτε, σκαλζετα κȣνικαξ.*
Inde incantatione auspicator, pro consecratis incantationes; inde libamine, maza consecrata, mola spargens.

I, 15 sq. *Απεϝτρε εσȣφ τεστρȣ σεσε ασα: ασαμα πȣρτȣFιτȣ: σεFακνε σȣκατȣ.*
Postea cum his ad dextram pia prece: prece consecrato: sancte supplicato.

I, 17 sq. *Ινȣμεκ FεσFεζα, περσȣντρȣ, σȣπȣ ερεζλε ϝȣλε, σεFακνε, σκαλζετα κȣνικαξ πȣρτȣFιτȣ.*
Inde in libamine, purgamine, sulfure incantato integro, sancte, mola spargens consecrato.

I, 18 sqq. *Ινȣντεκ Fεστιζια, περσȣντρȣ, τȣρσε σȣπερ ερεζλε, σεFακνε, σκαλζετα κȣνικαξ, πȣρτȣFιθȣ.*
Inde in libamine, purgamine, incensis sulfuribus incantatis, sancte, mola spargens consecrato.

I, 20 sq. *Ινȣμεκ τεϝτεϱιμ ετȣ Fελτȣ: εϱεκ πεϱσȣντϱε αντεντȣ.*
Inde tecto agito vultu: interim lustramenta intendito.

I, 21 sq. *Ινȣμεκ αϱζλαταφ, Fασȣς, ȣφεστνε σεFακνεφ πȣϱτȣFιτȣ.*
Inde in arculatis, vasis, — sancte consecrato.

I, 23 sq. *Ινȣμκ πϱȣξȣϱε, κεβȣ σεFακνε, πεϱσνιϝμȣ Πȣεμȣνε Πȣπϱιζε.*
Inde in prosicia, cibo sancto, precator Pomonae Pubercae.

I, 24 sqq. *Ινȣμεκ κλετϱα, Fεσκλες Fȣφετες σεFακνις πεϱσ(ν)ιϝμȣ Fεσȣνε Πȣεμȣνες Πȣπϱζες.*
Inde in creterra, vasculis — sanctis precator Feroniae Pomonae Publicae.

I, 26 sqq. *Ινȣμεκ σFεπις ϝεϱι εξαϱιαφ αντεντȣ: ινȣμεκ εϱȣς ταζεξ τεϱτȣ.*
Inde scyphis vel escariis intendito: inde incantationes tacens dicito.

I, 28 sqq. *Ινȣμεκ κȣμαλτȣ, αϱκανι κανετȣ, κȣματες πεϱσνιϝμȣ: εσȣκȣ εσȣνȣ ȣϱετȣ:*
Inde cumulato, arcane canito, tacite precator: cum hoc omen flamma facito:

I, 30 sqq. *ταπιστενȣ ϝαβετȣ: πȣνε φϱεϝτȣ ϝαβετȣ. Απ ιτεκ φακȣστ, πȣϱτιτȣ φȣτȣ.*
dapalem coenam habeto: pane fricto habeto. Quum ita feceris, rite peractum esto.

I, 32 sq. *ϝȣντακ πιϱι πϱȣπεϝαστ, εϱεκ ȣϱ(τ)ες πȣν(τ)ες νειϱ ϝαβ(ι)ας.*
Posthac ubi expiaveris, interim oratis carminibus certamen habeas.

29. Ex his pleraque, comparatis locis similibus, illustrantur: sic pro *Fȣκε* II, 3. plenius legimus *Fȣκε πϱȣμȣ πεϝατȣ;* hoc loco contra additur, quod V, a, 19 sq. legimus: *πιϱ ασε αντεντȣ.* Tum haec sunt sibi similia:

II, 22 sq. *σακϱε σεFακνε ȣπετȣ: ΙȣFε Πατϱε πϱȣμȣ αμπεντȣ.*

II, 26 sq. *ινȣμεκ ȣFεμ σεFακνι ȣπετȣ: Πȣεμȣνε Πȣπϱικε απεντȣ.*

Quum V, a, 20 sq. *ϝȣντε ΙȣFιε αμπεντȣ κατλȣ σακϱε σεFακνε* scriptum legatur, in nostra tabula ante *σακϱε σεFακνε* hostiae nomen omissum videri posset, nisi etiam VI, a, 52. nonnisi *com peracris sacris* sine nomine *prinuatir* VI, a, 56. exaratum esset. Verba *τεστϱȣ σεσε ασα* I, 15., sequentia II, 28 sq. repetuntur: pro *τιζλȣ σεFακνι τειτȣ* vero II, 27. *τιζλȣ σεFακνι ναϱατȣ* scriptum est. *Τεστϱȣ* pro *τεστϱȣκȣ* IV, b, 30. positum puto; an vero *σεσε* cum *seso* VI, a, 51. cohaereat, nescio: pro *σεσε ασα* II, 28. *ιȣκα μεϱσȣFα*, h. e. *jubila curata* praecipiuntur. *Fατϱα* II, 31. pro *FατȣFα*, *αϱȣFια* contra pro *αϱFια* exaratum est; *εϱȣκȣ* vero est primitiva forma ablativi pronominis *εϱȣ* cum praepositione *κȣ(μ)* compositi pro adverbio *εϱȣκ*; *πελσανȣ* pro *πελσανα* IV, b, 27., ut *αϱFιȣ* IV, b, 24. pro *αϱFια* scribere licuit. Extrema secundae tabulae cum initio primae jam in tertia hujus operis particula §. 10. illustrare conatus sum; nescio tamen, an *σπαντιμαϱ* recte interpretatus sim, quum V, a, 30. *σȣπα σπαντεα sulfura suffita* designet. Propter apposita numeralia *τȣFα* et *τριια* erat quoque, quum *τεφϱα* testuatia potius quam tepora sive calida exta intelligerem; sed praeter imperativum *πϱȣσεκατȣ* locus similis quoque V, a, 27 sq., ubi *κϱεματϱȣ* olim (vid. part. III, §. 14.) *κϱιβανίτην* designare perperam putaveram, me

movit, ut ad priorem redirem sententiam. Praeter illa vero, quae jam in tertia particula §. 10. inter se comparavi, haec quoque sibi sunt similia:

II, 33. *εϱεκ πεϱυμε πυϱτυϜιτυ: στϱυζλα αϱϜειτυ.*

II, 35 sq. *εϱεκ εϱεζλυμα Πυεμυνε Πυπϱικε πυϱτυϜιτυ: εϱαϱυντ στϱυϝζλας εσκαμιτυ αϜειτυ.*

I, 3 sqq. *εϱεκ συπϱυ σεσε εϱεζλυμα Ϝεσυνε Π. Π. πυϱτυϜιτυ: στϱυϝζλα πετενατα ισεκ αϱϜειτυ.*

Jam videamus, quae horum locorum comparatio doceat.

30. Quia II, 34. *στϱυζλα*, I, 1. vero *στϱυϝζλας*, ut I, 4. *στϱυϝζλα*, exaratum est, ex addita aspirationis nota suspicari possis, primam tabulam serius exaratam esse quam secundam; sed utriusque tabulae inscriptio tam arcte inter se cohaeret, ut ista scribendi varietas pariter fortuita putanda sit, atque I, 8. et 10. *πεϱσνιμυ*, I, 11. 23. 29. *πεϱσνιϝμυ* scriptum legitur, vel mendose *πεϱσιϝμυ* I, 25. Utriusque tabulae scriptura adeo variat, ut nomina *φεϱεϝτϱυ* et *συφεϱακλυ* ex eodem fonte derivanda non dubitem. Sic in comparatis locis semper quidem *πυϱτυϜιτυ*, sed I, 20. *πυϱτυϜιϑυ* miro archaismo, quem quarta tabula nonnisi semel in vocabulo *φυϱφαϑ* IV, a, 1. admisit, exaratum videmus. I, 1. *αϜειτυ* pro *αϱϜειτυ* I, 5. scriptum est, sicut II, 27. *απεντυ* pro *αμπεντυ* II, 23; at quanquam *εϱαϱυντ* I, 1. non differt ab *εϱεϱεϱυντ* I, 5., *εϱεκ* tamen II, 33. (*interim*) diversum puto adverbium ab *εϱεϱεκ* II, 32. pro *εϱε ϱι* (*exinde*). Quemadmodum vero *εϱαϱυντ* et *εϱεϱεκ* idem fere significant, sic *ισεκ* (*itidem*) I, 4. et *ισυντ* (*item*) II, 16 sq.: neque *πεϱυμε* (*prece*) II, 33. valde differt ab *εϱεζλυμα* (*incantatione*) II, 35. I, 3., sed *σεσε εϱεζλυμα* scriptum est, ut *σεσε ασα* (*pia precatione*) II, 23. I, 15 sq. *Συπϱυ* I, 3. pro *συπυ* (*sulfure*) positum esse, inde colligo, quod I, 17. hoc nomen ante *εϱεζλε* scriptum legitur, ut *τυϱσε(ϱ) συπεϱ* (*incensis sulfuribus*) I, 19. Quemadmodum autem ad *πεϱυμε* II, 33. nullum dei nomen additum est, sic primum nihil nisi *στϱυζλα* ante *αϱϜειτυ* legitur, deinde *στϱυϝζλας εσκαμιτυ*, tum *στϱυϝζλα πετενατα*, quae quamvis diversa videantur, similia tamen designant. Nam *strues* secundum Festum genera liborum sunt, digitorum conjunctorum non dissimilia, qui superjecta panicula in transversum continentur; digitos autem inter se pectine junctos dixit Ovidius Met. IX, 299, atque Plinius H. N. XXVIII, 6. pro manibus sic complicatis, ut digiti invicem inserantur, »digitis pectinatim inter se complexis« scripsit. Strues igitur tanquam liborum aliorum super alia cumulatorum congeries *στϱυϝζλας εσκαμιτυϱ* (*struis exaggeratio*) vel *στϱυϝζλα πετενατα* (*strues pectinata*) dici potuit.

31. In libatione, quae *καπιϱυς* (*capidibus*) fiebat, pro *πεϱυμε* et *εϱεζλυμα* legimus *ασαμαϱ*, *εϱεζλαμαϱ*, etsi paullo infra, quemadmodum V, a, 33 et 36 sqq. primo *σ(π)ινιαμαϱ* et *πεϱτ(ε) σπινια*, deinde *σπινιαμα* et *σπινα υμτυ*, exaratum vidimus, *εϱεζλυμα* repetitum est, *πυστιν εϱεζλυ* vel *εϱεζλυ υμτυ*, eodemque modo post *τεστϱυ σεσε ασα* I, 16. *ασαμα πυϱτυϜιτυ*, sicut *ασαμα κυϜεϱτυ*, V, a, 39. post *μανφε ασα Ϝυτυ* scriptum legitur.

Quid inter has terminationes nominum intersit, non minus difficile est enodatu, quam cur verbis *ασεζετες καρνυς* I, 7. *ισεζελες* addatur, nisi perspicuitatis causa factum sit, ne carnes non sectae pro insectis carnibus intelligerentur. *Ισεζελες* enim Latinorum *isiciolis* respondet, de quibus Varro L. L. V, 22. §. 110. scripsit: »*Insicia* ab eo, quod insecta »caro, ut in carmine Saliorum est, quod in extis dicitur nunc *prosectum*«, atque Macrobius S. VII, 8.: »*Isicium*, ab insectione dictum *insicium*, amissione literae postea, quod »nunc habet, nomen obtinuit«. *Ισεζελες* igitur nomen post *ασεζετες καρνυς* abundat, quod ex his quoque locis inter se comparatis cognoscitur.

I, 7 sq. *ασεζετες καρνυς, ισεζελες, ετ Fεμπεσυντρες* (*συπες σανες περτεντυ*) *περσνιμυ*:
V, a, 29 sqq. *ασεζετα καρνε περσνιϝμυ*: *Fενπερσυντρα περσνιϝμυ*: *συπα σπαντεα περτεντυ*:
I, 8 sqq. *αρπελτυ στατιτατυ*: *Fεσκλες σνατες, ασνατες, σεFακνε ερεζλυμα περσνιμυ*.
V, a, 31 sq. *Fεσκλες Fυφετες περσνιϝμυ*: *Fεστικατυ, αϝτρεπυρατυ, αρπελτυ στατιτατυ*.
Horum locorum comparatio primum docet, imperativum *περσνιμυ* construendum esse cum ablativis pluralis numeri *ασεζετες καρνυς, ισεζελες, ετ Fεμπεσυντρες*, verba igitur *συπες σανες περτεντυ* in parenthesi esse posita; deinde imperativum *περτεντυ*, nisi pro ablativo participii *περτεντες* perperam exaratum putare malis, cum ablativo construi. Possis quidem suspicari, *συπες σανες* quoque, sicut cetera, cum imperativo *περσνιμυ* esse construendum, ut *περτεντυ* pro supino gerundii locum obtinente accipiatur; sed V, a, 32. *συπα, πυστρα περστυ* cum *ape sopo*, *postro peperscust* VI, a, 5. comparatum docet, *συπα* non differre ab ablativo *sopo*. Praeterea similis est parenthesis in his locis inter se comparandis:
I, 17 sq. *FεσFεζα, περσυντρυ, συπυ ερεζλε ϝυλε, σεFακνε, σκαλζετα κυνικαξ, πυρτυFιτυ*.
I, 19 sq. *Fεστιζια, περσυντρυ, τυρσε συπερ ερεζλε, σεFακνε, σκαλζετα κυνικαξ, πυρτυFιθυ*.

32. In his locis verbis *Fεστιζια* (quemadmodum *FεσFεζα* emendandum est) *περσυντρυ σεFακνε πυρτυFιτυ* non solum *σκαλζετα κυνικαξ* (*mola spargens*) insertum est, sed etiam ablativi absoluti *συπυ ερεζλε ϝυλε* (*sulfure ad incantationem ὅλῳ* sive *integro*) et *τυρσε(ς) συπερ ερεζλε* (*crematis sulfuribus ad incantationem*), in quibus mihi etiam dativus *ερεζλε* inter *συπυ ϝυλε* insertus videtur. Quum *sanum* quoque pro integro dicatur, suspicari possis, *συπες σανες περτεντυ* idem significare, quod *συπυ ϝυλε*; nescio autem, an Umbri sulfur *sanum* dixerint, quod Romani vel *vivum* vel *vivax* vocarunt, Virg. G. III, 449. Ovid. F. IV, 739. Met. III, 374. coll. Lucan. III, 681. Nam Plinius H. N. XXXV, 15. quatuor sulfuris genera recenset, quorum primo solo, quod vivum solidumque effodiebatur, medici usi esse dicuntur: idemque sulfur in religionibus locum habebat ad expiandas suffitu domos. *ΣεFακνε* I, 9. quidem cum *ερεζλυμα περσνιμυ*, quemadmodum I, 18 sq. cum *πυρτυFιτυ*, construxi; quia vero V, a, 37. *σεFακνις* scriptum est, in prima quoque tabula *σεFακνε(ς)* ad *Fεσκλες* referendum videtur. *ΣεFακνε* pro *σεFακνες* scriptum offendere nequit, sed I, 12. *Πυπρικες* perperam pro *Πυπρικε* dativo *Πυεμυνε* appositum: nam

πȣτρ̥εσπε quoque I, 14. pro *πȣρ̥τεσπερ̥* (*pro consecratis*) exaratum esse videtur. Mira videri possit frequens nominum *ερ̥εζλȣ* et *ασα* repetitio; sed *ερ̥εζλȣ ȣμτȣ* (*incantatione auspicator*), quasi pro *πρ̥ȣμȣ* (*primo*) positum, respondet adverbiis *απεϝτρ̥ε εσȣφ* (*postea cum his* sive *deinde postea*) I, 15. Et cum *ερ̥εζλȣ* (*incantatione*) et cum *ασα* (*precatione*) conjungitur *Fεστιζια* (*libamen*); sed prius libamen fit *μεφα πȣρ̥τȣπιτε* (*cum maza consecrata*), posterius bis *περ̥σȣντρ̥ȣ σεFακνε* (*cum lustramento sancto*). *ΣεFακνε σȣκατȣ* sive potius *σȣβατȣ* (*sancte supplicato*) I, 16. additum est, quemadmodum apud Virgilium A. III, 279. legimus:

Lustramurque Jovi, *votisque* incendimus aras.

Ad morem religiosum vero, Ausoniis omnibus communem, quem secundum Macrobium S. III, 6 extr. atque Virgilium A. III, 545. ex praecepto Heleni A. III, 405 sqq.

Purpureo velare comas adopertus amictu,
Ne qua inter sanctos ignis in honore deorum
Hostilis facies occurrat et omina turbet.
Hunc socii morem sacrorum, hunc ipse teneto,
Hac casti maneant in religione nepotes.

Aeneas in Italiam tulisse fertur, refero verba I, 20 sq. *τεϝτερ̥ιμ ετȣ Fελτȣ*, h. e. *tectorio agito velatu* sive *tecto vultu et ore*.

33. Quae sequuntur, tam obscura sunt, ut vix conjectura assequi possim, quale sit, quod enuntietur. *Fασȣς* quidem ablativus pluralis esse videtur pro *vasis*, ex tertia tamen declinatione, atque *αρ̥ζλαταφ* pro *arculatis* h. e. pro circulis, qui secundum Festum ex farina in sacrificiis fiebant, fortasse accipi potest; sed *ȣφεστνε* explicare nequeo, nisi pro adjectivo *ȣφεστνες* (*ofellis repletis*) accipere velis. Sic *κεβȣ* facile pro *cibo* agnoscitur; sed an *πρ̥ȣξȣρ̥ε κεβȣ* prosectam carnem designet, definire non audeo. Porro *σFεπις ϝερ̥ι εξαρ̥ιαφ* I, 26 sq. non aliter explicare scio, quam ut *σFεπις* pro *σκFεπις* sive *scyphis* et *εξαρ̥ιαφ* pro *escariis vasis* positum putem: *ϝερ̥ι* enim est conjunctio *vel*: in multis autem peccavit chalcographus. Nam vel omissae sunt literae, ut in *ινȣμκ* I, 23. pro *ινȣμεκ*, et in *ινȣνεκ* I, 18. apud Gruterum pro *ινȣντεκ*, in *περ̥σιϝμȣ* I, 25. pro *περ̥σνιϝμȣ*, et in *Πȣπρ̥ζες* I, 26. pro *Πȣπρ̥ιζες*; vel inter se permutatae, ut in *τερ̥τȣ* I, 28. pro *τερ̥τȣ* et *ȣρ̥ετȣ* I, 30. pro *ȣρ̥ετȣ*, in *FεσFεζα* I, 17. pro *Fεστιζια* et *πεσκλες* I, 24. apud Gruterum pro *Fεσκλες*: unde nescio, an in fine *ερ̥εκ ȣρ̥τες πȣντες νειρ̥ε ϝαβιας* pro *ερ̥εκ ȣρ̥ες πȣνες νειρ̥ ϝαβας* emendandum sit. Pro *εσȣμεκ εσȣνȣ* IV, a, 8. in prima tabula I, 29 sq. *εσȣκȣ εσȣνȣ* scriptum est, quemadmodum II, 31. *ερ̥ȣκȣ* pro *ερ̥ȣκ* legimus: pro simplici *φειτȣ* IV, a, 9. vero *ȣρ̥ετȣ* h. e. *in flamma facito* additur. *Ταπιστενȣ* incertum est, an dapalem coenam designet; *πȣνε φρ̥εϝτȣ* vero, quin *panis frictus* sit, nullus dubito. *Απ* pro *απε* jam II, 20. atque *πȣρ̥τιτȣ φȣτȣ* pro *πȣρ̥τιτȣ φȣστ* (*rite consecratum*

esto) IV, a, 39. etiam V, a, 43. legitur, ut finis indicetur totius sacrificii. Hoc loco tamen additur: *πιῤι πῤȣπεϝαστ* (*prout expiaveris*), *εῤεκ* sive potius *εῤεκ* (*tum*) *ȣῤ(τ)ες πȣν(τ)ες* (*oratis carminibus*) *νειῤ(ε) ϝαβ(ι)ας* (*νείκη* sive *certamina habeas*). An *νειῤε* recte explicarim, in dubium vocari possit; sed pro *ȣῤες πȣνες* (*uris panes*), quod omni sensu caret, legendum esse *ȣῤτες πȣντες*, ut *ινȣντεκ* I, 18. pro Gruteri *ινȣνεκ*, eo minus dubito, quod verbis *πιῤι πῤȣπεϝαστ* ad initium secundae tabulae respici videatur, ubi post praeceptum *Fȣκε πῤȣμȣ πεϝατȣ* de *ȣῤτες Fȣντις* sive *πȣντες* sermo fuit. Itaque *ἀγὼν μȣσικός* fuit omnium rerum sacrarum initium atque finis.

34. Quamvis incerta sit in plurimis nostra interpretatio, magna tamen agnoscitur sermonis varietas, de qua monere quaedam adhuc mihi liceat. Minores quidem inscriptiones, et linguis et locis, in quibus repertae sunt, diversas, multum inter se discrepare sermonis indole, neque mirandum, neque pluribus verbis probandum est. Illud modo monendum mihi videtur, quod inscriptio cippi inter Bastiam et Assisium oppida in Umbria reperti, ut inscriptiones in Sabinis et Marsis detectae, provincialis quidem in Umbria sermonis exemplum, sed inter Latinas magis quam Umbricas numeranda sit. Multo magis ad Umbricam linguam accedit Volsca inscriptio, inter Oscam atque Latinam intermedia; atque vere Umbricae sunt inscriptiones apud Falerios atque Cortonam inventae, si ab hujus Tusca voce *Sethlanl* et ab illius nomine *Lerpirio Santirpio* discesseris. Illa tamen nimio literae caninae usu, haec propria conjunctionis *ape* constructione insignis est: unde nunc rhythmicam incendiorum deprecationem sic interpretor, quasi *ape* sit Graecum adverbium *ἄπο*, idem fere quod *contra* significans.

Arses vurses! | *Sethlanl, Tephral* | *ape termnu* | *pis es estu.*

Incendia vortas! Vulcanale, Parile adversus flammam piamen est istud.

In Iguvinis tabulis non locorum quidem, sed temporum varietas, quibus exaratae sunt, agnoscitur. Antiquissima omnium est quarta tabula, quippe qua Iguvium, si a genitivo nominis IV, a, 2. et 5. discesseris, *IκȣFινα* semper, ut in nummis, scribitur. Perquam recentes contra videri possunt sexta septimaque tabulae, quae non argumento solum, sed repetito quoque versu VI, a, 65. et VII, a, 1. inter se connectuntur: in illis enim pro *IιȣFινα* II, 24. 25. 30. non *Ijovina* modo, verum etiam *Iovina* legitur. Ne vero contrariam putes temporum rationem, quia Romani *Iguvinos* scripserunt, atque hodierni Itali *Gubbio* dicunt, ad ea animum advertas, quae quinta tabula docet.

35. In quinta tabula non solum praepostèrus paginarum ordo, ut in quarta et sexta tabulis, agnoscitur, sed prior quoque pagina duas inscriptiones continet, diversis temporibus exaratas: quod quidem, ut alia omittam, ex imperativo *πεῤσνιϝμȣ* praecipue cognoscitur. In prima quidem tabula tam *πεῤσνιμȣ*, quam *πεῤσνιϝμȣ* legitur, quemadmodum in sexta septimaque tabulis tam *persnimu* et *persnimumo*, quam *persnihimu*

et *persnihimumo* scriptum est; sed in posteriore quintae tabulae nonnisi *πεδσνιϝμθ*, in priore contra V, a, 7. 10., b, 17 sqq., ut in quarta tabula, si a *πεδσνιμθ* IV, a, 7. 21. discesseris, *πεσμινθ* semper exaratum est. Quia serior in his scriptura plenior est, priorem quintae tabulae inscriptionem etiam ante quartam tabulam scriptam putare posses, nisi praeter alia conjunctio *απε* contrariam opinionem suaderet. Legimus enim *Fεπεσστδα* V, b, 15. 18. pro *Fενπεδσστδα* V, a, 30. atque *Fεμπεσστδες* I, 7., quemadmodum *πε(δ)σστδθ* V, b, 13. a, 8. pro *πεσστρθ(μ)* IV, b, 28. 31. atque *πεδσστρθ* I, 17. 19. *pe(r)sondro* cet. in sexta tabula: at in quinta tabula, ut in tertia, sexta septimaque tabulis, *απε* scribitur, pro quo in quarta, uno loco IV, a, 34. excepto, *απι*, ut VII, b, 3. *appei*, I, 31. et II, 20. contra simpliciter *απ*, exaratum est. Inde, quod in *Μαλθ* et *Μεδιτθ* V, a, 18 et 24. litera initialis prorsus Latina sit, nihil quidem colligi potest, quia in ceteris locis eadem litera solito more scripta est; sed in tertia tabula, in qua Latina Q litera, cujus figura sextam septimamque tabulas senatus consulto de Bacchanalibus aequales monstrat, recentiori jam forma exarata est, *Λ* semper literae *M* locum obtinet. Frequenti praeterea literae caninae usu, propter quem incertum manet, utrum *πθδε* et *puri* a *πθδε* et *pusi* distinguenda sint nec ne, insignis est tertia tabula, quam literarum *ε, κ, τ, ξ*, figura cum prima secundaque tabulis conjungit: hae autem sermonis indole adeo differunt ab reliquis omnibus tabulis, ut, nisi tertia tabula singularem literae M figuram ostenderet, recentissimae omnium videri possent.

36. Ut taceam de imperativis in *τστα* exeuntibus, in quibus *α* pro *θ* scriptum putare possumus, quemadmodum I, 28. V, a, 9 sq. 41. *κθμαλτθ* pro *κθμθλτθ* IV, b, 35. *comoltu* VI, a, 17. 41. VII, a, 39. vel *πδεϝθβια* III, a, 12. pro *πδεϝαβια* III, a, 5. legitur, duo alia mihi notanda videntur: primum casus localis varietas, in qua *σπαντιμαδ* quidem et *ετδαμα σπαντι* II, 33. 34. cum *σπινιαμαδ, σπινιαμα, σπινια* V, a, 33. 36. 37. comparari possunt, sed pro *εσθνθμεν* II, 20. *εσθνθμε* IV, a, 14. *esonome* VI, a, 50. 52. scribitur; deinde adverbiorum in *κ* et *θντ* exeuntium copia. Praeter pronomen *is* Umbris quatuor fuerunt pronomina demonstrativa *enur, erur, esur, estur*, quorum primum ex adverbiis tantum agnoscitur, postremum contra nullis adverbiis originem dedit; sed pro his legitur *ϝστδα* IV, a, 42. *hondra* VI, b, 15. VII, a, 52. *ϝθντακ* II, 3. I, 32. Litera *κ* quidem addita est etiam pronomini *εσθκ* III, a, 1. pro *εσθ* III, a, 14. (*hoc*), *esoc* VI, a, 25. pro *eso* VI, a, 6.; sed *issoc* VII, b, 3. jam in adverbium transiit, ut *isec* VI, a, 25. *ισεκ* I, 4. et *ιτεκ* I, 31., quibus accedunt *ισθντ* II, 16. 17. V, a, 28. 36. *εσθφ* I, 15. V, a, 40. et *εσθκθ* I, 29. *Εσθμεκ* IV, a, 8. pro *esome* VI, a, 47. et *εσμικ* IV, b, 29. 32. ab *esme* sive *esmei* VI, b, 5. 18. a, 55. derivandum in prima secundaque tabulis non leguntur, pro *ενθκ* contra et *ενθμεκ*, quae in quarta tabula non raro pro *ενε* (*enem* VII, a, 44.), vel *ενθ* (*eno s. enno, enom s. ennom* in sexta septimaque tabulis) scripta sunt, *ινθκ* et *ινθμεκ*, etiam *ινθμκ*

I, 23. *ινενεκ* II, 20. *ινȣνεκ* s. *ινȣντεκ* I, 18. Sic *εϱεκ*, *erec*, quod III, a, 11. VII, b, 1. pro *εϱε ϱι* (*ea in re*) III, a, 4., ut *εϱεκ* III, a, 26. pro *erse* VI, b, 6. 8., scriptum est, in prima secundaque tabulis non legitur, sed *εϱεκ*, *εϱεϱεκ* II, 32. *εϱακ* II, 12. *εϱȣκ* II, 14., etiam *εϱȣκȣ* II, 31., ut *erucom* VI, a, 50., atque *εϱαϱȣντ* I, 1. *εϱεϱεϱȣντ* I, 5., ut *eront* VI, a, 24. *eriront* VI, a, 48. *erihont* VI, a, 50. *erafont* VI, a, 65. VII, a, 1. *εϱαϝȣντ* IV, a, 23. Qua ratione haec adverbia nata sint, discitur e *suront* et *sururont*, quae sexta septimaque tabulae pro *suror* et *sururo* exhibent. Ceterum etsi auctiores verborum formas amant seriores inscriptiones, flexiones tamen nominum in quarta tabula rarius abjiciuntur: quemadmodum enim *πεϱσκλȣμ* IV, b, 1. pro *persclo* VI, b, 1. vel *πεϱσκλȣμαϱ* II, 21., sic *Ϝαπεφεμ αϜιεκλȣφε* IV, a, 14. pro *vapefe avieclu* VI, a, 51. vel *Ϝαπεϱε κȣμνακλε* II, 7 sq. legitur.

Epimetrum.

Ut spatium, quod superest, vacuum in usum aliquem vertam, pauca, quae repetita impressorum lectione notavi, addere liceat. Inter typographi errata leviora quidem sunt vel spiritus omissus in graeca voce ἐπωδαὶ §. 27, v. 3., vel *positum* vocabulum pag. 23, v. 4. perperam cursivis literis exaratum, vel parentheseos signa pro uncinis posita in voce *IϑFι*[*π*] V, a, 10. pag. 18, v. 8.: neque enim *π* addendum est, ut *σ* in (*σ*)*ϑῤϑ* V, a, 9., sed in inscriptione ipsa perperam additum, ut *ε* in *IϑFιε* V, a, 6 et 8. Gravioris momenti sunt pag. 31. ad I, 7. *infectis* pro *insectis* carnibus, pag. 29, v. 2. *idem* pro *item*, pag. 32, v. 8. ad I, 26. Pomonae *Publicae* pro *Pubercae*: quod quidem, etsi nescio, an recte alias scriptum sit, hoc tamen pro certo affirmari potest, *Πϑπῤ*(*ι*)*ζες* nomen non esse a *πϑπλϑ* sive *populo* derivatum. In quibus auctor erraverit, videbunt alii: nonnulla tamen ipsi in dubium vocare liceat. Sic *ῤεFεστϑ* III, a, 7. 9. non tam a graeco verbo *ῤέζω* derivandum, quam cum praepositione *ῤε* compositum esse videtur, ut *ῤεστατϑ* V, a, 5. (*reponito*) et *ῤεστέφ* IV, a, 9. sive *reste* VI, a, 47. (*repositis*): legitur enim *vestis* VI, a, 6. 25. sive *vesteis* VI, b, 22. (*victimans*) participium, unde imperativus *ῤεFεστϑ* pro *ῤεFεστιτϑ*, ut *σεστϑ* V, b, 22. pro *sistito*, scribi potuit.

Porro neque *vapers*, ut §. 10 extr. dixi, neque *vapersus*, quod VI, b, 9. legitur, jam mihi substantivum nomen esse videtur pro *favore* sive *faventia* Latinorum, quae secundum Festum bonam ominationem significabat, sed adjective positum agnoscitur e *Fαπεῤε χϑμναχλε* (*favente auspicio*) II, 7., unde non magis differt *vapefe avie*(*h*)*clu* (*favente avium auspicio*) VI, b, 10. a, 51. sive *Fαπεφεμ αFιεχλϑφε* IV, a, 14., quam *χαπιῤ* IV, b, 19. pro *χαπιῤε* (*capide*) IV, b, 30. 33. a *capif* VI, a, 18. pro *capirse* VI, a, 24. 37., in plurali numero *χαπιῤϑς* I, 5. V, a, 33. Sed si *porsei nesimei vapersus aviehcleir est* VI, b, 9 sq. sine nominativo scribi potuit, quia *vapersus aviehcleir* in ablativo casu pluralis numeri est positum; etiam *πϑῤε τεῤτε εῤϑ* III, a, 7 sq. nominativo caret, atque *τεῤτε*(*ῤ*) *εῤϑ*(*ς*) pro ablativo accipiendum est, ut *τεῤτι*(*ς*) *εῤϑς* V, a, 28., nisi *πϑῤε τεῤτε* interpretandum putes, ut *πϑνε σεστε* (*postquam stiteris*) V, b, 22. *Εῤϑς* autem, sive cum *τεῤτϑ* I, 27 sq. h. e. *dirstu* VI, a, 16 sq. 38. 39. VII, a, 5., sive cum *τετϑ* V, b, 21. a, 9. h. e. *τιτϑ* IV, b, 34. *ditu* VI, a, 16. 25. VII, a, 38., sive cum *χϑFειτϑ* V, a, 37. 40. constructum sit,

pro ablativo pluralis numeri accipiendum esse, ut *βεϱθς* V, a, 23., e singulari *εϱι ετθ* V, a, 6. pro *εϱθς τετθ* V, b, 21. cognoscitur.

Μενξνε Κθϱζλασιθ V, a, 17., quum *mesene Flusare* in Sabina inscriptione pro *mense Florali* sive *μηνὸς Ἀνθεστηριῶνος* positum esse videatur, rectius fortasse *mense Junonio* quam *in mensa Curiali* sive *Quiritia* vertitur. Certe *Κθϱζλασιθ* nomen generis masculini esse atque a *Κθϱετιες* IV, a, 4. sive *Coredier* VI, a, 45. h. e. Curitis nomine cum simili terminatione, quae in *πλενασιεϱ θϱνασιεϱ* III, a, 2. et 14 sq. et *σεστενταsιαϱθ θϱνασιαϱθ* II, 2 sq. observatur, deductum videtur. Dicitur autem apud Macrobium S. I, 12. Junius mensis *Junonius* apud Latinos ante vocitatus esse, diuque apud Aricinos Praenestinosque hac appellatione in fastos relatus. Hinc Juno apud Ovidium F. VI, 59 sqq. dicit:

Inspice, quos habeat nemoralis Aricia fastos,
Et populus Laurens Lanuviumque meum:
Est illic mensis *Junonius*. Inspice Tibur
Et Praenestinae moenia sacra deae;
Junonale leges tempus.

Sed si *μενξνε Κθϱζλασιθ mense Junonio* significat, nescio an verba, quae sequuntur, *φαζια τιζιτ(ε) Ϝεντια φεϱτθ χατλθ* vertenda sint: *hostias dictas Hondias ferto*, scil. *catulum* cet.

Macrobius S. I, 12. quidem Bonae Deae sacra Majo mense celebrata refert, sed in multis Romani ipsi sibi non consentiunt: quam enim Majam alii putabant, eandem deam alii Junonis, alii Proserpinae potentiam habere, porcaque ei rem divinam fieri contenderunt. Quod nisi contrarium esset iis. quae de Hondae Joviae sacris leguntur, verba *μαλθ μαλετθ* V, a, 18. post *Fιvθ* quasi *melle mellito* ex eo interpretanda putarem, quod secundum Macrobium vinum in templum Bonae Deae non suo nomine solebat inferri, sed vas, in quo vinum inditum erat, mellarium et vinum lac nuncupabatur. Quanta cautione opus sit, ne fallamur locis apud Romanos scriptores similibus, ad Virgilii Aen. III, 279. versum provoco,

Lustramurque Jovi, votisque incendimus aras,

quo seductus verba *Fεκε πιϱ αsε αντεντθ* II, 21 sq. prius *cum voce ignem in ara incendito* vertenda putaram. In illo tamen Virgilius, quod in ludis Apollinis Actii celebrandis ad Jovem praecipue expiationem lustrationemque referat, cum Iguvinis tabulis consentit, ubi et in Pomonae sacris II, 22 sq. *IθFε Πατϱε πϱθμθ αμπεντθ*, et in Sancii piaculis V, b, 17. *IθFε Πατϱε πϱεπεσνιμθ* legitur.

RUDIMENTA
LINGUAE UMBRICAE

EX INSCRIPTIONIBUS ANTIQUIS ENODATA.

PARTICULA VIII.

RES TRACTATAS SUMMATIM REPETENS.

SCRIPSIT

Dr. G. F. GROTEFEND
LYCEI HANNOVERANI DIRECTOR.

Est quadam prodire tenus, si non datur ultra. *Horat.*

HANNOVERAE MDCCCXXXIX.
IN LIBRARIA AULICA HAHNII.

75

Praefatio.

Post tabulas Iguvinas omnes cum inscriptionibus minoribus explicatas res in singulis particulis tractatas summatim repetendas putavi, ut non solum appareret, quid ex enodatis Umbrici sermonis reliquiis in rerum antiquitatis notitia lucrati simus, verum etiam nonnulla eorum, quae in medium protuli, vel corrigerentur vel magis firmarentur. In Iguvinis quidem tabulis res sacrae praecipue continentur, sed ne illa sola repeterem, quae de his memorata sunt, de sermonis Umbrici indole plura addidi, quorum magnam partem ad finem hujus operis reservaram. Pertinet ad ea particulae hujus exordium, quo de Umbrorum nomine et origine, quae sentiam, dixi, ut nonnulla saltim de iis eloquerer, quibus innititur mea de veteris Italiae linguis ac populis sententia, in illa praefatione prolata, qua ante aliquot annos dissertatiunculam commendavi, quam Dr. Jacobus Henop, acerbo fato nimis mature nobis ereptus, de lingua Sabina scripserat. Etsi non spero, omnibus probatum iri, quae dixero, neque persuadere aliis studeo, ut eadem probent, quae mihi arriserunt; hoc tamen non impedit, quo minus sententiam meam aperiam, quam quidem, quum in hoc ipso opere passim mutaverim, quae minus bene antea perspexeram, si quis meliora proferat, non obstinate defendam. Ceterum hoc nemo infitias

ibit, inter multa, quae nonnisi hariolando exputari possunt, plurima sic a me esse illustrata, ut, quae in tabulis Iguvinis contineantur, satis appareat, eaque, quae Bethamus in Hibernia nuper exputasse sibi visus est, non minus pro mero ingenii lusu habenda sint, quam priora doctorum in Italia virorum interpretandi pericula, de quibus Dr. Kaempfius in suo Umbricorum specimine primo pag. 8., etsi de certiore quadam interpretatione male desperans, recte tamen judicavit, eos majori patriae caritate usos esse, quam veritatis amore aut certe sagacitate. Quamvis multa adhuc obscura sint, quae aliorum fortasse sagacitas aperiet, certius tamen jam perspicere possumus, qua propinquitate conjungantur singuli veteris Italiae populi.

Particula VIII.

Res tractatas summatim repetens.

1. Jam Cluverius recte pro certo affirmavit, unam eandemque fuisse gentem, qui variis appellarentur nominibus, *Ausones*, *Auruncos*, *Oscos*. Testes sunt Servius, qui ad Virg. A. VII, 727. annotavit, *Auruncos* Graece *Ausones* nominari, et Aristoteles, qui in Politicorum libro VII, 9. scripsit: *Ὦχουν δὲ τὸ μὲν πρὸς τὴν Τυρρηνίαν Ὀπικοὶ, καὶ πρότερον καὶ νῦν καλούμενοι τὴν ἐπωνυμίαν Αὔσονες.* Idem secundum Strabonem V, 4, 3. pag. 242. Antiochus Syracusanus affirmaverat, antiquissimus Italarum rerum auctor; at nemo fere vidit, ejusdem stirpis fuisse *Umbros* et *Aborigines*, quos Hesiodus in Theog. 1013. *Agrium* atque *Latinum* fratres dixit. Hoc tamen non solum Graecorum mythographi atque linguarum, quae exstant, reliquiae, sed ipsa testantur nomina. Quemadmodum enim *Aurunci* quasi *Ausonici* ab *Ausonibus* vocati sunt, sic *Ausones* quasi *Avrones* ab *Avriis*, quos Eoearum auctor secundum Apollodorum I, 6, 2. II, 5, 4. Giganti et Centauro, vel potius secundum Homerum Iliad. XIV, 117. Aetolo Oenei fratri cognomines fecit, Umbri vero ex linguae suae indole, qua vocales *a* et *o* inter se permutari solebant, *OFῥιας* quoque vel *OFῥιχας* appellare potuerunt, unde tam *Ὄμβροι* sive *Ὀμβρικοὶ*, quam *Ὀπικοὶ* sive *Ὄσκοι* (*Obsci* secundum Festum) nomen traxisse videntur. At *Aborigines*, quos secundum Livium I, 2. Aeneas cum Trojanis mixtos *Latinos* appellasse dicitur, neque ab *ὄρεσσι*, quod Graeci, neque ab *origine*, quod Romani, neque ab *errando*, quod secundum Dionysium Halicarnassensem nonnulli male existimarunt, sed quasi *Ἀβοριγενεῖς* sive *ab Abriis oriundi* nominati esse videntur. Unde Abriorum vel Avriorum nomen derivandum sit, non quidem liquet; sed Agrios eosdem potuisse vocari, *Averni* nomen ab Acherunte deductum docet. Umbros certe ab *ὄμβρῳ* appellatos esse, Plinius nobis non magis persuadet, quam recentioribus credimus, qui *Ὀπικοὺς* ab Ope interpretantur. Omnia illa nomina ejusdem potius fuisse originis, inde conjicere licet, quod populis quoque eandem originem dederunt Graecorum mythographi.

2. Secundum ea, quae Paulus Diaconus e Festo excerpsit, Ausoniam appellavit *Auson*, Ulixis et Calypsus filius, — a quo conditam Auruncam urbem etiam ferunt; at

pro ablativo pluralis numeri accipiendum esse, ut *βεϱες* V, a, 23., e singulari *εϱι ετε* V, a, 6. pro *εϱες τετε* V, b, 21. cognoscitur.

Μενξνε Κεϱζλασιε V, a, 17., quum *mesene Flusare* in Sabina inscriptione pro *mense Florali* sive *μηνὸς Ἀνθεστηριῶνος* positum esse videatur, rectius fortasse *mense Junonio* quam *in mensa Curiali* sive *Quiritia* vertitur. Certe *Κεϱζλασιε* nomen generis masculini esse atque a *Κεϱετιες* IV, a, 4. sive *Coredier* VI, a, 45. h. e. Curitis nomine cum simili terminatione, quae in *πλενασιεϱ ερνασιεϱ* III, a, 2. et 14 sq. et *σεστενταsιαϱε ερνασιαϱε* II, 2 sq. observatur, deductum videtur. Dicitur autem apud Macrobium S. I, 12. Junius mensis *Junonius* apud Latinos ante vocitatus esse, diuque apud Aricinos Praenestinosque hac appellatione in fastos relatus. Hinc Juno apud Ovidium F. VI, 59 sqq. dicit:

Inspice, quos habeat nemoralis Aricia fastos,
Et populus Laurens Lanuviumque meum:
Est illic mensis *Junonius*. Inspice Tibur
Et Praenestinae moenia sacra deae;
Junonale leges tempus.

Sed si *μενξνε Κεϱζλασιε mense Junonio* significat, nescio an verba, quae sequuntur, *φαζια τιζιτ(ε) Ϝεντια φεϱτε χατλε* vertenda sint: *hostias dictas Hondias ferto*, scil. *catulum* cet.

Macrobius S. I, 12. quidem Bonae Deae sacra Majo mense celebrata refert, sed in multis Romani ipsi sibi non consentiunt: quam enim Majam alii putabant, eandem deam alii Junonis, alii Proserpinae potentiam habere, porcaque ei rem divinam fieri contenderunt. Quod nisi contrarium esset iis. quae de Hondae Joviae sacris leguntur, verba *μαλε μαλετε* V, a, 18. post *Ϝινε* quasi *melle mellito* ex eo interpretanda putarem, quod secundum Macrobium vinum in templum Bonae Deae non suo nomine solebat inferri, sed vas, in quo vinum inditum erat, mellarium et vinum lac nuncupabatur. Quanta cautione opus sit, ne fallamur locis apud Romanos scriptores similibus, ad Virgilii Aen. III, 279. versum provoco,

Lustramurque Jovi, votisque incendimus aras,

quo seductus verba *Ϝαχε πιϱ ασε αντεντε* II, 21 sq. prius *cum voce ignem in ara incendito* vertenda putaram. In illo tamen Virgilius, quod in ludis Apollinis Actii celebrandis ad Jovem praecipue expiationem lustrationemque referat, cum Iguvinis tabulis consentit, ubi et in Pomonae sacris II, 22 sq. *IεϜε Πατϱε πϱεμε αμπεντε*, et in Sancii piaculis V, b, 17. *IεϜε Πατϱε πϱεπεσνιμε* legitur.

RUDIMENTA
LINGUAE UMBRICAE

EX INSCRIPTIONIBUS ANTIQUIS ENODATA.

PARTICULA VIII.

RES TRACTATAS SUMMATIM REPETENS.

SCRIPSIT

Dr. G. F. GROTEFEND
LYCEI HANNOVERANI DIRECTOR.

Est quadam prodire tenus, si non datur ultra. *Horat.*

HANNOVERAE MDCCCXXXIX.
IN LIBRARIA AULICA HAHNII.

75

ibit, inter multa, quae nonnisi hariolando exputari possunt, plurima sic a me esse illustrata, ut, quae in tabulis Iguvinis contineantur, satis appareat, eaque, quae Bethamus in Hibernia nuper exputasse sibi visus est, non minus pro mero ingenii lusu habenda sint, quam priora doctorum in Italia virorum interpretandi pericula, de quibus Dr. Kaempfius in suo Umbricorum specimine primo pag. 8., etsi de certiore quadam interpretatione male desperans, recte tamen judicavit, eos majori patriae caritate usos esse, quam veritatis amore aut certe sagacitate. Quamvis multa adhuc obscura sint, quae aliorum fortasse sagacitas aperiet, certius tamen jam perspicere possumus, qua propinquitate conjungantur singuli veteris Italiae populi.

Particula VIII.

Res tractatas summatim repetens.

1. Jam Cluverius recte pro certo affirmavit, unam eandemque fuisse gentem, qui variis appellarentur nominibus, *Ausones*, *Auruncos*, *Oscos*. Testes sunt Servius, qui ad Virg. A. VII, 727. annotavit, *Auruncos* Graece *Ausones* nominari, et Aristoteles, qui in Politicorum libro VII, 9. scripsit: Ἦχουν δὲ τὸ μὲν πρὸς τὴν Τυρρηνίαν Ὀπικοὶ, καὶ πρότερον καὶ νῦν καλούμενοι τὴν ἐπωνυμίαν Αὔσονες. Idem secundum Strabonem V, 4, 3. pag. 242. Antiochus Syracusanus affirmaverat, antiquissimus Italarum rerum auctor; at nemo fere vidit, ejusdem stirpis fuisse *Umbros* et *Aborigines*, quos Hesiodus in Theog. 1013. *Agrium* atque *Latinum* fratres dixit. Hoc tamen non solum Graecorum mythographi atque linguarum, quae exstant, reliquiae, sed ipsa testantur nomina. Quemadmodum enim *Aurunci* quasi *Ausonici* ab *Ausonibus* vocati sunt, sic *Ausones* quasi *Avrones* ab *Avriis*, quos Eoearum auctor secundum Apollodorum I, 6, 2. II, 5, 4. Giganti et Centauro, vel potius secundum Homerum Iliad. XIV, 117. Aetolo Oenei fratri cognomines fecit, Umbri vero ex linguae suae indole, qua vocales *a* et *o* inter se permutari solebant, *OFῥιας* quoque vel *OFῥικας* appellare potuerunt, unde tam Ὄμβροι sive Ὀμβρικοὶ, quam Ὀπικοὶ sive Ὄσκοι (*Obsci* secundum Festum) nomen traxisse videntur. At *Aborigines*, quos secundum Livium I, 2. Aeneas cum Trojanis mixtos *Latinos* appellasse dicitur, neque ab ὄρεσι, quod Graeci, neque ab *origine*, quod Romani, neque ab *errando*, quod secundum Dionysium Halicarnassensem nonnulli male existimarunt, sed quasi Ἀβοριγενεῖς sive *ab Abriis oriundi* nominati esse videntur. Unde Abriorum vel Avriorum nomen derivandum sit, non quidem liquet; sed Agrios eosdem potuisse vocari, *Averni* nomen ab Acherunte deductum docet. Umbros certe ab ὄμβρῳ appellatos esse, Plinius nobis non magis persuadet, quam recentioribus credimus, qui Ὀπικοὺς ab Ope interpretantur. Omnia illa nomina ejusdem potius fuisse originis, inde conjicere licet, quod populis quoque eandem originem dederunt Graecorum mythographi.

2. Secundum ea, quae Paulus Diaconus e Festo excerpsit, Ausoniam appellavit *Auson*, Ulixis et Calypsus filius, — a quo conditam Auruncam urbem etiam ferunt; at

Eustathius ad Dionys. Perieg. 78. annotavit, Ausonem, qui primus Romae regnasse dicatur, Ulixi natum esse ex Circe, cui Xenagoras historicus apud Dionysium Halic. I, 45. etiam *Romum*, *Antiam* et *Ardeam* filios dedit. Quodsi Scymnus Chius v. 227 sqq. scripsit:

Εἰσὶ δ' ἐπάνω μὲν τῶν Πελασγῶν Ὀμβρικοὶ,
Οὓς ᾤκισ' ὁ Κίρκης Ὀδυσσεῖ γενόμενος
Λατῖνος, Αὔσονές τε μεσόγειον τόπον
Ἔχοντες, Αὔρων οὓς συνοικίσαι δοκεῖ,
Ὀδυσσέως παῖς καὶ Καλυψοῦς γενόμενος.

quis est, qui non videat, Ausonem, Latini fratrem, esse Agrium Hesiodi, qui Theog. 1011 sqq. sic cecinit:

Κίρκη δ', Ἠελίου θυγάτηρ Ὑπεριονίδαο,
Γείνατ', Ὀδυσσῆος ταλασίφρονος ἐν φιλότητι,
Ἄγριον ἠδὲ Λατῖνον ἀμύμονά τε κρατερόν τε·
Οἳ δή τοι μάλα τῆλε, μυχῷ νησῶν ἱεράων,
Πᾶσιν Τυρσηνοῖσιν ἀγακλειτοῖσιν ἄνασσον.

Atque Laurentius Lydus in excerpt. ed. Roeth. 13. hos versus addens:

Κούρη δ' ἐν μεγάροισιν ἀγαυοῦ Λευκαλίωνος
Πανδώρη Διὶ πατρί, θεῶν σημάντορι πάντων,
Μιχθεῖσ', ἐν φιλότητι τέκε Γραικὸν μενεχάρμην.

quibus Graecum Agrio Latinoque conjunxit, Ausones pariter atque Latinos, etsi Italos *ὀπικίζειν τὸ βαρβαρίζειν* dixisse testatur (cf. Juvenal. III, 207. VI, 455. Plin. H. N. XXIX, 1, 7. Fullius Tiro apud Gell. XIII, 9.), cum Graecis, originis ratione habita, consociat: neque temere Livius I, 49. Octavium Mamilium Tusculanum, longe principem Latini nominis atque generum Tarquinii Superbi, ab Ulixe Circeque oriundum dixit.

3. Ipsa linguarum indoles huic opinioni consentit. Latinam linguam Aeolicae Graecorum dialecto simillimam fuisse jam Quintilianus Inst. or. I, 6, 31. agnovit; cum Latinis vero omnes fere populi Italiae vetustissimi linguarum affinitate junguntur. Ac ne quis putet, duorum elementorum, ex quibus Latinam linguam mixtam agnoverunt, barbaram nec Graecam Aboriginibus deberi, Umbrici sermonis indolem in memoriam revocemus, in quo tota fere nominum verborumque flexio, quatenus Umbris atque Latinis communis fuit, Graeca est, non Gallica. Gallicae contra originis fuerunt Siculi, quos Sicanos vocat Virgilius, ab Aboriginibus ex Umbria oriundis partim ex Latio ejecti, partim ipsis subjecti. Etsi enim Thucydides Sicanos, vetustissimos Siciliae incolas, Siculosque e Latio immigrantes neque nomine neque stirpe multum inter se differre nescit, Siculos tamen barbaros dixit, Sicanosque VI, 2, a Sicano Iberiae, h. e. Galliae secundum Scylacem Caryand., flumine (*Sequana*), per Ligures sive *Ligeris* superioris antiquitus accolas expulsos

scripsit. Ex linguae, quam Ausones per totam fere Italiam (cf. Strabo V, 3, 6. pag. 233) divulgaverant, similitudine cum Graeca factum est, ut multa locorum nomina, in quos Graeci nunquam immigraverunt, Graecae tamen, ac Laconicae praecipue vel Arcadicae, originis esse putarentur. Ipsos Sabinos, ex Umbris, quorum gens, Italiae antiquissima existimatur, emigrantes, multisque aliis populis mediae atque inferioris Italiae, ut Picenis et Samnitibus, unde Lucani rursus atque Bruttii egressi sunt, originem dantes, ex Laconia oriundos quidam memoriae tradiderunt: Romanos contra antiquissimos, sicut Cenetros atque Peucetios, Arcades finxerunt, quibus per Danaen vel Herculem aliosque Argivorum colonos in Latio Argivi admixti perhibentur. Has fabulas invenit quidem Graecorum sollertia, ansam vero praebuisse linguarum similitudinem, quam reliquiae earum, quae adhuc exstant, testantur, ex eo cognoscitur, quod Tuscos Raetis similes e Lydia, Venetosque superioris Italiae e Paphlagonia potius, quam ex Graecia, immigrasse fixerunt. Sed similitudo, quae antiquitus fuit, temporum decursu per varios cultus aliorumque populorum commercia magis magisque exstincta est.

4. Umbros serius cum Gallis adeo mixtos scimus, ut secundum Solinum c. 2 (8) Gallorum veterem propaginem nonnulli eos putarint; sed eosdem cum Tuscis finitimis varie permixtos novimus. Hujuscemodi mixturam ipso *umbrorum* nomine vel *hybridarum* sive *ibridarum*, quos et *ibros* sive *imbros* dixerunt, appellatam legimus. Plinius H. N. VIII, 49. s. 75. enim musmones a priscis *umbros* vocatos scripsit, idemque H. N. VIII, 52. s. 79. cum Martiali VIII, 22. et Isidoro Orig. XII, 1. natos ex sue cum apro cita semiferos proprie *hybridas* appellatos dixit, quia in nullo genere aeque facilis mixtura esset cum fero: unde Eugenius Toletanus in carmine XXII. de ambigenis cecinit:

Musmonem capra e verveno semine gignit,
Apris atque sue setosus nascitur *ibris*.

Aprum autem Umbri *abrom* dixerunt: itaque quum *Picentes* a pico Martio, ut *Hirpinos* inter Samnites a lupo, qui *hirpus* dicebatur, nomen accepisse noverimus, quia illi olim per veris sacri consuetudinem picum, hi lupum ducem secuti e Sabinis emigraraut, quidni Umbros antiquitus *Abrios* vocatos putemus, quia in Italiam immigrantes aprum ducem elegerant: aprum certe Camertes in Umbria in nummis suis expresserunt, quemadmodum, si non Dolates, Arimineuses saltim Ulyssis caput. Umber aper notus est e Statio II, 4, 4. IV, 6, 10., ut porcus Umber e Catullo XXXIX, 11., quocum comparanda est conjux Umbri rubicunda mariti apud Ovidium A. A. III, 303. Quicquid id est, *Abriorum* nomen antiquissimum mihi videtur pro seriore *Umbrorum*, unde et *Agrii* cum *Aboriginibus* et *Aurunci* cum *Ausonibus* et *Oscis* nomen acceperunt. Horum linguam autem antiquitas Graecae simillimam fuisse, ex eo colligere licet, quod serior etiam Umbricus sermo in nonnullis Graeco propior reperiatur, quam Latinus, adeo ut ipsa ea vocabula, quae Romanis aeque

atque Umbris cum Graecis communia fuerunt, antiquitus usitata, neque serius in usum recepta putanda sint.

5. Sunt autem prisci Graeci, quorum consanguineos Umbros puto, ab Hellenibus serioris aetatis, in quos illorum nomen per Romanos demum transiit, bene distinguendi: quemadmodum enim Umbricus sermo per varios casus sic immutatus est, ut plures inde nascerentur dialecti magis magisque diversae, prisca Graecorum in Epiro lingua per populos Helladis tam varie exculta est, ut non mirandum sit, quod tandem Graecis barbarae viderentur linguae, quae antiquitus non magis differebant, quam ipsa Romana. Etiam Titinnius apud Festum auctores Atellanarum fabularum, per quas secundum Strabonem V, 3, 6. pag. 233. diu Romae viguit Oscorum lingua, postquam in ipsa Campania interierat, hoc versu derisit:

Obsce et *Volsce* fabulantur: nam *Latine* nesciunt.

Verumtamen illis linguis, ut Martiani Capellae verbis utar, tam conjunctam cognationem cum Latina dedit natura, ut non minus facile intelligerentur, quam Umbrica, si plura nobis de prisco Latinorum sermone innotuissent, quam quae Festus ex Verrio Flacco, Nonius Marcellus, aliique commentatores atque grammatici veteres reliquerunt. Nam mirum est, in quantum ipsa Latina lingua paullatim immutata sit. Jam Polybius III, 22, 3., primum foedus inter Romanos et Carthaginienses statim post reges exactos ictum interpretans, de veteris linguae Latinae discrepantia queritur, quae tanta fuerit, ut vel peritissimi nonnulla aegre, ubi minus attenderint, explanare quiverint: atque quemadmodum Horatius Epist. II, 1, 86 sq. illum deridet, qui Saliare Numae carmen, quod secum ignoret, solus velit scire videri, sic apud Macrobium S. I, 5. Avienus, congerie quadam priscorum verborum a Servio facta: »Curius, inquit, et Fabricius et Coruncanius, antiquissimi viri, »vel etiam his antiquiores Horatii illi trigemini, plane ac dilucide cum suis fabulati sunt; »neque Auruncorum aut Sicanorum aut Pelasgorum, qui primi coluisse in Italia dicuntur, »sed aetatis suae verbis utebantur: tu autem perinde quasi cum matre Evandri loquare, »vis nobis verba multis jam seculis obliterata revocare.« Hinc Paulus Diac. e Feste excerpsit: »*Latine* loqui a Latio dictum est: quae locutio adeo est versa, ut vix ulla ejus »pars maneat in notitiam.«

6. Quodsi Umbricus sermo similes fere immutationes expertus est, quid mirum, quod a Latino, quem nos etiamnum novimus, adeo discrepet, ut vel summa sagacitate interdum exputari nequeat verborum sensus, praesertim quum Iguvinae inscriptiones ad res sacras pertineant, quae propter amissos omnes Romanorum libros rituales valde obscurae sunt, neque ex ecclesiasticis scriptoribus, qui gentium religiones meminerunt, Tertulliano, Arnobio, Lactantio, Augustino et Hieronymo, satis lucis accipiunt: in quibus interpretandis praeterea, ut Symmachi Epist. III, 44. verbis utar, necesse est, ut in verba prisca

redeamus; quibus et Salii cecinerunt et augures avem consuluerunt, et ad quae explicanda nihil aliud fere auxilii habemus, nisi quantum Priscus Cato, Plautus Umber et Varro Reatinus praebent. Umbrici vero sermonis indolem diversis locis pariter atque temporibus diversam fuisse, ea docent, quae in fine septimae hujus operis particulae monui. Ne tamen omnia varie pronuntiata putemus, quae varie scripta sunt, de scriptura Umbrorum primum pauca repetenda videntur. Quod inscriptiones Iguvinorum partim Tuscis, partim Latinis literis scriptas videmus, hoc non diversis modo temporibus, sed diversis quoque locis eodem tempore factum esse, numi, qui adhuc exstant, testantur. Sic tertia Iguvina tabula eodem tempore locoque et Tuscis et Latinis literis exarata videtur: quippe eadem prorsus est sermonis indoles, in literarum usu solummodo diversa, quia neque Tusca neque Latina literatura satis apta erat Umbrorum pronuntiationi. Tuscis Umbri in eo fuerunt dissimiles, quod cum Romanis aspiratas literas praeter *h* et *f* fugiebant, medias contra distinguebant a tenuibus. Romanis quidem in pronuntiandis, ut in flectendis atque construendis, vocabulis simillimi fuerunt, sed sibilantes sonos adeo amarunt, ut Tuscarum quoque literarum usus iis non sufficeret. In utraque igitur scriptura literae quaedam non necessariae negligi solebant, additis aliis, quae Umbris propriae dicendae sunt: et Tuscis quidem literis praeter β duae sibilantes additae sunt, quarum altera cum litera *r*, altera cum leni *d* quodammodo pronuntiabatur.

7. Figuras harum sibilantium e litera B sic formarunt, ut vel superiorem vel inferiorem curvaturam omitterent, et quum Tuscas literas sinistrorsum pingerent, litera ⅂ pro *rs*, litera d pro *ds* sive z uterentur, quarum illa per Latinas literas *rs*, haec per `*s* cum accentu apposito reddi solebat. Rejiciebantur contra e Tuscis literis aspiratae ϑ et χ, quarum illa bis tantum in Iguvinis tabulis pro τ usurpata legitur, in $\varphi\varepsilon\dot{\varrho}\varphi\alpha\vartheta$ IV, a, 1. pro *furfant* VI, a, 43. et in $\pi\varepsilon\dot{\varrho}\text{-}\tau\varepsilon F\iota\vartheta\varepsilon$ I, 20. pro $\pi\varepsilon\dot{\varrho}\tau\varepsilon F\iota\tau\varepsilon$ I, 18. Litera φ pro *f* in usum venit, etsi Romani utramque literam tam diverse pronuntiabant, ut Graecam φ per literas *ph* reddendam putarent. E Latinis literis Umbri *x* rejecerunt, qua Quintilianus Romanis quoque in nullis verbis utendum censebat Inst. or. I, 7, 10.: *q* contra non solum in *Piquier* III, b, 9. 14. et *pequo* VI, b, 32 cet., sed etiam in *peiqu* VI, b, 1. pro *c* scripta legitur, ut *x* in *fratrexs* VII, b, 1. pro $\varphi\dot{\varrho}\alpha\tau\dot{\varrho}\varepsilon\times\varsigma$ III, a, 33. Literas *y* et *z* in Iguvinis tabulis non inveniri, non mirandum est, quia Latinarum quoque literarum eo tempore, quo exarabantur tabulae, ultima *x* erat secundum Quintilianum Inst. or. I, 4. 9., Umbrisque pariter atque Romanis (Quint. Inst. or. XII, 10, 27.) vocalis *y* defuisse videtur. Sed neque in Tuscis, neque in Latinis literis tot additae sunt literae, quot necessariae erant: imo in Tuscis literis β, in Latinis `*s* multo rarius usurpata reperitur, quam necesse fuit. In Tuscis literis nullum discrimen factum est inter *o* et *u* vocales, interque medias *b*, *g*, *d*, et tenues *p*, *c*, *t*, consonantes; in Latinis contra *j* et *v* consonantes non distinctae sunt a vocalibus *i* et *u*, post quas eam ob causam plerumque

omissae sunt consonantes Tuscis literis scriptae. E sibilantibus quidem Tusca ϕ per *rs*, ut ζ saepissime per *s*, est reddita, sed ξ nunquam distincta a simplici *s*: unde Lepsius hanc literam, quae mihi cum leni aspiratione, ut *j* Franco-Gallorum, pronuntiata esse videtur, pro simplici *s*, licet lenius pronuntiata, accipiendam putavit. Etsi difficile est de pronuntiatione eorum judicare, quos nemo loquentes audivit, hoc tamen in dubium vocari nequit, ex sola literarum inopia, neque propter mutatam temporibus pronuntiandi rationem factum esse, ut in Tuscis literis *e* etiam pro *o*, tenues *π*, *κ*, *τ*, etiam pro mediis *β*, *γ*, *d*, in Latinis *s* etiam pro ξ et ζ, atque vocales *i* et *u* etiam pro consonantibus *j* et *v*, ut *ι* quoque in Tuscis literis, scriberentur.

8. Illud quoque certum est, quanquam ulteriores Umbros nunquam Tuscis literis usos numi testantur, Iguvinos saltim prius Tuscas, quam Latinas literas in usum recepisse, e quibus etiam serius fortasse Tuscam literaturam literis *β*, ϕ et ζ, auxerunt. Latinas literas autem Iguvini tum receperunt, quum Romanis jam *g* inventa, *k* neglecta, *x* vero ante *s*, ut *q* ante *u*, prò *c* scribi solita, atque vocalis *u* ab *o* distingui coepta esset. Nonnisi semel *touer* VI, a, 30. pro *tuer*, ut *tuua* VI, b, 42. pro *tua*, scriptum legitur, atque semel *seritus* VII, a, 15. pro *seritu* eadem licentia exaratum est, qua *Iiovie* VI, a, 35. pro *Jovie*: unde incertum esset, utrum *subocavv* in septima tabula pro *subocav*, an pro *subocavu* scriptum esset, nisi *salvvom* quoque et *salvva* VI, b, 41. 42. pro *salvom* et *salva* legeretur. Tuscis literis *τϕιια* I, 12. *trija* legendum esse, *τεFα* II, 32. 34. docet: hinc, si a *σιιναμαϕ* V, a, 33. mendose pro *σπινιαμαϕ* exarato discesseris, e duabus *ιι* altera semper vocalis est, altera consonans. Quia *j* consonans neque Tuscis, neque Latinis a vocali *i* distinguebatur, incerta saepe esset vera pronuntiatio, nisi variaret interdum scribendi ratio. Sic *Iovinam* non tribus, sed quatuor syllabis esse pronuntiandam, ex eo cognoscitur, quod alias eam urbem *Ijovinam* et *IκεFιναμ* scriptam legamus; *IκεFιναμ* vero Romanos recte *Iguvinam*, non *Icuvinam* scripsisse, inde intelligitur, quod idem nomen in genitivo casu *IεεFινας* IV, a, 2. et 5. exaratum sit. Interdum tamen conjectura sola assequimur, quomodo pronuntiandum sit: in nominibus quidem *Κεϕειατε*, *Μεσιατε*, *Ιειεσκανε* V, b, 3. 5. *ι* pro consonante esse accipiendam, Latinae docent inscriptiones, in quibus *Musejate* scriptum legimus; sed quis pro certo affirmari ausit, *Πειεϕιατε* V, b, 4. *Pejersiate*, non *Peiersiate*, esse pronuntiandum? quum vocalis *i* quoque, sive correpta esset, sive producta, et Tuscis et Latinis literis modo *ei*, modo *e* scriberetur. Quemadmodum enim antiqui Romani (Quint. Inst. or. I, 4, 17. I, 7, 15 sqq.) *Vejove* pro *Vejovi*, *furei* pro *furi*, sic Umbri *IεFε* V, b, 7. 17. 22. pro *IεFι* V, a, 10. et *Juve Grabovei* VI, b, 22. pro *IεFε ΚϕαπεFι* IV, b, 3. scripserunt.

9. Quam maxime incerta videtur vocalium *ie* in fine nominum pronuntiatio: etiamsi enim *Poimunies* nomen in Sabinorum inscriptione diversam statuamus a *Πεμμανε*

in prima secundaque tabulis, *IεFιε* tamen V, a, 6 et 8. post *IεFε Πατρε* V, a, 5. legitur, ut incertum sit, utrum *Jovia* ibi a *Jove* distinguenda, an *IεFιε*, ut *IεFιπ* V, a, 10. perperam pro *IεFι* exaratum sit. At, si ab his locis discesseris, *ie* ubique, etiamsi interdum in solum *i* transeat, ut in dativo *arsir* VI, b, 6. 7. pro genitivo *arsier* VI, b, 24. a, 27., atque Tuscis quoque literis *ιε*, non *ιιε*, scribatur, duabus syllabis pronuntiandum esse, facile potest evinci. Si enim in precibus VI, b, 23 sqq. modo *D(e)i Grabovie*, modo *Dei Grabovi* sive *Grabove* scriptum est, similium precum comparatione discimus, *Grabovi* sive *Grabove* a *Grabovie* casu differre, ut *Fisovi San'si* VI, a, 6 sqq. a *Fisovie San'sie* et *Tefro Jovi* VI, a, 25. a *Tefre Jovie*, atque pro dativo *ocre Fisie* VI, b, 40. propterea *ocre Fisi* sive *Fisei* VI, b, 23. 33. scribi, quod Umbri finales literas abjicere solebant. Sic IV, b, 21 sq. *Fεφιενε Κρεπεδι* pro *Vofione Grabovie*, ut IV, b, 29. *Τεφρι IεFι* sive *Tefrei Jovi* VI, a, 22. pro *Τεφρε IεFιε* IV, b, 25., legitur: praecipue vero conjunctiones varie scribuntur, ut *heri* sive *hερι(ς)* VI, b, 57. IV, b, 4. pro *herie* VI, a, 19. 20. sive *heriei* VII, a, 3. *hεριιει* V, a, 16. *Ei* contra semper fere diphthongus est, ut in conjunctionibus *poei*, *poi*, *poe* VI, b, 1. 5. a, 50. pro *pue* sive *πεε* VI, a, 55. IV, a, 18.; *pusei*, *pusi*, *puse* VII, b, 3. a, 7. 43. pro *πεξε* IV, a, 34.; *porsei*, *porsi*, *porse* VI, b, 15. 19. a, 40. pro *περε* V, a, 26.; *persei mersei*, *persi mersi* sive *pirsi mirsi* VI, b, 28. 38. 48. pro *perse mers est* VI, a, 31. Praeter *ei* diphthongum vero nullam aliam agnoscere licet, nisi *ai* in *πεδναιες*, *πεσναες* IV, b, 2. coll. a, 10 sq., *portaia* VII, b, 1. pro *portatu* VII, a, 55. sive *πεδτατε* IV, a, 18. et *etaia(n)s* VI, a, 64. 65. pro *etato* VI, a, 63. sive *εταντε* III, b, 6. *Persaia* tamen VII, a, 7. sive *πεδαια* IV, a, 28., ut *persaea* VII, a, 54., quatuor syllabis pronuntiandum esse, ut *hoier* VI, b, 14. tribus, ex abbreviatione *persae* VI, b, 58. sive *πεδαε* V, a, 13. pro *πεδαεμ* V, a, 11. colligere licet. Quemadmodum supra duplices *i* et *u* pro simplici litera scriptas reperimus, sic etiam o in *ooserclome* VI, b, 12. et *e* in *feetu* VII, a, 41., *eest* et *meerstă* VI, b, 2. 17. geminatae sunt; *ααν φεhταφ* vero V, a, 33 sq. nescio an pro *αhαν-φεhταφ* scriptum sit. E consonantibus nonnisi *ν* geminata est in *enno(m)* VII, a, 38. 39. atque *ponne* VII, b, 2., *s* in *essu* VI, b, 43. atque *v* in *avvei* VI, b, 4., ut *p* in *appei* VII, b, 3. At *εδεδεκ* II, 32. pro *εδεκ* III, a, 11. et *εδεδεδεντ* I, 5. pro *εδαδεντ* I, 1. sive *eriront* VI, a, 48. scriptum est, ut *ινενεκ* II, 20. sive *ινενεκ* I, 18. pro *ινεκ* I, 13. 14.

10. Additas alibi literas, ut in *αδεFια* II, 31. pro *αδFια*, in *IκεFινπα* IV, b, 32 sq. pro *IκεFινα*, in *Πετδενιαπεδτ* V, a, 35. pro *Πετδενιαπεδ*, et in *perstico* VI, a, 25. pro *persico*, non sine menda puto, quemadmodum aliae literae interdum perperam omissae sunt, ut in *ινεμκ* I, 23. pro *ινεμεκ*, *Πεπδζες* I, 26. pro *Πεπδιζες* et *εδες πενες* I, 33., si recte emendatur *εδτες πεντες*; at in ejiciendis literis summa observatur licentia. Est autem scribendi ratio temporum decursu sic mutata, ut non solum, quas olim ejicere solebant literas, suppletas, sed longas etiam vocales per aspirationem pronuntiatas videamus.

Hae duae res sunt, quibus prae aliis extremam quintae tabulae inscriptionem de sacris Hondiis serius quam antecedentia exaratam agnoscimus. Sic V, a, 30. *Fεvπεῤσαντῤα* (sic enim pro *εεvπεῤσαντῤα* emendandum est) pro *Fεπεσαντῤα* V, b, 15. 18., ut *Fεμπεσαντῤες* I, 7., et *πεῤσαντῤε* I, 17. 19. 21. pro *πεῤσαντῤε* V, b, 13. sive *πεσαντῤε* V, a, 8., vel *persontru* sive *persondru* VI, a, 28. 31. 35. pro *πεσαντῤε* sive *πεσαντῤεμ* IV, b, 28. 31., scriptum legimus. Quod vero ad aspirationem attinet, hanc duabus e causis additam puto: aut enim literae gutturalis locum obtinet, ut in *ϝαϝτε* V, a, 22. pro Graeco *ἄγιζε*, in *φῤεϝτεφ* V, a, 26. pro *frictis* sive *frixis* et *ααvφεϝταφ* V, a, 33 sq. pro *circumfixis*, quaterfus *ῤεϝτε* III, a, 24. 29. pro *recte*, *φῤεϝτε* I, 31. pro *fricto*, et *φιχτε* IV, b, 29. 32. pro *facito* scriptum est; aut vocalem productam significat, ut in *στῤεϝζλα(ς)* V, a, 18. 28. 41. pro *strusla* VII, a, 42., *μαντῤαϝκλε* V, a, 19. pro *μαντῤακλε* V, b, 16. sive *mandraclo* VI, a, 4. et *αμπαῤιϝμε* V, a, 42. pro *αμπαῤιτε* II, 14. sive *α(μ)πῤε(ϝ)τε* IV, a, 20. 21. Hanc aspirationem in sexta septimaque tabulis etiam per duas syllabas pronuntiatam invenimus, ut *ahatripursatu* VII, a, 23. 36. pro *atripursatu* VI, a, 16. sive *atropusatu* VI, a, 36. et *persnihimu*, pl. *persnihimumo* VII, a, 45. 47. pro *persnimu* vel *persnimumo*, pro quo bis modo *pesnimu* VI, a, 9. 23. vel *pesnimumo* VI, a, 65. VII, a, 1., ut e contrario in quarta tabula bis modo IV, a, 7. 21. *πεῤσνιμε* pro *πεσνιμε*, in prima vero bis I, 8, 10. *πεῤσνιμε* pro *πεῤσνιϝμε* I, 17. 23. 29. scriptum est. In extrema quintae tabulae parte V, a, 24 sq. 31. 38. *αϝτῤεπεῤατε* pro *ατῤεπεῤατε* V, b, 18 et *πεῤσνιϝμε* V, a, 27 sqq. pro *πεσνιμε* V, b, 17 sqq. a, 7. 10. legitur; in sexta vero septimaque tabulis *sehemu* VI, a, 36. pro *semu* VI, a, 16., et *spahamu* VII, a, 39. pro *spahmu* VI, a, 17., ut *Sehemeniar* VII, a, 53. pro *Σεϝμενιαῤ* IV, a, 42. sive *Σεμενιες* V, b, 1. et *sihitir* pro *sitir* VII, a, 13. 14. vel *ehetur* VI, a, 55. pro *etur* VI, a, 53.

11. In initio vocabulorum aspiratio neque addi, neque abjici solet, si ab *her(e)itu* VI, b, 37. 47. pro *eritu* VI, b, 27. sive *εῤετε* V, a, 4. atque ab *anostatu* vel *anostatir* VII, a, 48. VI, a, 62. pro *anhostatu* vel *anhostatir* VI, a, 60. VII, a, 50. discesseris: in fine nunquam ponitur, nisi in composita cum verbo praepositione *αϝ* pro *αϝα*. Praeterea *λ* nunquam in initio, *ζ* et *ξ*, ut consonantes mediae, nunquam in fine vocabulorum leguntur; *ῤ* contra non solum in prima secundaque tabulis, sed in extrema quoque quintae tabulae parte casui locali additur, ut *σιιναμαῤ* sive potius *σπινιαμαῤ* V, a, 33. pro *σπιν(ι)α(μα)* V, a, 36. 37. 38., *σπαντιμαῤ* II, 33. pro *σπαντι*, II, 34. et *ασαμαῤ*, *εῤεζλαμαῤ* I, 6. pro *ασα(μα)* et *εῤεζλε(μα)* I, 16. 13. 10. Aliae literae, ut si *vapefe avieclu* VI, a, 51. pro *Fαπεφεμ αFιεκλεφε* IV, a, 14. scriptum est, abjectae saepius quam additae sunt. *P* semel tantum ejicitur in *αFειτε* I, 1. pro *αῤFειτε* II, 34., sed *ῤ* ante *σ* tam saepe ejicitur, quam *ν* ante omnes sibilantes et dentales ac gutturales vel *μ* ante labiales. *S* in fine vocabulorum quam saepissime abjecta, nonnunquam tamen sine necessitate addita

videtur, ut in *Ϝερις* pro *Ϝερι* IV, b, 4.; praecipue vero notanda est literae *s* finalis in *r* mutatio, qua antiquiores quintae quartaeque tabularum inscriptiones ab reliquis distinguuntur. In his tabulis *s* finalis abjicitur quidem, sed non in *r* mutatur, quemadmodum V, a, 40. *πεσμε Ϝερτερ* pro genitivo *πεστερμες Ϝερτες* scriptum videtur, vel II, 5. *Φρατερ* pro *Φρατρες*, sicut II, 1. *Ϝερτερ* pro *Ϝερτες*, legitur; *σ* contra pro *ρ* usurpata invenitur in *αρ(ε)πες* pro *αρεπερ* IV, a, 30. sive *αριπερ* IV, b, 28. In Volsca inscriptione nulla *s* in *r* mutata reperitur, in Lerpirii contra inscriptione *sirtir* etiam pro *sisti(n)s* scriptum videtur: si enim in Volsca inscriptione *asif*, ut in Iguvinis tabulis *ανζιφ* V, a, 25., pro *aris*, et *ruseme* VII, a, 8. 9. 23. pro Latino *ruri*, legitur, sibilantem Romani, non Volsci vel Umbri, in *r* mutarunt.

12. Romani, apud quos secundum Pomponium in Digest. I, 2, 2. App. Claudius Caecus *r* literam invenit, ut *Valerii* pro Valesiis et *Furii* pro Furiis essent, tam in medio, quam in fine nominum *r* scripserunt, ubi prius *s* in usu fuerat, quemadmodum *lases* in carmine Fratrum Arvalium pro *lares*, apud Quintilianum Inst. or. I, 4, 13. pro *laser* scriptum legitur, atque apud Festum et Varronem L. L. VII, 3, 26 sq. *melios* pro *melior* vel *meliosibus* pro *melioribus*. At apud Umbros, apud quos ne *s* finalis quidem in *r* mutata est, ubi praepositiones *co* et *per* casibus suis postponebantur, *puri* III, b, 10. 15. non magis pro *pusi* usurpatum puto, quam *περε* III, b, 4. pro *περε*. Apud Romanos *eram* et *essem* in eodem verbo dicebatur, apud Umbros contra *erom* et *esom* diversa fuerunt pronomina. In hac enim re inter Umbros et Romanos nullam intercedere similitudinem, inde jam cognoscitur, quod Romanis in tertia declinatione *arbor* pro *arbos*, Umbris contra in secunda primaque *Claverniur* pro *Clavernius* et *Sehmenier* pro *Σεμενιες* diceretur. Si VI, a, 49 sq. *pir*, at VI, a, 53. *pis*, ut in Cortonensi et Volsca inscriptione, exaratum est, non *s* et *r* literae inter se permutatae sunt, sed proprie *pirs* sive *pers* scribendum fuit, pro quo *pars* quoque VII, b, 2. legitur. Quemadmodum ab imperativo *περσετω* V, a, 32. tam *pepercust* VI, a, 5. quam *pepescus* VII, a, 8. cum nomine *pesclu* vel *pescler* VI, a, 15. 30. pro *persclu* vel *perscler* VI, a, 36. b, 37. derivari potuerunt; sic genitivus *pisher* VI, a, 41. et ablativus *persi* VI, a, 24. 37. sive *περι* IV, b, 30. 33. ab uno eodemque nomine deduci posse videntur. *Ϝ* quidem tam in *s*, ut *καπιρ* IV, b, 19. in *capis*, quam in *r*, ut *Ϝαπερ*, II, 7. sive *vapers* VI, b, 9. vel *Ϝεπερ* III, a, 11. in *favor*, transire potuit; sed *pir* pro *pis* sic dictum videtur, ut *dur* VII, a, 46. pro *τεφ* IV, a, 41. Nam pro *τερες* IV, a, 20. proprie *τερεφ* scribendum fuit, ut *καπιρεφ* pro *καπιρε* IV, b, 30. vel *capi(f)* VII, a, 39. IV, a, 28.; atque *Ϝαπεφεμ* IV, a, 14. sive *vapefe* VI, a, 51. pro *Ϝαπερε* II, 7. scriptum est, ut *νεμεμ* IV, a, 17. vel *nome* VI, a, 58. pro *nomneme*.

13. Si *s* cum *c* permutatur, ut in *pase* (*pace*) cum *pacer* VI, b, 30. vel *paca* VI, b, 20. et in *cornase* (*cornice*) cum *cornaco* VI, b, 1. 2. comparatis, literae *ζ* locum obtinet,

ut in *proseseto* vel *prosesetir* VI, b, 56. pro *πρȣσεκτȣ* V, a, 28. vel *πρȣσεζετε(ς)* V, a, 12.: unde *ceritu* VI, b, 31. pro *seritu* (*ἐρύου, servato*) perperam scriptum est. Propter mollem vero pronuntiationem, qua *abrof* pro *απρȣφ* (*apris*), *adro* pro *ατρȣ* (*atro*), *ivenga* pro *ιFεκα* (*juvenca*) dicebatur, atque urbs *IκȣFινα* non *Iguvina* solum, sed *IιȣFινα* quoque vel *Iovina* vocabatur, non modo *vestisia* sive *vestisa* pro *Fεστιζια* sive *Fεστιζα*, a *vest(e)is, vesticos, vesticatu*, deducta, scriptum est, vel *combifian'siust* sive *combifiansust* a *κȣμπιφιατȣ* IV, a, 14. derivatum; verum etiam *πȣρτι(τ)ιȣς* IV, b, 31. 34. pro *πȣρτινζȣς* IV, a, 33. *purdinsus(t)* VI, a, 23. 24. sive *purdinsiust* VII, a, 43., ut *ΦιιȣFι* IV, b, 18. pro *Fisovi*, exaratum. In initio vocabulorum tam mollis fuit Umbrorum pronuntiatio, ut non solum *ahavendu* VII, a, 27. pro *απεντȣ* II, 23. (*ἀμφιπένου*), sed etiam *μενες* IV, a, 15. pro *benust* VI, a, 53. sive *ανπενες* V, b, 27. scriptum legatur. In fine contra adeo dura fuit pronuntiatio, ut etiam *κȣτεπ* IV, a, 3. pro *κȣτεφ* IV, a, 7. et *Fιτλȣπ τȣρȣπ* IV, a. pro *Fιτλȣφ τȣρȣφ* IV, a, 1. exaratum sit. Omnino in labialium pronuntiatione Umbri a Romanis adeo differebant, ut *vapersus* VI, b, 9. sive *Fεπȣρȣς* III, a, 11. pro *favoribus*, *Fαπȣτȣ* V, b, 10. 17. pro *Fausto*, *Fȣφιȣνε* IV, b, 21. sive *Vofione* VI, a, 19. pro *Fabiano* vel *Fauno*, *Fȣζιιαπερ νατινε* V, b, 26. pro *Fusia* sive *Furia* gente, *Fερες* IV, b, 2. pro *feriis*, *FατȣFα* IV, b, 4. pro *fatua*, ut *Fȣκȣ* II, 21. pro *foco*, *φελιȣφ* contra IV, b, 15. sive *filiu* VI, a, 3. pro *verribus*, ut *κȣμιαφ* IV, b, 7. sive *comia* VI, b, 58. pro *scrofis* (*γρομφάσι*), atque *φεφȣρε(ς)* V, a, 4. pro *februis*, ut *verfale* VI, b, 8. pro *verbale*, *αλφȣ* IV, a, 29. pro *albo*, *βερFα* V, a, 26. 33. pro *verua* et *βερȣς* V, a, 23. 35. pro *verubus*, dictum esse non dubitem. Huc accedit literarum diversis organis pronuntiatarum permutatio: quemadmodum enim Volsce *sepis*, Umbrice *σFεπις*, Osce *svaepis*, pro *siquis* (*εἴ τις*), sic *Ϝαπιναφ* sive *Ϝαβινα* IV, b, 25. 28. pro *agnabus* (*ἀμνάσι*) dicebatur: unde nescio an etiam *Μαρτε Κραπȣ Fι* IV, b, 11. sive *Marte Grabovei* VI, a, 1. pro *Marti Gradivo* (*Κρατείῳ*) scriptum sit.

11. E vocalibus praecipue *a* et *o* inter se permutabantur, ut pro *τεσενακες* IV, b, 11. 15. in sexta tabula *tesenocir* vel *tesonocir* VI, b, 20. VII, a, 38., pro *Πρεστατε* IV, a, 27. *Prestote*, pro *κȣμȣλτȣ* IV, b, 35. sive *comoltu* VI, a, 41. (*cumulato*) in quinta tabula *κȣμαλτȣ* scriptum est. Etsi autem in prima tabula tam *ερεζλαμαρ* I, 6. quam *ερεζλȣμα* I, 10. legitur, in quo flexionum varietatem agnosco, ut si in quarta tabula modo *αρFια* IV, b, 9. modo *αρFιȣ* IV, b, 12., atque in sexta tabula modo *vatue* VI, a, 45. modo *vatuo* VI, a, 43. pro *FατȣFα*, vel in secunda quintaque tabulis *πελσανȣ* II, 32. V, a, 6. pro *πελσανα* IV, b, 27. sive *pelsana* VI, a, 22., *σȣπȣ* I, 17. sive *sopo* VI, a, 5. pro *σȣπα* V, a, 32. scriptum est; *πρεϜȣβια* tamen in tertia tabula III, a, 12. pro *πρεϜαβια* III, a, 5. mendose exaratum puto, quoniam in hac re neque flexionum, neque temporum varietas, ut in *Fεπȣρȣς* III, a, 11. pro *vapersus* VI, b, 9., agnosci potest. Vocales *e* et *a*,

si a nomine *pars* VII, b, 2. pro *pers* sive *pir* et *pis*, atque a praepositione *ar* in *arteta* pro *eteta* II, 15. sive *andendu* VII, a, 25. pro *endendu* VI, a, 40. 49. discesseris, in fine nominum quam maxime permutantur: de vocalium *e* et *i* cum *ei* permutatione supra jam satis diximus. Quae cum interdum ejicerentur, nescio, utrum *pelsaas* V, a, 43. pro *pelsanes*, ut *abrons* VII, a, 43. pro *abronis*, an pro participio, ut *dirsans* III, b, 11. 16. pro *dirsa(s)* III, b, 8. 13., scriptum sit. Ejiciebantur autem illae vocales praecipue ante imperativi terminationem *tu*, unde composita imperativi *temitu* (*teneto*) VI, a, 25. *a(n)teta* sive *andendu*, *eteta* sive *endendu*, *este(n)ta* sive *ostendu*, *perteta* et *seteta* scribuntur, nisi haec pro Latino *tendito* scripta accipere malis, quemadmodum imperativus *sesta* V, b, 22. (*sistito*) non differt ab indicativo *sesta* V, b, 24. (*sisto*). Quia consonantes quoque cum vocalibus ejiciebantur, non solum *vestisia fetu* VI, a, 24. pro *Festiçam fikta* IV, b, 29. vel *erus ditu* VI, a, 16. 25. VII, a, 38. sive *eřes titu* IV, b, 34. *eřes tesa* V, b, 21. a, 9. pro *erus dirstu* VI, a, 38. 39. sive *eřes tefta* I, 27 sq. scribi, sed etiam tam *sebakta* V, a, 42. sive *subotu* VI, a, 25., quam *sehata* I, 16., a verbo *subôco* (*supplico*) derivari potuit: nam et *çerhafřem kata* IV, a, 11. sive *crincatro katu* VI. a, 49. pro *çikatřa kabeta* V, b, 27. 29. legitur. Quemadmodum vero in *ampřekta* IV, a, 21. pro *apřeta* IV, a, 20. et *ampafřikam* V, a, 42. pro *ampafřita* II, 14. pl. *ambretuto* VI, a, 63. 64. aspiratio inserta est, sic non solum *feřaktřa* cum *sufeřaklu* II, 16 sqq. pro farcimine, sed etiam *akasnes* II, 18 sq. pro *abenis*, inserta *s* litera, legitur.

12. Accentuum rationem apud Umbros eandem fere fuisse, quae apud Romanos observatur, ex iis colligere licet, quae numerose scripta videntur. An sextae tabulae initium numeris Saturniis conceptum sit, in dubium fortasse vocatur, quum septimae quoque tabulae pagina posterior, licet prosa oratione scripta, in eosdem tamen numeros redigi possit. Sed in rebus magicis numeros pariter atque alliterationem vel aequales sonos in fine verborum esse quaesitos, dubitari nequit. Cortonensis certe inscriptio trochaicis numeris sic aptari potest:

'Arses vurses! 'Sethlanl, Tepâral ape termnu pis est estu.

Iidem numeri notantur in precibus: *tiu pani, tiu Fisu* V, a, 25 sq. *tiom esa méfa spefa Fisovina* cet., quibus addas ithyphallicos: *Sáçe! tefe este Fitle Fufře sesta* V, b, 24., qui aequalibus sonis finiuntur, sicut verba *pérsi mersi* VI, b, 38. 48. sive *pérsei mersei* VI, b, 28. pro *perse mers est* VI, a, 31. 55. Alliterationem in his numeris quaesitam esse testantur verba

a) in calamitatum recensu VI, a, 60. VII, a, 49.

túrsitu, tremitu,
hóndu holtu,
nunctu, nepitu,

b) in praecepto de auguriis VI, a, 11.

péturpursus
fâto fito,
pérne, postne,

sónitu, savitu, *sépse sarsite,*
préplo(ho)tatu, *vóvse avie*
prévi(s)latu. *ésone.*

In his trochaicis numeris tres saepe syllabas pro duabus positas videmus, sicut in Plautino versu de Jovis fulmine Amphitr. V, 4, 10.

Strépitus, crepitus, sónitus, tonitrus cet.

Quanta cum cura vero Romani quoque poëtae illorum temporum alliterationem quaesierint, docent versus Ennii et Attii apud Cicer. Rhet. ad Herenn. IV, 12. de orat. III, 58.

'O Tite, túte, Tati, tibi tánta, tyránne, tulisti.
Quicquám quisquam cuiquám, quod conveniát, neget?
Iterúm Thyestes *'Atreum attractum ádvenit* —
*M*ajór *m*ihi *m*oles, *m*ájus *m*iscendúm *'st m*alum,
Qui illíus acerbum córdem contundam et cónteram;

aliaque fragmenta, quae ibidem leguntur, ut: quód *i*ter *i*ncipiam *i*ngredi? — *'O p*ater, ó *p*atria, ó *P*riamí domus! — Haec ómnia *vidi* inflámmari, Priamó *vi vitam evitari.*

13. Nominum declinationes verborumque conjugationes Umbricus sermo totidem habuit, quot Romanus; nulla tamen pars est orationis, in qua non differat utraque lingua. Jam in propriis nominibus magna cernitur discrepantia. Romanis enim civibus tria plerumque erant nomina, quibus vel singuli homines vel gentes earumque familiae discernebantur, ut in cippo inter Bastiam et Assisium oppida reperto: neque multum differt Volscorum mos, qui in Veliterna inscriptione observatur. At in Iguvina tabula tertia, ut in inscriptione lapidis in Marsis detecti, homines nonnisi uno gentili nomine insigniuntur. In inscriptione quidem apud Falerios inventa duo leguntur nomina *Lerpirior Santirpior;* sed deest praenomen, et utrumque nomen gentile est, in *ior* sive *ius* desinens, quemadmodum in quinta tabula Iguvina pro *Fusia* et *Petronia* gente Fratrum Atiersiorum sacra fiunt, atque XIX gentes *Pompersiae* stirpis recensentur. Praeterea Umbrorum nomina non in *ius* modo exibant, quemadmodum apud Romanos, sed in *anus* quoque, sicut Romanorum agnomina, maximam vero partem in *as*, sicut C. Cilnii cognomen *Maecenas*: cum *Claverniis* enim junguntur *Satani* et *Jujescani*, tum *Atiersiates, Curejates, Peiersiates, Talenates, Musejates, Casilates* ab agro Casilo dicti. Ejusdem generis est tribus *Tarsinatis* nomen in quarta tabula cum *Tarsinate* nomine, cui tria accedunt nomina in *scum* desinentia, *Turscum* pro Tuderti, *Naharcum* pro *Naharti*, et *Japuscum* pro Japygico. Nomen quidem *Iguvinae* tribus in secunda tabula cum quatuor Romanorum tribubus urbanis *Collina, Exquilina, Palatina, Suburana*, consentit; sed Umbri urbem quoque Iguvium *Iguvinam* dixerunt, ut Miletum *Miletinam* in sexta tabula. Ceterum Umbri in eo consentiebant cum Romanis, quod apud Paulum Diaconum legimus: »Dici mos erat Romanis in omnibus

»sacrificiis precibusque: *Populo Romano Quiritibusque*«, et »lapidem silicem tenebant jura»turi per Jovem, haec verba dicentes: Si sciens fallo, tum me Diespiter, *salva urbe arce»que*, bonis ejiciat:« unde Andromacha apud Ennium per alliterationem queritur: *Arce et urbe orba sum.* Nam in altera quartae tabulae pagina *pro arce Fisia et tota Iguvina* (urbe), in altera *pro populo totius Iguvinae et tota Iguvina* sacra fiunt, sicut in secunda tabula *pro Fratribus Atiersiis, pro inclutis atque probatis, pro tribu Iguvina, pro tota Iguvina.*

14. Maxima autem differentia, si ab inscriptionibus minoribus, *Diris, Pomonae, Divae Declunae* et *Vati Divae Vesunae* dicatis discesseris, in deorum nominibus animadvertitur. In Iguvinis enim tabulis bina plerumque nomina diis tribuuntur, quorum prius in quinta tabula, si a *Jove Patre* discesseris, participium est, ut quae tribuuntur *Fapeτe Saζi, Aτe IeFi, Aτe Maρτi.* In ceteris tabulis posterius nomen, sicut etiam *Hondae Joviae* in altera quintae tabulae parte, adjectivum esse solet, uno *Vesunae* nomine in prima tabula excepto, quae *Pomonae Pubercae* dicitur, quemadmodum apud Gellium XIII, 22. *Heriem Junonis* cet. legimus. *Neria Martis* sive *Neriene Mavortis* apud antiquos Romanos Martis conjux fuit, ut *Lua Saturni, Salacia Neptuni, Maja Volcani, Hora Quirini*; sed in Iguvinis tabulis *Pρeστατε Zeρφιe Zeρφe(ς) Maρτιeς* et *Teσe Zeρφιe Zeρφe(ς) Maρτιeς* IV, a, 28. 31. sive *Prestota* (*Tursa*) *'Serfia 'Serfer Martier*, si cum *Feσeνe Πeμeνeς Πeπρικeς* in prima tabula comparantur, comites interpretandae sunt, quemadmodum Gellius l. l. *Jurites Quirini* et *Molas Martis* ex libris sacerdotum populi Romani et antiquis orationibus laudat. Pauca nomina singulis diis tam propria fuerunt, ut *Jovis Patris* et *Sancii* nomen in precibus *Iεπατερ! Saζe! τeφe εστe Fιτλe Feφρe σεστe* V, b, 24., quorum ille in quarta et sexta tabula *Jovis Grabovius*, in vocativo *D(e)i Grabovie*, hic *Fisus Sancius* dicitur. Ipsum *Grabovii* nomen tribus diis commune est, *IeFe* sive *Juve*, *Maρτe* sive *Marte*, *Feφιeνe* sive *Vofione; Joviae* nomen quatuor deabus, *Tρeβe* sive *Trebo*, *Teφρe* sive *Tefrei*, *Teσe* sive *Turse* et *Fεντε. Grabovii* nomen Latino *Gradivo* sive *Κρατείῳ* fortasse respondet; idemque fere significare videtur *Joviae* nomen: Jovis uxorem enim *Curitim* esse vocatam, e verbis *Feκeκeμ IeFιe* atque *Keρeτιeς* IV, a, 1. 4. sive *vocucom Joviu* atque *Coredier* VI, a, 43. 45. sibi oppositis cognoscitur. *Tursa 'Serfia*, ut *Prestota 'Serfia, 'Serfi Martii* comes fuit; is vero utrum a *Marte Grabovio*, an a *Marte Horsio* cognominatus sit, non liquet. Et *Maρτe Fερie* IV, a, 2. sive *Marte Horse* VI, a, 43. et *Fεντε Zeρφι* IV, a, 4. sive *Honde 'Serfi* VI, a, 45. *τρeφ Fιτλeφ τeρeφ* sive *vitlu toru trif* (tribus vitulis tauris) immolatur; *Zeρφe Maρτι* vero VI, a, 24. sive *'Serfie Martie* VII, a, 3. *τρiφ απρeφ ρeφρe ere πeie* sive *abrof trif heriei rofu heriei peiu* (tribus apris tam rubris quam fuscis), ut *Aτe Maρτι* V, a, 11. *αβρeνe* (aprugno pecore sive porco).

15. Omnibus diis Graboviis *τρε(φ) βeφ* sive *buf tr(e)if* (tribus bubus) immolatur,

quibus in sacris Vofionis adjectivum *καλεϱσφ* sive *calersu* additur; sed Jovi Patri tam *σι* (suem V, b, 7.) quam *βεμ* (bovem V, a, 5.), ut Ahto Jovi *εFε* (ovem) *πεϱαχνε(μ)*, mactari legimus. *Ovibus* februatum esse, e verbis *πανε εFεφ φεϱφαϑ* IV, a, 1. sive *ponne ovi furfant* discimus, unde Pomonae Pubercae quoque II, 26. 31. *εFεμ σεFαχνι* (ove sacri) immolatur; *sues* vero (*σις σαχϱεε πεϱαχνεε* III, a, 6 sq.) pro piaculo offerebantur, unde Fiso Sancio, cui V, b, 10 sq. *καπϱε πεϱαχνε σεFαχνε* (caprum sacrem sanctum) offerendum esse legimus, IV, b, 15. *τϱεφ σιφ φελιεφ*, VI, a, 3. *sif filiu trif* (tribus suibus verribus), et Trebae Joviae sive Triviae IV, b, 7. *τϱεφ σιφ κεμιαφ*, VI, b, 58. *si comia trif* (tribus suibus scrofis) immolatur. Tefrae Joviae, cujus *pis ape termnu* (piamen adversus incendium) in inscriptione Cortonensi *Tephral* dicitur, IV, b, 25. *τϱεφ Fαπιναφ*, VI, a, 22. *habina trif* (tribus agnabus), Prestatae Serfiae Serfi Martii contra IV, a, 27. *τϱε πεϱκα ϱεφϱα ϭτε πεια*, VII, a, 6. *porca trif rofa ote peia* (tribus porcabus rubris aut fuscis), quemadmodum Tursae Serfiae Serfi Martii IV, a, 31. *τϱεφ Fιτλαφ*, VII, a, 41. *vitla trif* (tribus vitulabus) et Tursae Joviae IV, a, 42 sq. *ιFεκα τϱε.*, VII, a, 51. *ivenga* (tribus juvencabus) immolatur. His hostiis in sacris Hondiis V, a, 43. *κατελ* (catulus) Hondae Joviae ferendus V, a, 20 sq. accedit. Discimus autem e locis laudatis, expiatoria sacra Umbrorum, etsi hostiarum nomina Romanis similiora sunt quam Graecis, magis tamen Graecae quam Gallicae faisse originis. Nam catulum quoque secundum Plutarchum Q. R. 68. in piaculis omnes fere offerebant Graeci; agnus et agna vero, ut porcus, jam apud Homerum Il. III, 103. 273. XIX, 197. 254. in sacris reconciliatoriis immolantur. A Graecis mos porcis immolandi cum reliquis ritibus sacrorum, quos Dionysius Halic. VII, extr. juxta Graecas leges exercitos dicit, ad Romanos pervenit (Liv. I, 24. Virg. A. VIII, 641.), Italisque in omnibus piaculis, in lucis collucandis sive coinquendis agrisque lustrandis (Cat. R. R. 139. 141.), adeo frequentatus fuit, ut ab suillo genere pecoris immolandi initium primum sumptum videatur Varroni R. R. II, 4, 9., qui hostiarum quoque nomina L. L. V, 19. §. 96 sqq. a Graecis pleraque derivat.

16. Pertinet ad illa *arviga*, de qua Hesychius *ἄϱιχα, ἀϱνεν πϱόβατον*, Varro vero L. L. V, 19. §. 98. scripsit: »Hae(c) sunt quarum in sacrificiis exta in olla, non in »veru cocuntur, quas et Accius scribit et in pontificiis libris videmus.« Ad hanc arvigam equidem refero verba, quibus in quarta tabula omnia duodecim sacrificiorum praecepta finiuntur: *κετεφ* sive *ταζεξ πε(ϱ) σνιμε αϱ(ε)πε(ς) αϱFες* sive *αϱιπεϱ αϱFις* (*tacens precator pro ardore arvigae*): nullum enim fit sacrificium sine praecepto *αϱFια* sive *αϱFιε εστε(ν)τε*, *arvio fe(i)tu* (*arviga facito*). Etiam in quinta tabula septies V, b, 8 sq. 29. a, 7. 11. 12. 18. 24. *αϱFιε εστε(ν)τε* sive *αϱFια*, II, 11. *αϱFαμεν ετετα*, 13. *αϱFεν* et 31. *αϱεFια φειτε* scriptum est: sicut V, a, 7. *ταζεξ πεσνιμε αϱεπε αϱFες*. Praeter hunc quidem locum nusquam nisi in quarta tabula tacitas preces pro ardore arvigae fieri legimus; sed tacitae

preces non solum in omnibus sacrificiis, verum etiam in aliis actionibus sacris praecipiuntur. Sic in cumulatione *ξερεφ* sive *serse* (*verbenis*) IV, b, 35. a, 37. 38. V, a, 10. 42. I, 29. *κοματα(ς) πε(ρ)σνι(ĥ)μα*, ut VI, a, 17. 41. VII, a, 39. 44. 45. *comatir persni(hi)mu*, scriptum est: quo praecepto simile aliquid significari atque verbis *tases* sive *tasis pe(r)snimu*, quae in fine sacrificiorum VI, b, 55. 59. a, 2. 20. 23. 44. 46. VII, a, 4. 42. 54. leguntur, vel verbis, quibus omnes cives precari jubentur, *eso persnimumo tasetur* VI, a, 57. sive *eso tasetur persnihimumo* (*hoc precaminor cum silentio*) VII, a, 46 sq., non solum inde cognoscitur, quod *comatir persnihimu* VI, a, 17. 39. pro praeceptis *κατεφ πεσνιμα* IV, b, 20. et *ταζεξ πεσνιμα* IV, a, 30. scriptum est, sed etiam ex iis, quae I, 27 sqq. conjunctim leguntur: *ερες ταζεξ τερτε: ενεμεκ κεμαλτε: αρκανι κανετε: κεματες περσνιĥμε: εσεκε εσενε ερτε*, h. e. incantationem tacens dicito: inde cumulato: arcane canito: submisse precator: cum hoc omen urito sive ex igne capito. His verbis enim respondent, quae VI, b, 55 sq. scripta sunt: *tases persnimu sevom, surur purdovitu* (*tacens precator cum veneratione, insuper consecrato*), pro quibus IV, b, 5 sq. legitur: *aseFem κατεφ πεσνιμα αρεπες αρFες* (*cum veneratione caute precator pro ardore arvigae*).

17. Ex his simul intelligitur, tacitas preces factas esse pro omine ex flamma capiendo; unde VI, a, 55 sqq. hoc praeceptum legitur:

ifont termnuco com prinuatir stahitu: eno deitu armahamo caterahamo Iovinur:
inde cum flamma suffimenta instituito: tum dicito placante expiatione Iguvinos:
eno com prinuatir peracris sacris ambretuto. Ape ambrefurent,
tum suffimenta sacra sancta incenditote. Quum incenderint,
termnome benurent, termnuco com prinuatir eso persnimumo tasetur.
flamma operati sint, cum flamma in suffimentis hoc precaminor taciti.

In precibus quidem, quae sequuntur, iisdemque verbis VII, a, 47 sqq. repetuntur, enumeratas legimus calamitates, a quibus tota Tarsinas tribus defendenda sit; sed in quarta tabula IV, a, 19 sqq. brevius sic scriptum est:

Puse pirseFatus staĥerer termnesasa, enemek armans katerames IsaFiva:
Quum suffimenta instituerint cum flammis, tum placante expiatione Iguvinos:
enemek aperta terer et pera. Puni ampersnes, persnima.
tum incendito turibus et igne. Quum incenderis, precator.

Hoc quidem, ut ter fiat, praecipitur, quemadmodum post preces quoque VII, a, 51. legimus: *este trioper deitu* (ista ter dicito). At in quarta tabula verbis *trifupef amperĥta, trifupef πεσνιμα* IV, a, 22. additur: *trifupef etata IsaFives*, cui VI, a, 62 sqq. respondet *deitu etato* sive *etaia(n)s Ijovinur* h. e. ter dicito paeane Iguvinos. Hoc paeane quoque bonum eventum poposcisse Umbros, e verbis III, b, 6. *pepercerent ĥerifi etantu, mutu arfertaia si* (*poposcerint licet paeane, mutum eventu sit*) colligo. Hinc vix differre

puto praecepta *αῤκανι κανετȣ* I, 28 sq. (*arcane canito*) et *anovihimu* VI, a, 49. (*ovato*) pro *πιῤ αϝτιμεμ εντεντȣ* IV, a, 12. (*piamen cum ovatione intendito*), *ετȣῤ σταμȣ τȣτα Ταῤινατε τῤιφȣ* IV, a, 16. sive *trioper ehetur stahamu* VI, a, 55. (*ter ovationem instituito*), *ehiato* VII, b, 2. sive *εϝειετȣ σεϝακνε ναῤατȣ* V, b, 8. 11. (*ovatum sanctum dicito*). Non enim inibant modo lustrationes ante captis ominibus (*esoneir* VI, b, 18.) II, 1., quae et in ipso sacrificio (II, 20. V, a, 2.) et post peracta sacra (I, 30. V, a, 42.) repetebantur, sed etiam, siqua in re omen cessaret (IV, a, 8. VI, a, 47.), repositis sacris eadem instaurabantur (IV, a, 9. VI, a, 47.).

18. In secunda primaque tabulis sacra expiatoria *ϝȣκε* (*voce*) II, 3. 21. atque *ȣῤτες ϝȣντις Φῤατ(ρ)εῤ* II, 4 sq. sive *ȣῤτας πȣντες Φῤατῤȣμ* (*oratis carminibus Fratrum*) *τεῤκαντȣῤ* (triplici cantione) II, 9. aperiuntur, et *νειῤ* (*certamine*) I, 33. clauduntur, quemadmodum ante quintae tabulae sacrificia V, b, 7. praeceptum legitur: *Πεῤαξνανιε τειτȣ αῤμȣνε* (*sacra dicato harmonia*). Hanc quidem cantionem ad incantationes pertinere, ex praecepto *αῤκανε κανετȣ* I, 28 sq. inter *εῤȣς ταζεξ τεῤτȣ* et *κȣματες πεῤσνιϝμȣ* discimus; incantationes tamen cum vitulatione quoque conjungi potuisse, verba *εῤȣς τετȣ Ϝιτλȣ Ϝȣφῤȣ* (*incantationem dicito* cum *vitulatione*) V, b, 21. et *εῤȣς μανι κȣϝειτȣ* (*incantationem manu perficito*) docent. Hinc V, b, 25. *τῤιιȣπεῤ Ϝȣφῤȣ ναῤατȣ* (*ter jubilum dicito*) legimus, et post praeceptum *τιζλȣ σεϝακνι τειτȣ* sive *ναῤατȣ* II, 25. 27. (*dicationem sanctam dicito*) *ιȣκα μεῤσȣϝα ϝαβετȣ* (*jubila curata habeto*). Quemadmodum porro cum ovatione IV, a, 11. *κῤενκατῤȣμ ϝατȣ* sive *crincatro hatu destramescapla* VI, a, 49. (*circulationem habeto dextra parte*) praecipitur, sic V, b, 27. 29. *κῤικατῤȣ τεστῤε εȣξε ϝαβετȣ* (*circulationem ad dextram cum ovatione habeto*), et V, b, 23. *ȣῤφετα μανȣϝε ϝαβετȣ: εστȣ ιȣκȣ ϝαβετȣ* (*saltationem bacchantem habeto: istud jubilum habeto*): *Ιȣπατεῤ! Σαζε! τεφε εστȣ Ϝιτλȣ Ϝȣφῤȣ σεστȣ.* Hinc verba *α(ϝ)τῤεπȣῤατȣ: αῤπελτȣ στατιτατȣ* V, b, 18 sq. a, 31 sq. interpretor: *tripudiato, appellationem instituito.* Haec duo praecepta V, a, 31 sq. post imperativum *ϝεστικατȣ* (*extis libato*) leguntur; sed quemadmodum I, 8 sq. nihil nisi *αῤπελτȣ στατιτατȣ*, sic VI, a, 36. nihil nisi *atropusatu*, atque V, a, 24 sq. *ϝεστικατȣ, αϝτῤεπȣῤατȣ*, VI, a, 16. VII, a, 23. 36. *vesticatu, a(ha)tripursatu* praecipitur. His autem rebus opus fuisse in lustratione, inde colligere licet, quod et ante *vesticatu, atripursatu* VI, a, 16. et ante *atropusatu* VI, a, 36. legatur *pe(r)sclu se(he)mu* (*lustratione venerator*), unde verba quoque *ife endendu, pelsatu* VI, a, 39 sq. *liba intendito, ballizato* sive *saltato* jam vertere placet. Venerationem quidem (*σεϝȣμ* IV, b, 5. *sevom* VI, b, 56.) etiam cum precibus tacitis conjunctam legimus; sed quatenus eadem in lustratione fiebat, duplex ea dicitur VI, b, 19. *popler anferener et ocrer pihaner* (*populi lustrandi et arcis piandae*). Primum enim in lustratione quartae et sextae septimaeque tabularum *ȣκαῤ* IV, a, 7. sive *ocar* VI, a, 46. (*arx Fisia*) piatur, deinde de populo lustrando (*πȣπλȣμ αφεῤȣμ* IV, a, 10. *poplo afero* VI, a, 48.) agitur.

19. In ista lustratione (*εστε πεῤσκλȣμ* IV, b, 1. *este persclo* VI, b, 1.) duodecim

sacrificiis in quarta quidem tabula breve, in sexta longius praeceptum de auguriis capiendis praemittitur verbis *αFες ανξεϱιατες ενετα* sive *aveis aseriater enetu* (*aves auguriales indagato*), pro quibus in repetendis auguriis IV, a, 10. *αFεφ ανξεϱιατα ετα*, VI, a, 48. *avif aseriato etu* (*ex avibus auguria capito*) legitur. Quid vero in auguriis capiendis observandum sit, nonnisi in sexta tabula scriptum est; in quarta tabula contra aves auguriales *πεϱναιες*, *πεσναες*, dicuntur, quo quid significetur, discimus e verbis VI, a, 10 sq.

Dupursus, peturpursus, fato fito, perne, postne, sepse sarsite, vovse avie(r) esone
Bifariam, quadrifariam, templo capto, ante, pone, sane sarteque, ex voto sint avium auspicia.

Quum enim augures templa prius bifariam in anticam partem ad meridiem et posticam ad septentrionem effarentur, aves auguriales aut priores aut posteriores dici poterant, quatenus aut in antica aut in postica parte capiebantur earum auspicia; quatenus vero, ut sane sarteque, h. e. integre planeque, caperentur auspicia, templo quadrifariam effato, et antica pars et postica in sinistram ab oriente et dextram ab occidente dividebatur, eaedem aves aut dextrae aut sinistrae dicebantur. Hinc in sexta tabula legimus scriptum: *enetu* sive indagato

parfa, curnase, dersva; peiqu, peica, merstu:
parram, cornicem dextras; picum, picam, sinistros:

quibus verbis in ablativo casu quater repetitis VI, b, 2 sq. 4. 15 sq. 17. ter additur *mersta avei(f), mersta(f) angla(f)*, unde discitur, avium augurialium duo fuisse genera, quorum sinistra auspicia ex voto bona putabantur. Priusquam autem ex minoribus avibus (*aveif*) rata dari possent auguria, idem aquilis (*anglaf*) sive majoribus avibus factum esse debebat, unde *κεμνε αϱφεϱτεϱ* IV, a, 41. sive *combinam arfercturam* pro *serse arsferture* sive secunda conjunctura scriptam legimus, quatenus, si aquilae praecinuissent (*sve anclar procanurent* VI, b, 16.), parra dextera (*παϱφαμ τεσFαμ* IV, a, 13. *parfa desva* VI, a, 51.) cet. firmanda erant auspicia.

20. Id quod in sextae tabulae initio pluribus verbis, eodem fere modo repetitis, dicitur, in quarta tabula IV, a, 14. sic praecipitur:

Fαπεφεμ αFιεχλεφε κεμπιφιατε, Fεα αFιεχλα εσενεμε ετε;
favente avium augurio combinato, boni ominis auguria capito;

in secunda vero II, 7. solis ablativis *Fαπεϱε κεμναχλε* (*favente auspicio*) significatur. Verbis *vapefe avieclu*, idem significantibus, VI, a, 51 sq. additur: *neip amboliu prepa desva combifian si* (*nec in ambiguo parra dextera combines*), pro quo VI, a, 48 sq. legitur: *tuderus avif seritu* (*vitiis ex avibus caveto*), quod quomodo fiat, in sextae tabulae initio pluribus verbis ostenditur.

VI, b, 5 sq. *Poi angla aseriato est, erse neip mugatu, nep arsir andersistu, nersa courtust.* Ubi ab aquila augurium datum est, interim nec mussato, nec amicis intercedito, donec compleveris: VI, b, 7. *Sve muieto fust, ote pisi arsir andersesust, disler alinsust.*

Si mussatum fuerit, aut siquidem amicis intercesseris, dictionibus secus erit. Ipsa addictio (*verfale*), cui mutum (*μȣτȣ* III, b, 6.) auspicium opponitur, in bono aquilae augurio (*angluto hondomu*), etiam faventibus avium auspiciis (*vapersus aviehcleir*) VI, b, 9., irrita (*tuderato*) fieri dicitur, nisi simul prece omen acceptum sit (*porsei nesimei asa deveia est anglome*); imo prorsus vitiosa (*todcome tuder*), nisi vitio adoratione (*podruhpei* VI, b, 11.) cautum sit: fieri autem summi vitii procuratio in avium auspiciis (*tuderor totcor vapersusto avieclir*) vel prospero oscinum cantu (*ebetrafe ooserclome*), vel sollistumo pullorum tripudio (*presoliafe nurpier vasirslome*) VI, b, 12. In tertia quoque tabula in cliviis auspiciis (*κλȣFιιεϱ̀ κȣμναϝκλε*) III, a, 15 sq., si non sint rata omina (*εσȣνε κȣϱ̀αια* III, a, 4 sq.) secunda cum re (*ȣϱ̀ακȣ ϱ̀ι*), vel felicia (*φελσFα* III, a, 11.) cum ominibus propitiis (*εσȣνεσκȣ Fεπȣϱ̀ȣς*) ante capta, monitum e pullis (*μȣνεκλȣ νȣμεϱ̀* III, a, 17. sive *νȣϱ̀πενεϱ̀* III, a, 13.) quaerendum praecipitur. Sed in sexta tabula plura leguntur, quibus procuratio fiat in avium auspiciis, quaeque jam breviter recensere mihi liceat.

21. Memoratur usus vestis purpureae e Mileto (*Miletinar* VI, b, 13.), quae in caede victimae colore rubrae (*carsome vestisier randeme rufrer*) tertia dibaphorum (*pracopracatarum*), in caede hostiae atque paratu patellae (*carsome hoier, pertome padellar*) vestis Virginis sanctae et Salii (*Noniar, Salier*) dicitur. Hinc intelligitur praeceptum IV, a, 15. *πεϱ̀καφ ϝαβετȣτȣ πȣνιζατε, perca ponisiater habituto* VI, a, 51. h. e. lituis servatote puniceati. Quemadmodum in Iguvinis tabulis pro *capias* auguria semper *ϝαβια* et pro *praecipias* sive *ante capias πϱ̀εϝαβια* legitur, sic lituus auguris semper *perca*, quasi *pertica*, dicitur, atque capta admissio *arsmatia*: in versibus modo Saturniis semel VI, b, 2. imperativus *stiplatu* VI, a, 51. sive *anstiplatu* VI, b, 3. verbis *ehveltu stiplo aseriaia* (*evolvito stipula augurali*) circumscriptus est, unde *εϝFελκλȣ Φϱ̀ατϱ̀εκς ȣτε κFεστȣϱ̀* III, a, 23. b, 1. *evolutio* sive *interpretatio fraterna aut quaestio* verti potest. Discimus enim ex eadem tabula, et omina rata haberi, censentibus Fratribus Atiersiis (*εικFασεσε Ατιιεϱ̀ιεϱ̀* III, a, 4. 16.) vel arbitratu Fratrum Atiersiorum (*αϱ̀πȣτϱ̀ατι Φϱ̀ατϱ̀ȣ Ατιιεϱ̀ιȣ* III, a, 12.), et monita e pullis quaerenda esse, prout Fratres augurati fuerint (*Φϱ̀ατεϱ̀ ζεϱ̀σνατȣϱ̀ φȣϱ̀εντ* III, a, 22.). Additur ibidem, si recte curatum sit magistratione diligenti Fratrum Atiersiorum, proba esse omnia; si non, omnia muta esse eventu, licet eum paeane poposcerint. Eadem fere de supplicatione in fine septimae tabulae leguntur, atque in tabulae secundae initio, ubi omen sacrificii (*εσȣνȣ ϝεϱ̀τεϱ̀*) et ostenta sextantariarum urnularum (*ȣστιτε σεστεντασιαϱ̀ȣ ȣϱ̀νασιαϱ̀ȣ*) memorantur, Fratrum curis (*Φϱ̀ατϱ̀ȣ μεϱ̀σȣς*) tribuitur auspicium. In quinta enim tabula V, a, 15 sqq. praeter aves auguriales (*αFες ανξεϱ̀ιατες*) etiam

ostenta (*ostitu*) et mensarum sortilegarum vel hostiarum eventus (*menxaθe ζeθsiaθe ɬeθiuɛ faζiu aθfeθtuθ*) recensentur, atque in tertia tabula, ubi Fratres Atiersii pro specie plenulae urnulae auctoritia (*sitipes plenasieθ aθnasieθ atɬeθtie*) ritus sacros edicunt, omina captantur triplici (*tθiβθiζu*) numero, sacrificio et igne (*ɬeθtu et puθe* III, a, 6.), sacrificio et piaculo (*ɬeθtu et piɬaxlu* III, a, 8.), sacrificio et pullis (*ɬeθtu et nuθpenuθ* III, a, 10. 13.).

22. Ad omina sacrificio et igne captanda in fine praeceptorum de duodecim quartae tabulae sacrificiis verbis *xutef* sive *taζeξ pe(θ)nimu aθipeθ aθFiς* respici, supra jam monui; nunc autem videamus, quibus praeterea rebus opus sit in ipsis sacrificiis. Prima res est *arviga*, pro cujus ardore tacitae preces fiunt, altera vero panis oblatio, quae duplici modo praecipitur. Saepissime enim nihil aliud praeceptum legimus, nisi *puni feta*, *poni* sive *pone fe(i)tu*, vel etiam *puve fθeɬtu ɬabetu* (*pane fricto agito*) I, 30 sq.; in sacrificiis vero Jovis et Vofionis Grabovii, Hondi Serfii et Hondae Joviae IV, b, 4. 23. a, 6. V, b, 9 sq. a, 18. 25. 40. *ɬeθi(ς) Fiuθ, ɬeθi(ς) puni* sive *ɬeθi puni, ɬeθi Fiuθ feta*, *heri(e) vinu, heri(e) poni fetu* VI, b, 57. a, 19 sq. 46. (*tam vino, quam pane facito*). Imo in sacris Hondae Joviae praeter *Fiuθ, puve* V, a, 40. sive *puve, Fiuθ* V, a, 18. 25. etiam *tuFeθ xapiθes puve fθeθtu* (*duabus cum capidibus panem ferto*) V, a, 33. praecipitur, unde nescio an verba *xapiθe, puve, sFepu* (*u*)*θatu* V, a, 41. explicari possint: *capide, pane, scypho libato*, quemadmodum *sFepu* quoque IV, a, 8. sive *svepo* VI, a, 47., si cum antecedenti verbo *piɬaξ fust* sive *pihos fust* construatur, *scypho* verti potest. Nam *capirse perso osatu* VI, a, 24. 37. pro *xapiθe peθsmu feitu* IV, b, 30. 33. scriptum est, atque I, 26 sq. *sFepiς ɬeθi exaθiaf antentu* (*scyphis vel escariis intendito*) ante *eθus taζeξ teθtu* praecipitur, sicut VI, a, 37 sq. *capirse perso osatu* vel *persome* ante *erus dirstu*, et *capirso subotu* VI, a, 25. ante *pers(t)ico erus ditu*. In sacrificio Fausti Sancii V, b, 16. non modo *puve fθeθtu* legitur, verum etiam *sFisueFe fθeθtu puve, etθe sFisueFe Fiuθ fθeθtu, teθtiu sFisueFe atuθ fθeθtu* V, b, 14 sq., cui respondet V, b, 20 sq. *puni pesnimu, Fiuθ pesnimu, uve pesnimu*, unde *atuθ* sive *aɬtuθ* II, 3. 7. 8. idem augmentum, farciminis genus, significare discitur, de quo V, a, 19. *umen fθeθtu*, V, a, 38. *umne sεFaxni peθsniɬmu* praecipitur. Pro hoc augmento in sex sacrificiis quartae tabulae, Jovis scilicet Grabovii IV, b, 4., Martis Grabovii IV, b, 13., Vofionis Grabovii IV, b, 23., Martis Horsii IV, a, 3., Hondi Serfii IV, a, 5 sq. atque Serfi Martii IV, a, 25., *FatuFa fθeθiue* sive *FatuFe fθeθimu fε(i)tu*, in sex reliquis vero vel *supa sumtu* IV, b, 9. 17. vel *peθaia fε(i)tu* IV, a, 28. 32. 44. vel *pustis Asiaus fetu, ξeθef fetu, pelsana fetu* IV, b, 26 sq. scriptum est. Idem fit in sexta septimaque tabulis, ubi VI, b, 7. a, 1. 19. 43 sq. 45. VII, a, 4. *vatuo sive vatue ferine fe(i)tu*, VI, b, 58. a, 3. VII, a, 7. 22. 41. 54. *persae(a)* sive *persaia fetu*, VI, a, 22. *serse fetu, pelsana fetu* legitur.

23. In sacrificiis Jovis Patris et Fausti Sancii quintae tabulae nihil ejusmodi praecipitur, quanquam V, a, 6. *IuFie — sanxe pelsanu feta*, quemadmodum V, a, 10. et 13.

Αϝτυ ΙυFι(π) et *Αϝτυ Μαρτι — περαε(μ) φετυ*, scriptum est: at in sacris Hondae Joviae verbis *περαε φυτυ* V, a, 22. *συπα ϝαϝτυ, συφαφιαφ συπαφ ϝαϝτυ* additur, atque in fine sacrorum *κατελ ασακυ πελσανς φυτυ* exaratum legitur. In prima vero secundaque tabulis omnia fere junguntur, quae Dionysius Halicarnassensis VII, 72. in Romanorum lustro Graecorum more factitata recenset. »Lotis manibus, ait, et lustratis aqua pura hostiis, »inspersisque in earum capita frugibus Cerealibus, conceptisque precibus, consules sacer»dotesque, quibus fas erat, ministros eas mactare jubebant, quorum alii stantem adhuc »hostiam fuste feriebant in tempora, alii suppositis cultris cadentem excipiebant, dein exco»riatam concidebant membratim, delibatasque ex singulis extis aliisque membris primitias »farrea farina imbuebant et in canistris offerebant sacrificantibus, qui aris impositas suc»cendebant, vinumque inter adolendum affundebant.« At in secunda tabula Iguvina post omen sacrificii et ostenta sextantariarum urnularum *Fυκε πρυμυ πεϝατυ* (*voce primum piato*) praecipitur: inde *υϝτυρ, υρτες Fυντις Φρατ(ρ)ερ, υστεντυτα* (*augmentum, oratis carminibus Fratris, offertote*): inde, augmini favente auspicio *σακρε υFεμ, υρτας πυντες Φρατρυμ, υπετυτα* (*sacrem ovem, oratis carminibus Fratrum, offertote*): inde *Fεα μερσυFα αρFαμεν ετυτα* (*bene curata arviga facitote*): *αρFεν κλετραμ αμπαριτυ* (*arvigam cum creterra libando cremato*): inde *ζιϝζερα εντεντυ* (*siceram intendito*): inde *καξι φεριμε αντεντυ* (*coxam ferinae intendito*), item *φερεϝτρυ αντεντυ* (*farcimen intendito*), item *συφερακλυ αντεντυ* (*substramen ejus intendito*): dehinc, quum in foco coxeris *περσκλυμαρ καριτυ* (*ad lustrationem caedito*). Mactata deinde ove et ovatione habita II, 31 sq. praecipitur: *Fατρα φερινε φειτυ* (*fatua ferina facito*): inde *αρυFια φειτυ* (*arviga facito*), *περαεμ, πελσανυ φειτυ* (*purgamine, balsamo facito*); panis vero in fine demum sacrificii I, 30. mentio fit.

24. Pluribus verbis in fine secundae et initio primae tabulae praecipiuntur prosicia sive ablegmina, Dionysii *ἀπαρχαί ἐξ ἑκάστου σπλάγχνου καὶ παντὸς ἄλλου μέλους*, de quibus in extrema quintae tabulae parte V, a, 23 sq. post praeceptum *συπα ϝαϝτυ, συφαφιαφ συπαφ ϝαϝτυ* (*sulfure februato, suffito sulfure februato*) haec scripta sunt: *βερυς απλενιες πρυσεζια καρτυ; κρεματρα απλενια συτεντυ περυ μεριτυ* (*verubus extorum prosicia caedito; prunas extis subtendito cum prece merita*); post memorata vero reliqua offerumenta solita V, a, 27 sqq. *κατλες τυFα τεφρα, τερτι(ς) ερυς, πρυσεκατυ: ισυντ κρεματρυ, πρυσεκτυ, στρυϝζλα φικλα αρFειτυ* (*catuli duo tepora exta, dictis incantationibus, prosecato: item in prunis prosecto struem in phiala addito*). Ter enim *τυFα* vel *τρια τεφρα σπαντιμαρ* (*cum suffitu*) *πρυσεκατυ* praecipitur, additis primum verbis *περυμε πυρτυFιτυ, στρυζλα αρFειτυ*, deinde *ερεζλυμα — πυρτυFιτυ, στρυϝζλας εσκαμιτυ αFειτυ*, tum *συπρυ σεσε ερεζλυμα — πυρτυFιτυ, στρυϝζλα πετενατα ισεκ αρFειτυ*. De prosiciis in quarta tabula nihil usquam scriptum est, etsi IV, a, 6. *τενξιτιμ αρFειτυ* pro *prosesetir tesedi ficla arsveitu* legitur; in sexta vero septimaque tabulis in omnibus sacrificiis pro *tesedi*,

quod semel tantum exaratum est, vel *mefa spefa* VI, b, 56. a, 20. VII, a, 4. vel *strusla* VI, b, 59. a, 4 sq. 23. VII, a, 8. 42. 54. vel *fa(r)sio* VI, a, 2. 44., quemadmodum in Incluti Martis sacrificio V, a, 12. φασιτα, legitur. Haec omnia esse liborum genera, e verbis *καπρες πρωσεζετα ιφε αρFειτα* (*capri prosecto liba addito*) V, b, 12 sq. cognoscitur: an vero *ficla(m)* vas designet, quo liba arvehebantur, quaeri potest. Ceterum in sexta septimaque tabulis propter preces in primo sacrificio exhibitas reliquis omnibus sacrificiis praeceptum additur: *surur* sive *suront naratu, puse(i) verisco* sive *pre verir treblan(e)ir* VI, b, 59. a, 2. 4. 20 sq. 23. 44. 46. VII, a, 5. 7. 42. 53. Nihilo minus in quarto sextoque sacrificio similes preces ad Fisum Sancium et Tefram Joviam faciendae praecipiuntur, ad quarum priores respicitur verbis *suront naratu, puse post verir tesenocir* VII, a, 37 sq., quanquam ibidem partim diversae, partim similes preces in vasculis atris VII, a, 9. et albis VII, a, 25. praemissae sunt cum aliis precibus contra calamitates VI, a, 57 sqq., in duodecimo sacrificio VII, a, 47 sqq. repetitis.

25. Quum de precum argumento in quarta hujus operis particula satis locutus sim, ad argumentum primae tabulae redeo, in qua plura precum nomina distinguenda puto, quamvis ablativis *πεδαμε* II, 33. et *εδεζλαμα* II, 35. I, 3. idem fere significari videatur, quia IV, b, 31. post praeceptum *καπιδε πεδαμ φειτα* statim scriptum est: *απι εδελ πατιιας*. At VI, a, 25. et 38. post praecepta *capirse perso osatu*, sicut IV, b, 34. post praeceptum *καπιδε πεδαμ φειτα* additur: *isec — erus ditu* sive *dirstu* (*εδας τιτα*), imo VI, a, 38. *persome erus dirstu* pro simplici *erus dirstu* VI, a, 39., quemadmodum I, 5 sq. *καπιδας — πατταFιτα ασαμαδ, εδεζλαμαδ* pro simplici *ασαμα πατταFιτα* I, 16., legitur. *Persome* VI, a, 39. 40. pro precatione accipiendum esse, e sequentibus verbis *pue pe(r)snis fus(t)*, h. e. ubi precatus fueris, cognoscitur; unde V, a, 27. *πεδαμε πεδονιμα* pro simplici *πεδονιμα* (*precator*) scriptum videtur. *Erus* vero pro incantatione esse usurpatum, inde colligi licet, quod cum imperativis *ditu, dirstu, τιτα, τεδτα* (*dicato*) construi solet, atque pro *εδι ατα* V, a, 6. etiam imperativus *πατταFιτα*, a *podruhpei* (*adoratione*) VI, b, 11. derivato, cum *ασαμαδ, εδεζλαμαδ* I, 6. conjungitur, quatenus *πετδεσπα εδας* (*pro consecratis incantatio*) I, 14. fiebat. Hinc pro *capirso subotu* VI, a, 25., h. e. *σαβαμτα* V, a, 42. sive *σαχατα* I, 16. pro *subocatu* (*supplicato*), plerumque *perso osatu* scribitur; hostiae vero *εδαμτα τιζλα* (*cum incantatrice dicatione*) V, b, 22. sive *τιχαμνα* (*dicamine* V, a, 8.), h. e. *τεδτι(ς) εδας* (*dictis incantationibus*) V, a, 28. coll. III, a, 7. IV, a, 34 sqq. VII, a, 43 sq., sistuntur. *Τιζελ* enim V, a, 15. est dicatio, ut *εδελ* IV, b, 31. incantatio, atque *τιζλα σεFαχνι τειτα* sive *ναδατα* II, 25. 27. dicitur, sicut *πατδιφελε τδιαπεδ τειτα* (*consecrationem ter dicito*) V, b, 25. Verum etiam *εδεζλα αμτα* (*incantatione auspicator*) I, 13. ante *Fεστιζια, μεφα πατδαπιτε, σχαλζετα χανιχαξ* (*libamine, et maza consecrata, mola spargens*) legitur, sicut *proseseto erus ditu: eno scalseto vestisiar erus conegos dirstu* (*prosecto incantationem*

dicito: inde mola libaminis incantationem spargens dicito) VI, a, 16., et quemadmodum pro simplici *εϱεζλȣμα πȣϱτȣFιτȣ* (*incantatione consecrato*) II, 35. paullo post *σȣπϱȣ σεσε εϱεζλȣμα πȣϱτȣFιτȣ* (*sulfure cum pia incantatione consecrato*) I, 3. et *καπιϱȣς πȣϱτȣFιτȣ ασαμαϱ, εϱεζλαμαϱ* (*capidibus consecrato cum precatione et incantatione*) I, 5 sq. dicitur, sic cum *σεσε ασα* (*pia prece*) in *πεϱσȣντϱȣ* (*lustramento*) I, 15 sqq. similia praecipiuntur.

26. In auguriis quidem verbis *asa*(*me*) *deveia* VI, b, 9. 10. ominis acceptio significatur; sed in piamine *ασα* plerumque cum *εϱεζλȣ* conjungitur. Quodsi II, 21 sq. et V, a, 19 sq. *πιϱ ασε αντεντȣ* praecipitur, hoc non eodem modo interpretandum est, quo *πιϱ αϜτιμεμ εντεντȣ* IV, a, 12.: nam VI, a, 50. post *pufe pir entelust* (*quando piamen intenderis*) additur *ere fertu — erihont aso destre onse fertu* (*incantationes ferto — tum precatione ad dextram priva ferto*), quemadmodum II, 23. et I, 16. *τεστϱȣ σεσε ασα* his praeceptis praemittitur:

I, 16. *ασαμα πȣϱτȣFιτȣ: σεFακνε σȣκατȣ* (*prece consecrato: sancte supplicato*).

I, 17 sq. *Ινȣμεκ Fεστεζα πεϱσȣντϱȣ, σȣπȣ εϱεζλε Ϝȣλε, σεFακνε σκαλζετα κȣνικαξ πȣϱτȣFιτȣ.*
Inde libamine in lustramento, sulfure incantato integro, sancta mola spargens consecrato.

I, 18 sq. *Ινȣμεκ Fεστιζια πεϱσȣντϱȣ, τȣϱσε σȣπεϱ εϱεζλε, σεFακνε σκαλζετα κȣνικαξ πȣϱτȣFιϑȣ.*
Inde libamine in lustramento, incensis sulfuribus incantatis, sancta mola spargens consecrato.

In extrema contra quintae tabulae parte post *μανφε ασα Fȣτȣ* (*manibus preces voveto*) V, a, 39. legitur: *ασαμα κȣFεϱτȣ* (*precando cumulato*), quemadmodum paullo post *εϱȣς κȣFειτȣ* (*incantationem perficito*). Sed in omnibus precibus sextae tabulae VI, b, 26. 36. 46. a, 29. *pir orto*(*m*), h. e. piamen oratum, dicitur, quod V, a, 4. *αιȣ ȣϱτȣ* vel *ναϱακλȣμ* V, a, 1. scriptum est. Quemadmodum *ναϱακλȣμ* e praecepto *τιζλȣ σεFακνε ναϱατȣ* II, 27. dedicationem designare cognoscitur, sic e nomine *αιȣ* explicatur imperativus *αιτȣ* IV, a, 29. cum *καπι σακϱα* constructus: neque aliud discrimen esse puto inter *capif sacra aitu* VII, a, 39 sq. sive *capif purdita dupla aitu, sacra dupla aitu* VI, a, 18. atque *capirse perso osatu* VI, a, 24. 37. sive *capirso subotu* VI, a, 25., quam inter *pir* (*piamen*) et *pe*(*r*)*sondro*(*m*) sive *lustramentum*. Legimus quidem I, 21. *πεϱσȣντϱε αντεντȣ*, sicut *πιϱ ασε αντεντȣ* II, 25 sq. V, a, 19 sq., eaedemque fere res et in piamine et in lustramento memorantur; sed ut accuratius intelligamus, quomodo utrumque differat, in medium proferre liceat ea, quae in quarta sextaque tabulis sacrificiis Fisi Sancii atque Tefrae Joviae addita sunt.

27. In quarta tabula nihil aliud legitur, quod Fisi Sancii sacrificium proprium sit, nisi hoc:

IV, b, 17 sq. *μεφα, Fεστιζα ȣστετȣ: ΦιιȣFι φετȣ: ȣκϱιπεϱ Φισιȣ φετȣ.*
maza, libamine facito: Fisovinis facito: pro arce Fisia facito.

IV, b, 19 sq. *καπιϱ πȣϱτιταφ, σακϱεφ: ετϱαφ πȣϱτιταφ, ετϱαφ σακϱεφ, τȣταπεϱ ΙκȣFινα.*
capide consecrata, sacra: altera consecrata, altera sacra, pro tota Iguvina.

Hoc loco duo memorantur offerumentorum genera, quorum prius pro arce Fisia, posterius pro tota Iguvina offerendum fuit. Ad prius autem genus duae res pertinent, *μεφα* et *Fεστιζα*, quae *ΦιιȣFι* sive *Fisovi San'sii* VI, a, 5. VII, a, 37. h. e. *Fisovinae* VI, a, 9. 14. vocantur, tanquam Fiso Sancio propriae. *Μεφα* sive *mefa spefa* VI, a, 5. libi genus est, *Fεστιζα* vero sive *vestisia* ibid. libamen e victima. Alterum offerumentorum genus constat *καπιϱ* sive *capif* VI, a, 18. h. e. capidibus duplis, quarum una *πȣϱτιτα* sive *purdita* (*consecrata*), altera *σακϱα* sive *sacra* dicitur. Prius illud offerumentorum genus in sexta tabula VI, a, 5., ut pro arce Fisia et pro tota Iguvina feratur, praecipitur, *apè sopo postro peperscust* (*postquam sulfure et bitumine purgaveris*), et quidem *scalsie conegos* sive mola salsa conspersum. At *vestisia vestis* sive *visceru[illegible] libamen victimans* VI, a, 6. ea precari jubetur, quibus prior supplicationis pars continetur: deinde in pane et *mefa spefa* VI, a, 9. reliquae praecipiuntur preces, parenthesi de auguriis VI, a, 11. in duas partes divisae. Finitis precibus VI, a, 15. additur id, quod VII, a, 38. paullo brevius sic repetitur.

VII, a, 38. *Vestisiar erus ditu: enno vestisia, mefa spefa: sopam purome efurfatu:*
Libaminis incantationem dicito: inde libamine, maza spissa: sulfure in igne februato:
VII, a, 39. *subra spahamu — ennom comoltu, comatir persnihimu: capif sacra aitu.*
suffimine suffito — inde cumulato, submisse precator: capide sacra libato.

In sexta tabula ante *vestisiar* et, quod mireris, inter *erus dirstu* verba *scalseto conecos* inserta sunt, atque inverso ordine *mefa, vestisia* pro *vestisia, mefa spefa* scriptum: tum ante *comoltu* nomen *serse* (*verbenis*), atque inter *capif — sacra* (*dupla*) *aitu*, quod supra monui: *purdita dupla aitu.*

28. In sacris Tefrae Joviae contra lustramentum duplex his verbis praecipitur:

IV, b, 28 sq. *Απι Ϝαβινα πȣϱτιιȣς, σȣϱȣμ πεσȣντϱȣ φετȣ: εσμικ Fεστιζαμ πϱεFε φικτȣ:*
Postquam agnabus peregeris, socio lustramine facito: in eo libamine prius facito:

IV, b, 29 sq. *Τεφϱι IȣFι φετȣ, ȣκϱιπεϱ Φισιȣ, τȣταπεϱ IκȣFινα:*
Tefrae Joviae (*rebus*) *facito, pro arce Fisia, pro tota Iguvina:*

IV, b, 30 sq. *τεστϱȣκȣ πεϱι, καπιϱε πεϱȣμ φειτȣ. Απι εϱελ πȣϱτιιȣς,*
ad dextram lustrando, capide cum prece facito. Postquam incantationem peregeris.

IV, b, 31 sq. *ενȣκ σȣϱȣμ πεσȣντϱȣμ φειτȣ σταφλτιFȣ: εσμικ Fεστιζαμ φικτȣ:*
inde socio lustramine facito stabulativo: in eo libamine facito:

IV, b, 32 sq. *ȣκϱιπεϱ Φισιȣ, τȣταπεϱ IκȣFινα φειτȣ:*
pro arce Fisia, pro tota Iguvina facito:

IV, b, 33 sq. *νεϱτϱȣκȣ πεϱι, καπιϱε πεϱȣμ φειτȣ: πȣνι φειτȣ. Απι σȣϱȣφ πȣϱτιιȣς,*
ad sinistram lustrando, capide cum prece facito: pane facito. Postquam socialibus peregeris,

IV, b, 34 sq. *ενȣκ Ϝαπιναϱȣ εϱȣς τιτȣ, ξεϱεφ κȣμȣλτȣ, ξεϱεφ κȣματς πεσνιμȣ.*
inde agnarum incantationem dicito, verbenis cumulato, in verbenis submisse precator.

Quae si cum sacris Fisi Sancii IV, b, 17 sqq. comparantur, hoc primum interest, quod *μεφα* nulla in sacris Tefrae Joviae memoratur, atque *Γεστιζα* sola in utroque lustramento, tam in eo, quod nonnisi *socium*, quam in eo, quod *stabulativum* dicitur, pro arce Fisia et pro tota Iguvina offertur. Itaque sub Tefrae Joviae rebus, quae *Τεφρι Ιθ Fι* dicuntur, nihil aliud intelligi posset, quam *Γεστιζα*, nisi lustraminis in quinta tabula comparatio doceret, ante *Φιιθ Fι* IV, b, 18. sive *Fisovi Sansi(i)* VI, a, 5. VII, a, 37. et *Τεφρι Ιθ Fι* IV, b, 29., quemadmodum ante *Ιθ Fιε* V, a, 8., *τιχαμνε* sive *dicamine* esse supplendum. Etiam *Γεστιζα* in quintae tabulae lustramine non memoratur, eamque ob causam *πρεφε φετα* verbis *καπιρε περθ* additur. Inter duplex autem quartae tabulae lustramen nihil aliud interest, nisi quod alterum *τεστροχα* (ad dextram), alterum, in quo praeterea praeceptum *πανι φειτα* repetitur, *νεϊτροχα* (ad sinistram) fiat. In sexta tabula omnia accuratius praecipiuntur.

29. Omissis precibus, quae illis similes sunt, quas in sacris Fisi Sancii legimus, ea sola comparare liceat, quae et ante preces et post preces in utroque sacrificio scripta sunt. Legimus enim

VI, a, 6. *Eso persnimu vestisia vestis*: — 15 sq. *pesclu semu, vesticatu, atripursatu.*

VI, a, 25. *Esoc persnimu vestis*: — — 36. *persclu sehemu,* ' *dtropusatu.*

In sacris Tefrae Joviae igitur et nomen *vestisia* et imperativum *vesticatu* omissum videmus, quia preces neque in *vestisia*, neque in *mefa spefa Fisovina* VI, a, 9. 14., sed in *sorsu persondru Tefrali pihaclu* VI, a, 28. 35. fiunt: eademque de causa pro *scalseto conecos* in sequentibus *persi persome* scriptum est.

VI, a, 16. *Proseseto erus ditu*: *eno scalseto vestisiar erus conecos dirstu.*

VI, a, 38. *Proseseto erus dirstu: enom vestisiar* (*sorsalir destruco*) *persi persome erus dirstu.*

Verba *sorsalir destruco* in parenthesi posita secundum duplex lustramenti genus variari, supra jam vidimus, sed multo magis intelligitur ex his locis inter se comparatis.

VI, a, 24. *Destruco persi, vestisia et pesondro sorsom fetu*: *capirse perso osatu.*

VI, a, 37. *Pesondro staflare nertruco persi fetu*: *suront capirse perso osatu.*

VI, a, 38. *Enom vestisiar sorsalir destruco persi, persome erus dirstu.*

VI, a, 39. *Enom vestisiam staflarem nertruco persi, sururont erus dirstu.*

VI, a, 39 sq. *Enom pesondro sorsalem persome*: *pue persnis fust, ife endendu, pelsatu.*

VI, a, 40. *Enom pesondro staflare persome*: *pue pesnis fus, ife endendu, pelsatu.*

In his *vestisiam* et *pesondrom* conjuncta videmus, quemadmodum in sacris Fisi Sancii VI, a, 5. *vestisia et mefa spefa* conjuncta sunt; atque pro *eno mefa, vestisia*: *sopa purome efurfatu* VI, a, 17. legimus VI, a, 40. *enom vaso, porse pesondrisco habus* h. i. inde ritu, quali in lustramentis uteris. Is autem his praeceptis continetur: VI, a, 41. *Serse subra spahatu* (*andervomu sersitu, arnipo comatir pesnis fust*), *serse* (*pisher*) *comoltu, serse comatir persnimu.*

Haec nonnisi iis, quae in parenthesi posita nihil aliud quam ritum accuratius definire videntur, ab illis, quae VI, a, 17. leguntur, differunt: ibi vero additum est *capif purdita dupla aitu, sacra dupla aitu,* pro *destruco persi — capirse perso osatu* VI, a, 24., quod sic explicatur: *eam mani nertru tenitu* (*eam manu sinistra teneto*): *arnipo vestisia vesticos, capirso subotu* (*priusquam libamine libaveris, capide supplicato*): *isec pers(t)ico erus ditu* (*item lustrando incantationem dicito*).

30. Verbis *χαπι σαχρα αιτε* IV, a, 29. additur *Fεσχλε Fετε ατρε, αλφε,* quo quid significetur, e septima tabula discimus. Legimus enim VII, a, 7. eadem, quae VI, a, 3 sq. scripta sunt, nisi quod ibi praeceptum *mandraclo difue destre habitu* (*mandragoram duplicis naturae dextrâ habeto*) additum est. Tum, quia *persae*(*a*) *fetu* VI, a, 3. idem significat, quod *σεπα σεμτε* (*sulfure sulfurato*) IV, b, 17., verbis *prosesetir strusla ficlà arsveitu* VII, a, 8. additur *ape supo postro pepe*(*r*)*scus*(*t*), unde intelligitur, etiam *σεπα πεστρα πεστε* V, a, 32. idem significare, quod *σεπα σεμτε* sive *περαια φειτε* IV, a, 28. Ne autem *postro* vel *πεστρα* pro nomine adjectivo accipiamus, quod ad *supo* vel *σεπα* accuratius definiendum addatur, quemadmodum ablativo *σεπες* I, 8. adjectivum *σανες* vel singulari *σεπε* I, 17. adjectivum *Fελε* (*integro*), atque nomini *πεστρε* V, b, 19. aliud nomen *πεστεραν*ε, cui *πιστενιρε* V, b, 15. oppositum est, additur, monemur et ablativo *sopa* VI, a, 17. VII, a, 38. et ablativo *postro* VII, a, 43. 44. sive *πεστρε* IV, a, 34. 36., quibus nihil praeterea additur. Jam vero in septima tabula haec duo sibi opponuntur:

VII, a, 8 sq. *Enom pesclu ruseme vesticatu Prestote 'Serfie 'Serfer Martier,*
VII, a, 23 sq. *Enom ruseme persclu vesticatu Prestote 'Serfie 'Serfer Martier,*
Tum lustratione ruri libato Prestatae 'Serfiae 'Serfi Martii,
VII, a, 9. *popluper totar Ijovinar, totaper Iovina: enom vesclir adrir ruseme — persnihimu.*
VII, a, 24 sq. *popluper totar Ijovinar, totaper Iovina: ennom vesclir alfir persnimu.*
pro populo totius Iguvinae, pro tota Iguvina: tum in vasculis atris (albis) precator.

Eodem modo in vasculis atris et albis, quibus quum VII, a, 21. et 34. adjectivum *plener* addatur, verbis *Fεσχλε Fετε* IV, a, 29. et 37. lancem saturam designari puto, preces repetuntur, praemissis in altero loco VII, a, 25. verbis: *superne adro trahvorfi andendu* h. e. *superne atrum* (vasculum) *transversim imponito.* Post preces autem additur praeceptum VII, a, 28 et 36. *enom vesticatu, ahatripursatu,* quod in altero loco VII, a, 37 sqq. eadem fere verba excipiunt, quae jam in sacris Fisi Sancii VII, a, 16 sqq. legimus, omissis modoverbis *pesclu semu* (*lustratione venerator*), insertis contra *traf sahatam etu* VII, a, 39 (*lacte saccato agito*).

31. An *traf sahatam etu* idem significet, quod *τρα εxFινε φετε* (*lacte equino facito*) V, a, 13., equidem nescio; sed non differre praeceptum *traha sahatam covertu* (*lacte saccato completo*) VII, a, 45. inde cognoscitur, quod VII, a, 39. sequitur protasis: *ape traha sahata covortus* (*postquam lacte saccato compleveris*); verumtamen IV, a, 38. nihil nisi *Σαταμε*

κȣFερτȣ scriptum est, illique IV, a, 36. *Ῥȣπιναμε πȣστρȣ κȣFερτȣ* opponitur, quemadmodum *ΤραΣατε* IV, a, 31. diei festo *Ῥȣπινιε* IV, a, 27. Ut, quod mihi nondum contigit, alii dijudicare possint, quid his nominibus significetur, illa hic comparare liceat, quae in septima tabula de iis sibi opponuntur. Postquam VII, a, 3. 6. et 41. praeceptum est, ut *Fondlire* apris tribus tam rufis quam fuscis 'Serfo Martio, et *Rubine* porcabus tribus rufis aut fuscis Prestatae 'Serfiae 'Serfi Martii, *Trahaf Sahate* vero vitulabus tribus Tursae 'Serfiae 'Serfi Martii sacra fiant, quae excepto *pesclu ruseme* VII, a, 8. fere eadem sunt; VII, a, 43., quemadmodum IV, a, 33., haec adduntur:

VII, a, 43. *Ape purdinsiust, carsitu: pufe abrons facurent, puse, erus dersa:*

IV, a, 33 sq. *Πȣνε πȣρτινζȣς, καρετȣ: πȣφε απρȣφ φακȣρέντ, πȣξε, ερȣς τερα:*

Quum consecraveris, caedito: sicut, quando apris fecerint, incantationem dicas. At VII, a, 5., ubi apris sacra fiunt, hoc scriptum est: *ape traha sahata combifiansust, enom erus dirstu (quum lacte saccato auspicatus fueris, tum incantationem dicito)*: unde Inclutum Martem V, a, 11., cui *αβρȣνȣ* et *τρα εκFινε* sacra fiunt, pro 'Serfo Martio acciperem, nisi *περαε φετȣ* V, a, 13. pro *vatuo ferine feitu* VII, a, 4. et *φασιȣ πρȣσεζετε αρFειτȣ* V, a, 12. pro *prosesetir mefa spefa ficla arsveitu* VII, a, 4. exaratum esset. Tum VII, a, 43 sqq., sicut IV, a, 34 sqq., haec sibi opponuntur:

VII, a, 43 sq. *Ape erus dirsust, postro combifiatu Rubiname erus dersa.*

IV, a, 34 sq. *Απε ερȣς τερȣστ, πȣστρȣ κȣπιφιατȣ Ῥȣπιναμε ερȣς τερα.*

VII, a, 44. *enem Traha Sahatam combifiatu erus dersa.*

IV, a, 35 sq. *ενε Τρα ΣαFτα κȣπιφιαια ερȣς τερα.*

VII, a, 44. *enem Rubiname postro covertu, comoltu, comatir persnihimu —*

IV, a, 36 sq. *ενȣ Ῥȣπιναμε πȣστρȣ κȣFερτȣ, αντακρε κȣματε πεσνιμȣ —*

VII, a, 45. *enom Traha Sahatam covertu, comoltu, comatir persnihimu: enom purditom fust.*

IV, a, 38. *ενȣ Σαταμε κȣFερτȣ, αντακρε κȣματε πεσνιμȣ: ενȣ εσȣνȣ πȣρτιτȣ φȣστ.*

32. Quia VII, a, 45. post *Rubiname postro covertu* additum est *capif sacra aitu*, et IV, a, 37. *καπι σακρα αιτȣ, Fεσκλȣ Fετȣ*, illud saltim ex iis, quae comparavimus, intelligitur, libationem cum *capide sacra* ibi praecipi solere, ubi *bitumine* vel *sulfure* agitur. Sic VI, a, 18. *capif purdita dupla aitu, sacra dupla aitu* praecipitur, *ape sopo postro peperscust* VI, a, 5. vel post praeceptum *sopa purome efurfatu, subra spahmu* VI, a, 17., post quod etiam VII, a, 39 sq. *capif sacra aitu* scriptum est: atque in lustramentis (*pesondrisco*) VI, a, 24. 37. *capirse perso osatu* praecipitur, ubi et antea *pelsana fetu* VI, a, 22. sive *πȣστε Ασιανε φετȣ, ξερεφ φετȣ, πελσανα φετȣ* IV, b, 26 sq., et postea *'serse subra 'spahatu* VI, a, 41. legitur. Nec scio, an *ife endendu* VI, a, 39. 40. simile aliquid significet, atque *πȣνι φειτȣ* IV, b, 33. post *καπιρε περȣμ φειτȣ*. Sane liborum et panis oblatio adeo usitata fuit in sacris purgatoriis, ut in eodem sacrificio saepius repeteretur. Sic in sacris Fisi Sancii,

in quibus VI, a, 3. panis ex more offertur, VI, a, 9., praeceptum *poni pesnimu* ante praeceptum *mefa spefa persnimu* legitur, quemadmodum in sacris Fausti Sancii primo praeceptis *ζιφε αμπετε* (*sevis operator*), *φεσνε ϕε πεϕτυετε* sive *φεσνεϕ πεϕτεFετε* (*fiscinis consecrato*) V, b, 12. praeceptum *ιφε φεϕτε* (*liba ferto*) additur, atque post praeceptum *ταφλε πιϕ φεϕτε* (*lauro piamen ferto*) repetitur *καπϕες πϕυσεζετε ιφε αϕFειτε* (*capri prosecto liba addito*), deinde in lustramento Fausti V, b, 13. praecipitur *μεφα, Fιστιζα φετα, φεϕτε* (*mazam, libamine facto, ferto*), *σFισεFε φεϕτε πενε, ετϕε σFισεFε Fινε φεϕτε, τεϕτιε σFισεFε ετεϕ φεϕτε* (*solita ferto pane, altera solita vino ferto, tertia solita augmento ferto*), rursusque post praeceptum *μαντϕαχλε φεϕτε* (*mandragoram ferto*) simul *πενι φεϕτε* (*panem ferto*), dum paullo post V, b, 20. inter alias preces etiam in pane, vino et augmine preces fiunt, atque in fine totius sacrificii V, b, 29. panis offertur. Etiam in sacris Hondae Joviae post praecepta *πενι, Fινε* V, a, 18., *εμεν φεϕτε* V, a, 19. cet., *πενι φειτε* V, a, 20. praecipitur, eodemque modo non solum V, a, 24. *πενι πεϕτεFιτε*, V, a, 25. *τιε πενι, τιε Fινε τειτε*, sed etiam V, a, 33. *τεFεϕ καπιϕες πενε φεϕτε* et V, a, 34. *εμεν φεϕτε καπιϕε*, rursusque V, a, 38. *εμνε σεFαχνι πεϕσνιFμε* et V, a, 40 sq. *εϕες — τεϕτε Fινε, πενε τεϕτε* legitur.

33. Ea, quae singulis sacrificiis propria sunt, eo libentius repetere supersedeo, quo magis obscura sunt; nonnulla contra ad grammaticam spectantia addere liceat, ut, quae similitudo vel discrepantia inter Umbricam Latinamque linguas intercedat, clarius perspiciatur. Nominum propriorum apud Umbros, quemadmodum apud Romanos, triplex fuit declinatio; quibus in substantivis communibus (nam adjectiva et participia eodem modo, quo nomina propria, flectebantur) quarta et quinta quoque serius accessit, et in tam paucis quidem nominibus, ut, quid quintae declinationi proprium fuerit, definiri nequeat. Etiam quartae declinationis casus unum fero nomen *trifor* pro *tribu* docet. Nominativus quidem non magis usquam legitur, quam pluralis numerus; sed genitivus VI, a, 54. 59. VII, a, 12. 48. *trifor*, dativus VII, a, 11. *trifo* ut localis VI, a, 58. VII, a, 47. pro *trifome*, *τϕιφε* IV, a, 16., scribitur, et ablativus compositus *τϕεφιπεϕ* II, 25. 30. Ne quis dubitet, an *τϕεφι* pro *tribu* accipi possit, comparare liceat *αϕπετϕατι* III, a, 12. pro *arbitratu*, atque *μανι* V, a, 32. sive *mani* VI, a, 24. pro *manu*: unde etiam *ειτιπες* III, a, 2. 14. pro *ειτιπεϕ*, ut *αϕιπες* IV, a, 7. pro *αϕιπεϕ* IV, b, 28., scriptum, atque *pro specie*, ut *idus* Romanorum quasi *εἰδοῦς* sive *φάσεις* plenilunii, significare puto. An *μανφε* V, a, 38. pro *manibus*, atque *pequo* in precibus sextae septimaeque tabularum pro *pecubus* in casu instrumentali pluralis numeri scripta sint, equidem affirmare non ausim; sed notandum est, quod ablativus verbalium, ut *tursitu, tremitu, hondu holtu, ninctu, nepitu, sunitu, savitu, preplo(ho)tatu, previ(`s)latu* in calamitatum recensu VI, a, 60. VII, a, 49., in *u* exire soleat, unde nomina verbalia in *virseto, svirseto vas est* (*verruncato, averruncato fas est*)

jam mihi in casu locali posita videntur, quia *vas*, ut ex ablativo *vaso* VI, a, 40. plur. *Fασȣς* I, 22. discitur, proprie ritum religiosum designat. Ne quis *holtu* in alio, quam ablativo, casu positum putet, monet adjectivum alliterationis causa appositum *hondu*: nam in secunda declinatione ablativum in *u*, non in *o*, exire, quod jam antecedentia participia *'sihitu, an'sihitu — hostatu, anhostatu*, plur. *'sihitir, an'sihitir — hostatir, anhostatir*, docent, alias demonstravi.

34. Genitivum et dativum in aliis declinationibus aliter exire, ex appositis adjectivis jam agnoscitur: legimus enim VI, a, 53 sq. et 59. *totar Tarsinater trifor*, VII, a, 11. *tote Tarsinate trifo*, quibus in casu locali VI, a, 58. VII, a, 47. *totam Tarsinatem trifo*, IV, a, 16. *τȣτα Ταρ̣ινατε τρ̣ιφȣ*, in ablativo composito II, 25. 30. *τρ̣εφιπερ̣ IιȣFινα* respondet. At notandum est, quod III, a, 2. 14 *ειτιπες ȣΗτρ̣ετιε* quidem, ut IV, a, 45. *KFεστρ̣ετιε ȣσαιε*, sed VI, a, 24. *mani nertru* legatur, quasi *mani* masculini sit generis. Quemadmodum vero adverbium *destre* VI, a, 4. 50. sive *τεστρ̣ε* V, b, 27. 28. pro *τεστρ̣ȣ* II, 23. I, 15. sive *τεστρ̣ȣκȣ* IV, b, 30. *destruco* VI, a, 24. 38., sic fortasse *nertru* pro *nertre* sive *nertruco* VI, a, 37. 39. *νερ̣τρ̣ȣκȣ* IV, b, 33. scriptum est: nomina enim quartae declinationis, praeter verbalia et denominativa in *atus* exeuntia, ut *πρ̣ινȣFατȣς* IV, a, 19. 23. sive *prinuatur* VI, a, 50. 65. VII, a, 1. 46. 52., cujus accusativus pluralis etiam *πρ̣ινȣFατȣ* IV, a, 15. 41., ablativus vero *prinuatir* VI, a, 55 sqq. scribitur, feminini generis fuisse videntur, unde pro *lauru* etiam *ταφλε* V, b, 12., ut apud Graecos *δάφνῃ*, dici potuit. Genus nominum triplex fuisse, preces maxime his verbis VI, b, 31 sq. 41 sq. 51 sq. declarant:

Salvo seritu ocre(m) Fisi(m): salva(m) seritu tota(m) Ijovina(m): salvo(m) seritu
Salvum servato montem Fisium: salvam servato totam Iguvinam: *salvum servato*
ocrer Fisier, totar Ijovinar nome. VII, a, 15. 29. *Salvom seritu poplo(m) totar Ijovinar:*
montis Fisii, totius Iguvinae nomen. Salvum servato populum totius Iguvinae:
salva seritu totam Ijovinam: — salvo(m) seritu popler totar Ijovinar — nome.
salvam servato totam Iguvinam: — salvum servato populi totius Iguvinae — nomen.

Quemadmodum ex his accusativi, sic ablativi diversorum generum ex illis cognoscuntur:
VI, b, 25. *Tio esu bue peracrei, pihaclu ocriper Fisiu, totaper Iovina, irer nomneper, erar nomneper.*
Tibi hoc bove sacri, piaculo pro monte Fisio, pro tota Iguvina, pro illius nomine, pro hujus nom.
VI, a, 9. *Tiom esa mefa spefa Fisovina.* VI, a, 28. *Tiom esu sorsu persontru, Tefrali pihaclu.*
Tibi hac maza spissa Fisovina. Tibi hoc socio lustramine, Tefrali piaculo.
VII, a, 21. *Tiom isir vesclir adrir, tiom plener popluper totar Ijovinar* cet.
Tibi his vasculis atris, tibi plenis pro populo totius Iguvinae.

35. Ex his simul adjectivorum et pronominum declinatio per tria genera discitur, quae in reliquis Latinae Graecaeque linguae similis in eo discrepabat, quod pro genitivo *totius* et *ejus* Umbri *toter, totar, toter*; *erer, erar, erer* dicebant: *tiom* enim proprius

Umbrorum localis est, pro quo dativus quoque τεφε (*tibi*) V, b, 24. legitur. Dativus contra per omnia genera in *e* exibat, quia substantiva quoque illum casum tam in prima et secunda, quam in tertia declinatione similiter flectebant. Omnia autem primae declinationis nomina feminini, secundae contra tertiaeque vel masculini vel neutrius generis fuisse videntur: omnia certe dearum nomina secundum primam declinationem flectuntur. Neutri generi, quemadmodum apud Romanos Graecosque, tres casus fuerunt similes, in plurali numero in *a* vel *e* desinentes: unde in precibus illis, quas supra laudavi, *salva seritu* additur, aliisque precibus VII, a, 51. *este trioper deitu* (*ista ter dicito*). Dualis numerus Umbris adeo non usitatus fuit, ut etiam τϑFα II, 32. 34. pro *duo*, sicut τϑFες II, 19. pro *duobus* scriptum legatur. Etsi *e* tam pro *a*, quam pro *i*, usurpatum invenimus, mos iste tamen neque arbitrarius, neque promiscuus fuit: nunquam enim *i* pro *a* scribi potuit, nec nisi in fine vocum fortasse pro *e* producta vel *ei*. Sed id praecipue Umbris consuetum fuit, quod Macrobius S. I, 4. de veteribus Romanis scripsit, ut literis *e* et *i* plerumque in fine indifferenter uterentur, ut in *praefiscine* et *praefiscini*, *proclive* et *proclivi*. Sic Lucanos quoque, ut Coelium Antipatrum in historia, Charisius II. pag. 101. *dii* tam pro *die*, quam pro *diei* dixisse scripsit. Nihilo secius magna diversitas observatur inter Romanos et Umbros: Romani enim *quicum* dixerunt pro *quocum*, sicut *praefiscini* et *praefiscine* pro *praefiscino*, atque *die pristine*, vel *crastini*, *perendini* eodem modo flexerunt, quo *pridie*, *postridie*, ut secundum Gellium X, 24. levi quodam discrimine *die quarti*, *quinti*, *sexti*, vel *quarte*, *quinte*, *sexte*, pro *quarto*, *quinto*, *sexto* diceretur. At apud Umbros, sicut apud Graecos ἠχή in ἠχῶ mutabatur, ablativus feminini generis in *o* pro *a* vel *e* desinere potuit, ut *arvio* sive αϱFιϑ pro αϱFια (*arviga*) et *vatuo* sive FατϑFϑ pro *vatue* sive FατϑFα diceretur: unde deae nomen, quae *Tefre Jovie* invocatur, in dativo casu IV, b, 25. Τεφϱε IϑFιε sive *Tefrei Jovi* VI, a, 22., in locali VI, a, 26 sq. *Tefro Jovi* pro Τεφϱι IϑFι IV, b, 29. scriptum est.

36. Latinae linguae proprium est, ut, si neutrum genus tertiamque declinationem excipias, genitivus singularis numeri eodem modo flectatur, quo nominativus pluralis. In quinta quidem declinatione genitivus *diei* differt a plurali numero *dies;* sed secundum Gellium IX, 14. pleraque aetas veterum sic declinavit, ut *hujus facies*, quemadmodum, Prisciano teste, *escas*, *monetas*, *fortunas*, *terras*, *vias*, *Latonas*, apud Livium Andronicum. Apud Umbros vero non solum omnis genitivus singularis, sed omnis quoque nominativus pluralis, si a neutro genere discesseris, in *s* vel *r* desiit, nihilque aliud discriminis inter utrumque casum reperitur, nisi quod in secunda declinatione genitivus singularis in *er*, nominativus pluralis in *or* sive ϑϱ exire soleat. Porro Romani praepositionem *cum* in nonnullis pronominibus postponebant, atque Virgilius A. V, 663. etiam *transtra per*, Lucretius VI, 1262. *viam per*, scripsit; sed composita cum *per*, ut *ocriper Fisiu*, *totaper Ijovina*, *erer*

nomneper, *erar nomneper*, *popluper*, *τρεφιπερ*, *reper*, *Φρατρουςπερ*, *αϝτισπερ*, apud Romanos non inveniuntur, quanquam adverbia *topper*, *semper*, *parumper*, *paullisper*, et *nuper* pro *noviper* cum Umbrico *trioper* sive *τριιουπερ* (*ter*) comparare licet. Praepositio *per* in Iguvinis tabulis nunquam, praepositio *com* interdum ante nomen posita legitur, ut *com* (*prinuatir*) *peracris sacris* VI, a, 52. 55 sq.; haec autem praepositio non solum in *co* sive *κου*, sed in pronominibus adverbialibus etiam in simplicem *c* vel *κ* literam mutatur, ut in *ερουκ*, *ερακ*, *ερεκ*, *ερερεκ*, II, 12. 14. 32. III, a, 11. pro *ερουκου* II, 31. sive *erucom* VI, a, 50. atque *issoc*, *isec* VII, b, 3. VI, a, 25. sive *ισεκ* I, 4. pro *εσουκου* I, 29. pl. *esisco* VI, b, 18. *C* vel *κ* quidem paragogicum tam in Umbrico, quam in Romano, sermone observatur, ut *εσουκ* III, a, 1. (*hoc*) pro *εσου* III, a, 14. sive *esoc* VI, a, 25. pro *eso* VI, a, 6.; sed quanquam Latinum *sic* cum *ισεκ* comparari potest, adverbia tamen *ενουκ* sive *ινουκ*, *ενουμεκ* sive *ινουμεκ*, pro *ενου* sive *eno*, *enom*, *enno*, *ennom*, non eodem modo formata sunt, quo Latina *namque* (*nempe*), *cumque*, cum conjunctionibus *atque* (*ac*), *neque* (*nec*), quarum haec VI, b, 6. *neip* et *nep*, ut apud Oscos, scribitur; atque *donicum* pro *donec* (dum) apud veteres Romanos scribi potuit, ut *sedum* pro *sed*, quod cum *εσουμ* V, a, 2. pro *esome* VI, a, 47., unde *ισουντ* adverbium V, a, 28. 36. per *t* paragogicum, ut *ινουντεκ* I, 18. ex *ινουμεκ*, natum videtur, comparari nequit.

37. Sex Romanorum casibus praeterea duo Umbris proprii accedunt, quorum alter in *m*, alter in *f* exit. Utraque litera saepe abjicitur, ut illi casus non solum inter se, sed cum aliis quoque facile permutentur; nihilominus non raro *e* vocalis additur, imo pro *φε* etiam *φεμ*, pro *με* etiam *μεμ*, *μεν*, *μαρ*, *μα*, *mu* scribitur. In his quidem sermo temporibus mutatus agnoscitur, sed usus quoque illorum casuum tam singularis est, ut plura de iis dicenda videantur. Similis utriusque casus significatio inde agnoscitur, quod alter alteri appositus legatur, ut *ebetrafe ooserclome*, *presoliafe nurpier vasirslome* VI, b, 12., *acesoniame hebetafe* VI, a, 52 sq. et *Fαπεφεμ αFιεκλουφε* IV, a, 14. pro *vapefe avieclu* VI, a, 51. Hinc Volscum vocabulum *ferom* pro Umbrico *Fερουφε* IV, a, 9. sive *verofe* VI, a, 47. scribi potuit, quemadmodum *traf sahatam* VII, a, 39. sive *traha sahatam* VII, a, 44 sq. pro *τρα σατε* sive *σαϝτα* IV, a, 31. 35. Ea tamen observatur discrepantia, quod res quidem, quibus sacra fiunt, in utrolibet casu positae legantur, ut *sopam* VII, a, 38. et *σουπαφ* V, a, 22. pro *sopa* VI, a, 17. sive *σουπα* V, a, 22. (*sulfure*), abstracta vero actionum nomina in *m*, concreta contra animantium in *f* exire soleant. Nam *σιμ*, *καπρουμ* V, b, 1. pro *σι* et *καπρου* V, b, 7. 10., *βουμ* V, a, 5. pro *bue* sive *buf* VI, b, 25., et *ουFεμ* II, 9. 10. 12. 26. pro *ουFε* V, a, 10. sive *ουFεφ* IV, a, 1. *ovi* VI, a, 43. accusativi casus sunt atque distinguendi ab abstractis nominibus *σουρουμ πεσουντρουμ* IV, b, 31. sive *pesondro sorsom* VI, a, 24 cet. Hinc *φε(ι)του* quidem sive *fe(i)tu* (*facito*) cum utrolibet casu constructum legitur; sed *ετου* sive *etu* (*agito*) nusquam fere cum nomine in *f* exeunte construitur,

nisi addito alio abstracto nomine, quod, si non in *m* vel *me* desinit, hanc literam abjecisse putandum est. Sic *Fεκεμεν*, *εσνεμεν ετε* II, 20., sed *ρεστεφ εσνε φειτε* IV, a, 9. *reste esono feitu* VI, a, 47., sicut *trahaf sahate vitla trif feetu* VII, a, 41. pro *τρα σατε τρεφ Fιτλαφ φειτε* IV, a, 31., atque *εFεμ πεδαεμ πελσανε φειτε* II, 32., sicut *εFε πεδακνεμ πεδαεμ φειτε* V, a, 10 sq. pro *πεδακνε φετε — πεδαε φετε* V, a, 12 sq. scriptum legitur.

38. Si diligentius in diversum casuum usum inquiramus, alterum de rebus, quibus agitur, alterum de rebus, quibus sacra fiunt, imprimis usurpatum reperiemus. Hunc quidem casum ablativum instrumentalem dicere licet; sed vis alterius casus latius patet: nam finem quoque actionis et locum vel tempus, quo quid agitur, indicat, nec raro ad dativum propius accedit. Hinc pro locali, quod nomen, ut a potiori fieret denominatio, in prioribus hujus operis particulis elegi, rectius fortasse determinativus vocatur. Sed quicquid id est, quo melius intelligatur casuum illorum differentia, quartae tabulae initium cum alio loco comparare liceat, ubi eadem fere sententia diverso modo enuntiatur. Verbis *εστε πεδσκλεμ* IV, b, 1. *este persclo* VI, b, 1. finis indicatur, ad quem omnia praecepta, quae sequuntur, respiciunt, atque verbis *αFες ανξεδιατες ενετε* sive *aveis aseriater enetu* VI, b, 1., quid primum ad lustrationem agendum sit. Sed verbis *πδε Fεδες τδεπλανες* sive *pre vereir treblaneir* VI, b, 22. tempus primi sacrificii significatur, *τδε βεφ* sive *buf treif* (*tribus bubus*) Jovi Grabovio faciundi, atque pro iis etiam *verisco treblanir* VI, b, 19. a, 46. scribitur, si ad tempus solum respicitur, *verofe treblano* VI, b, 47. contra sive *Fεδεφε τδεπλανε* IV, a, 9., si genus sacrorum spectatur. Hinc IV, a, 38. *Σαταμε κεFεδτε* quoque sive *Traha sahatam covertu* VII, a, 45. scribi potuit, sicut *Fεδεφε τδεπλανε κεFεδτε* IV, a, 9. sive *verofe treblano covertu* VI, a, 47. Quodsi ibidem *αFιφ αξεδιατε* sive *avif aseriatu* et paullo post *αFεφ ανξεδιατε ετε* sive *avif aseriato etu* scriptum est, instrumentali *avif* aves designantur, per quas auguria captanda sint; sed si imperativus *aseriatu* verbis *aseriato etu* circumscribitur, determinativus *aseriato* id significat, quod agendum sit. Idem determinativus tamen in verbis *πεπλεμ αφεδεμ* IV, a, 10. sive *poplo afero* VI, a, 48. propter subjunctivum *Fεδιες* (*satisfeceris*) ad dativum propius accedit, sicut instrumentalis *ρεστεφ* paullo antea in *ρεστεφ εσνε φειτε* sive *reste esono feitu* (*repositis omine facito*) ad ablativum absolutum. Quo saepius autem uterque casus inter se permutabatur, eo difficilius, ubi litera finalis abjecta est, definiri interdum potest, utra litera supplenda sit. Sic, quia VI, b, 4. post *anstiplatu ef aserio parfa dersva* cet. *mersta aveif, merstaf anglaf* legitur, VI, a, 51. *stiplatu parfa desva* pro *parfaf desvaf* positum videri posset, si non IV, a, 13. *στεπλατε παδφαμ τεσφαμ* legeretur.

39. Tanta autem fuit Umbrorum socordia, ut non solum literas finales pro lubitu abjicerent, sed aliis quoque literis terminationem augerent. Sic *αFτιμεμ* IV, a, 12. mihi

pro *αɟτιμε* sive *αɟτι(μ)* scriptum videtur, quia *πιϱ̣ αɟτιμεμ εντεντε* explicandum est, sicut *πιϱ̣ ασε αντεντε* II, 21 sq. V, a, 19 sq. Certe *Fαπεφέμ αFιεχλεφε* IV, a, 14. pro *vapefe avieclu* VI, a, 51. atque *αχεϱ̣ενιαμεμ* IV, a, 16. pro *acesoniame* VI, a, 52. *acersoniem* VII, a, 52. sive *αχεϱ̣ενιε* IV, a, 42., sicut *νεμεμ* IV, a, 17. pro *nome* VI, a, 58., scriptum est. Terminationes *μεμ* et *φεμ* tamen in quarta tabula sola leguntur, quae est omnium antiquissima: in sexta septimaque tabulis contra litera *μ* post *με* et *φε* semper abjicitur, sicut litera *κ* in *esome* VI, a, 47. pro *εσεμεκ* IV, a, 7. vel *eno(m)* pro *ενεκ* et *ενεμεκ* IV, a, 13. 16. 20. 22. In tertia tabula nullum vocabulum in *μ* exit, etsi *καστϱ̣εFεφ* III, a, 13. 18. pro *καστϱ̣εFε* III, a, 20. 22. sive *castruo* in precibus sextae septimaeque tabularum legitur. In iisdem precibus VI, b, 36. *tote Iovine* pro *toteme Iovine(m)* VI, b, 26. 46. scriptum est, quod si non differt a *totame Ijoviname*, inde multos ablativos in *κλε(μ)* vel *clo(me)* exeuntes feminini generis esse discimus. Sic *εστε πεϱ̣σκλεμ* IV, b, 1. et *este persclo* VI, b, 1., quemadmodum *este esono* VI, b, 56 sq. pro *esona*, atque *Fαπεφεμ αFιεκλεφε* IV, a, 14. et *vapefe avieclu* VI, a, 51., quemadmodum *Fαπεϱ̣ε κεμναχλε* II, 7 sq.; porro *mandraclo difue destre* VI, a, 4., quemadmodum *destrame scapla* VI, a, 49., atque *ebetrafe ooserclome, presoliafe vasirslome* VI, b, 12. scribi potuit, etsi *ναϱ̣ακλεμ* V, a, 1., *σεφεϱ̣ακλε* II, 17. 19. et *μενεχλε* III, a, 17 sqq. neutrius generis esse videntur, ut *pihaclu* VI, b, 38. 43. 45. 48. 53. Priores quintae tabulae inscriptiones terminationes *μ*, *με*, *μεμ*, et *φ*, *φε*, *φεμ*, si *πεϱ̣αεμ* V, a, 11. pro *πεϱ̣αε* V, a, 13. exceperis, sicut literam *κ* finalem in *ενε* V, b, 21 cet., semper abjiciunt, etsi *εε εσεμ* V, a, 2. pro *eo iso* VI, b, 20. scriptum est: unde *εϱ̣ι* V, a, 6. pro *εϱ̣ιμε*, et *καϱ̣νε σπετεϱ̣ιε* V, a, 1. pro *καϱ̣νεμε σπετεϱ̣ιαφε* cet. scriptum putare licet. In inscriptione vero serius addita non solum *σεφαφιαφ σεπαφ* V, a, 22. pro *σεφαφιας* V, a, 41. et *σεπα* V, a, 32., *κλαFλαφ ααvφεɟταφ* V, a, 33 sq. pro *κλαFλες* V, a, 36. atque *μανφε* V, a, 38. pro *μανι* V, a, 32., sicut *φϱ̣εɟτεφ* et *κϱ̣εματϱ̣εφ* V, a, 26. pro *φϱ̣εɟτε* I, 31. et *κϱ̣ematϱ̣ε* V, a, 28., sed etiam *πεϱ̣εμε* V, a, 27. pro *πεϱ̣εμ* IV, b, 31. 33. sive *πεϱ̣ε* V, a, 9. et *νεFιμε* V, a, 26. pro *νεFις* V, a, 25., imo *μενξνε* V, a, 19. pro *mesene* (*mense*) in Sabina inscriptione, si placet, porro *ασαμα* V, a, 39. pro *ασε* V, a, 19., *σπινιαμα* et *σ(π)ιναμαϱ̣* V, a, 33. 37. pro *σπιν(ι)α* V, a, 36. 38., scriptum legitur. In secunda primaque tabulis denique praeter adverbia plurima in *κ* vel *εντ* exeuntia non solum terminationes *μα* et *μαϱ̣*, sed *μεν* quoque, observantur.

40. *Verborum*, quae dicuntur, Graecis *reflexivum*, Romanis *passivum* genus proprium fuit: horum neutrum fere apud Umbros reperitur praeter deponentia *pe(r)snis fus(t)* VI, a, 39 sq. *σπαφε(ς) φεστ* III, a, 20. et *αμπϱ̣εφεες* IV, a, 20 sq. *ambrefurent* VI, a, 56. cum imperativis *pe(r)sni(hi)mu* et *pe(r)sni(hi)mumo*, *spah(a)mu* pro *spahatu*, *ambretu* et *ambretuto* cet., atque tempora passivi generis periphrastica, ut *screhto est*, *screhitor sent*; *va setom est*, *pesetom est*, *peretom est*, *frosetom est*, *daetom est* et *Fαζετεμι σε* IV, a, 8.

sive *vasetome fust* VI, a, 46., *πιFαξ φασατ* IV, a, 7. sive *pihos fust* VI, a, 47. (*piandus fuerit*) et *σταχαξ εσατ* V, a, 15. (*instituendum est*). In activo quoque genere omnes quidem modi leguntur, sed neque imperfectum, neque plusquamperfectum tempus: etiam futura desunt, si *εϱα* III, a, 29. b, 5. pro *erit* vel *erunt* excipiatur; praeteritum vero duplex videri possit, quemadmodum apud Romanos *panxi, pegi, pepigi* ab uno *pango*, atque *parsi* secundum Festum apud Catonem, *parcui* secundum Nonium Marc. II, 653. pag. 153. ed. Marc. apud Naevium pro *peperci* scribebatur, nisi *ανπενες* V, b, 27. pro *απελας* ibidem sive *απελασατ* III, a, 17., quocum *εντελας* IV, a, 12. ab *εντεντα* sive *entelúst* VI, a, 50. ab *endendu* comparandum est, atque *παϱτατFιες* V, b, 28. pro *παϱτιιας* V, a, 7. 9. sive *παϱτινζας* IV, a, 33. *purdinsus(t)* VI, a, 23 sq. *purdinsiust* VII, a, 43. pro praesentibus praeteritorum loco positis accipere malis ab imperativis *α(μ)πε(ν)τα* et *παϱτατατα: παϱτι(τ)ιας* IV, b, 28. 31. 34. sane activum est passivi *παϱτιτα φασατ* III, a, 18 sq. IV, a, 39. sive *purdito(m) fust* VI, a, 42. VII, a, 45. Praeteritum indicativi non legitur, nisi in precibus *subocav* perfectum est praesentis *suboco*. Apparet autem, Umbrorum conjugationem Latinae magis quam Graecae fuisse similem, praesertim si antiquum Romanorum usum animadvertimus. *ΕιxFασεσε* III, a, 4. quidem cum Graeco *ἐικάζουσι* Soph. Oed. R. 403. comparari posse et *nosve ier* VI, a, 54. Graeco *νόσφι ἴῆς* simile videtur; sed praeterquam quod haec explicatio incerta est, *eiscurent* III, b, 10. 15., ut *πεπαϱκαϱεντ* (*poposcerint*), Latinam formam habet, atque *ier* etiam pro Latino *eas* dici potuit. *Ier* igitur non magis Graecum est, quam si litera *t* finalis in tertia persona abjicitur: nam Romani quoque et finales et medias quasdam literas abjicere solebant, ut *amarunt* pro *amaverunt* et *scripsere* pro *scripserunt* dicerent. Utrum Umbri etiam in prima persona literam *m* abjecerint, quemadmodum Catonem Censorium *dice* pro *dicam* et *facie* pro *faciam* in futuro tempore scripsisse scimus, affirmari nequit, quoniam praeter *subocav suboco* (*supplicavi et supplico*) in sextae, atque *σεστα* (sisto) in quintae tabulae precibus nullum aliud primae personae exemplum exstat.

41. At in tertia persona literas finales tanta cum licentia abjectas videmus, ut interdum vix definiri possit, utrum verbum ad singularem, an ad pluralem numerum sit referendum. Sic *σι* III, b, 3. pro *sint*, III, b, 7. pro *sit*, et *εϱα* III, b, 5. pro *erunt*, III, a, 29. pro *erit* scriptum videtur: nam in singulari quoque numero tertiam personam in *u* exiisse, praeter *stahu* (*stet*) in inscriptione cippi inter Bastiam et Assisium oppida reperti atque *covehriu* (*cumulet*) in Volsca inscriptione, *αϱα* IV, a, 18. sive *uru* VI, a, 55. pro *urat* docet. Ibidem *Fαβε* sive *habe* pro *habet*, ut IV, a, 19. *σταFεϱεν* pro *σταFεϱεντ* (*stiterint*), sed III, a, 22. etiam *φαϱενϱ* pro *φαϱεντ* (*fuerint*), sicut VII, b, 4. *sins* pro *sint*, legitur, quanquam VI, b, 15. et alibi *sent* pro *sunt*, VI, b, 20. *sendi* pro *sint* scriptum est. Etiam pro *fons sir, pacer sir* VI, a, 7. (*volens sis, propitius sis*) VI, a, 26. *fonsir, pacer si*

et VI, b, 23. *fossei, pacer sei* legitur, quemadmodum III, a, 17 sqq. *habia* pro *habi(i)as* (*habeas*) I, 33. In *est* litera *t* nunquam abjicitur, imo *fust* VI, a, 39. pro *fus* (*fueris*) VI, a, 40. exaratum est, nisi imperativum *endendu* quoque, qui sequitur, pro tertia persona accipere malis. Illud enim Umbris atque Romanis commune fuisse videtur, ut eadem imperativi forma et in secunda et in tertia persona uterentur. Quemadmodum enim in Latino decreto apud Gruterum CCIV, v. 31. (cf. Orell. 3121. in sententia a. U. c. 637. de finibus inter Genuates et Viturios regundis), legitur: »Is eum agrum nei *habeto*, neive »*fruimino*«; sic in Iguvinis tabulis *αμπρεhτυ* et *πε(ρ)σνιμυ* IV, a, 21 sq. ad *αμπρεφυας* IV, a, 20 sq. atque *ambretuto* et *pe(r)snimumo* VI, a, 64 sq. ad *ambrefurent* VI, a, 56. referuntur. Quia vero nullum aliud exemplum exstat, quo *fus* pro *fust* (*fuerit*) scriptum sit, imo III, a, 9. *φυιεστ* legitur, a praesenti *φυια* (*fuat*) II, 1. pro *φεια* (*fiat*) III, b, 1. derivandum; *φαχυστ* I, 31., a praesenti *facia* in Volsca inscriptione deducendum, pro secunda persona *feceris*, et si quae alia hujusmodi leguntur, eodem sensu accipere praestat, etsi secunda quoque pluralis numeri persona sine *t* litera scribitur, siquidem *covortuso* et *benuso* VI, a, 64 sqq. recte sic interpretatus sum. Praeterea quum Romani nunquam pluralibus *habetote* et *fruiminor* pro tertia persona usi sint, *ambretuto* quoque et *persnimumo* rectius pro secunda modo persona accipi videntur.

42. Aliter res se habet in singulari numero, quum secundum Vossium in Aristarcho V (III), 14. in duodecim tabulis (cf. Godofr. ad tab. I.) legeretur: »Si in jus vocatio fuat, *antestamino*, atque Schneiderus in Commentario ad Catonis R. R. 141. ex iisdem tabulis laudet: »quei ejus necotia curabit, is — ad Consulem *profitemeno* sive *profitemino*«. Nihilo secius Catonem, qui semper fere imperativi forma in *to* desinente tanquam secundae personae in praeceptis suis utitur, formas *praefato* quoque R. R. 134. atque *praefamino* 141., quia verba *porcum immolabis* sequuntur, eidem personae attribuisse putandum est, cujus ad exemplum Turnebus et Lambinus apud Plautum Pseudol. III, 2, 70. e Camerarii MSS. *progredimino*, quod contextus poscit, pro *progrediminor*, aliique in Epidico V, 2, 30. *arbitramino* pro *arbitraminor* ediderunt. Quemadmodum apud Catonem et *praefato* et *praefamino* pro *praefator* scriptum est, sic in Iguvinis tabulis tam *subra spahatu* VI, a, 41. quam *subra spah(a)mu* VI, a, 17. VII, a, 39. legitur. Notandum autem est, quod Umbri in plurali numero non solum *tuto* pro *tu*, sed etiam *mumo* pro *mu* dicebant; in secunda vero tabula etiam *ετυ* II, 20. et *ετυτα* II, 11., *υπετυ* II, 22. et *υπετυτα* II, 10., eodemque modo *υστεντυτα* II, 5. pro *υστεντυ*, et *φερτυτα*, *αιτυτα* II, 13. pro *φερτυ*, *αιτυ* posita leguntur. Etiam hoc fuit Umbris proprium, quod verba non solum circumscriberent auxiliaribus, verum etiam cum iis componerent. Sic non solum *fossei* sive *fonsir* VI, b, 23. a, 26. pro *fons sir* VI, a, 7., *mersei* sive *mersi* in precibus pro *mers est* VI, a, 55., *combifian si* VI, a, 52. pro *combifiatu* VI, a, 51. atque *Fazetumuse* IV, a, 8. pro *vasetome fust* VI, a, 47.

legitur; sed etiam *alinsust* VI, b, 7. et *combifian`siust* VI, a, 49. 52., sicut *anseriato iust* VI, b, 6 sq. vel *purdinsiust* VII, a, 43. pro *purdinsus(t)* VI, a, 23 sq., atque *ostensendi* VI, b, 20. ab *ostendu;* porro αμπρεφθ(θ)ς IV, a, 20 sq. et *ambrefurent* VI, a, 56. ab αμπρεϝτθ et *ambretuto*, quemadmodum σπαφθ φθστ III, a, 20. a *spahatu* sive *spah(a)mu* et *per(s)nis fus(t)* VI, a, 39 sq. a *pe(r)sni(hi)mu* et *pe(r)sni(hi)mumo*, derivanda. Imo quemadmodum *fovfer* in Lerpirii inscriptione pro *fovfens* (*fovefaciens*) scriptum videtur, sicut *for* pro *fo(n)s* (*fovens*), sic in Iguvinis tabulis imperativus passivi generis compositione cum *fi* sive *fei* formatur, ut in precibus *pihafi* sive *pihafei*, VI, b, 20. *cehefi*, et *trahvorfi* VII, a, 24. pro adverbio *transversim* usurpatus.

43. Ceterum Umbri, in verborum quoque ordine Romanorum Graecorumque leges secuti, verbum, quod dicunt, in fine enuntiationum plerumque posuerunt; reliquorum vero verborum ordinem pro lubitu mutari potuisse, ex his exemplis cognoscitur.

VI, b, 59. a, 23. VII, a, 8. 42. *prosesetir `strusla ficla(m) ar(s)veitu.*

VI, a, 4 sq. *prosesetir ficla strusla arsveitu* (prosectis in phiala strueculam addito).

VII, a, 54. *strusla ficla prosesetir arsveitu* (strueculam in phiala prosectis addito).

VII, a, 8. *enom pesclu ruseme vesticatu* (tum lustrando ruri libato).

VII, a, 23. *enom ruseme persclu vesticatu* (tum ruri lustrando libato).

IV, b, 6. σεFθμ κθτὲφ πεσνιμθ (venerando caute precator).

VI, b, 56. ταςες *persnimu sevom* (tacens precator venerando).

IV, a, 15 sq. πθνε μενες αχεῤθνιαμεμ (quum operatus fueris ex acerra).

VI, a, 52 sq. *ape acesoniame hebetafe benust* (postquam fumigatione leni operatus fueris).

IV, a. 15. πεῤχαφ ϝαβετθτθ πθνιζατε (lituis servatote puniceati).

VI, a, 51. *perca ponisiater habituto* (lituis puniceati servatote).

IV, a, 19. πθνε πῤινθ Fατες στα ϝεῤεν τεῤμνεσχθ (quum suffimenta stiterint flammis).

VI, a, 55 sq. *ifont termnuco com prinuatir stahitu* (inde flammis cum suffimentis instaurato).

IV, a, 23. πῤινθ Fατες ζιμθ ετθτθ: εῤαϝθντ Fεα (ita bene) ζιμθ ετθτθ πῤινθ Fατες.

VI, a, 65. *prinuatur `simo etuto* (suffimenta fumo agitote).

IV, a, 12. πιῤ αϝτιμεμ εντεντθ: πθνε πιῤ εντελες αϝτιμεμ
(quum piamen intenderis ovando).

VI, a, 49. *anovihimu, pir endendu* (ovato, piamen intendito).

V, b, 27. χῤιχατῤθ τεστῤε εθξε ϝαβετθ (circulationem ad dextram ovando habeto).

V, b, 28. τεστῤε εθξε ϝαβετθ χῤιχατῤθ (dextrâ ovando habeto circulationem).

VI, a, 5. VII, a, 37. *vestis(i)a et mefa spefa scalsie conegos fetu* pro μεφα, Fεστιζα IV, b, 17 sq.

I, 14 sq. Fεστιζια, μεφα πθῤτθπιτε σκαλζετα κθνικαξ
(libamine, maza consecrata, molam spargens).

I, 17 sq. Fεστεζα, πεῤσθντῤθ (σθπθ εῤεζλε ϝθλε σεFαννε) σκαλζετα κθνικαξ πθῤτθFιτθ.

I, 19 sq. Fεστιζια, πεῤσθντῤθ (τθῤσε σθπεῤ εῤεζλε σεFακνε) σκαλζετα κθνικαξ πθῤτθFιϑθ.

Plerumque tamen verborum ordo adeo sibi constare solet, ut mirandum sit, cur in quarta tabula numerale τρε(φ) semper ante nomen, in sexta septimaque contra post nomen semper positum sit, quemadmodum in sextae tabulae initio semper *peico mersto, peica mersta,* sed *mersta avei(f), mersta(f) angla(f)* scriptum legitur. Ceterum repetitiones quaedam singulares, ut *deitu etaians deitu* VI, a, 64. pro *deitu etaias* VI, a, 65. sive *etato* VI, a, 63. ετατȣ IV, a, 21., nonnisi e permutato verborum ordine natae videntur, qui maxime mirandus est in hoc loco:

VI, a, 16. *proseseto erus ditu: eno scalseto vestisiar erus conegos dirstu.*

in prosecto incantationes dicito: tum *molam* libaminis incantationes *spargens* dicito. Quoniam enim VII, a, 38. nihil nisi *vestisiar erus ditu* legitur, verba *scalseto conegos* diversis locis inserta agnoscuntur.

Hactenus haec: nam quum in particula IX. Umbricorum vocabulorum indicem sistere tentarem, tam multa, etiam in his plagulis scripta, accuratius perspecta retractavi, ut novum opus, *rudimenta linguae Umbricae in grammaticae formam redacta,* omissa rerum tractatione, perficere satius mihi visum sit.